

1535

1. P. 172

2

DE IURE ADOLITAE  
TRACTATVS  
IN QVO

DE VASALLORVM SERVITIIS, DONATIVIS  
Subventionibus, ac de nonnullis Regalibus Impositionibus  
tractatur; Supremorum Regni Neapolitanii Tribuno-  
num, pricipue Regiae Camerae Summarie Deci-  
tionibus, Decretis, ac Praxi interpositis.

*Opus in Cameris Fiscalibus omnium ferè Europa Regnorum pernecessarium.*

A V C T O R E


D. ANDREA CAPANO

PATRITO, AC MILITE NEAPOLITANO  
XIV. Carusiorum, ac Galdi continentis Auorum serie Barone, Pas-  
carelli itidem Vtile Domino, Canonum, & Legum Doctore,  
ac in eisdem Tribunalibus Aduocato.

ACCESSIONE IN CALCE OPERIS;  
*Decisiones de hac re manuscripte, qua sic circumferuntur.*

D. FRANCISCI REVERTERII  
REGIAE EIVSDEM CAMERAE PRÆSIDENTIS,  
ac Locutientis, Regiaeq; Cancellariæ Regentis &c.

DE ANNIBALIS MOCHE  
PRÆSIDENTIS OLIM REGIAE CAMERAE SUMMARIAE,  
Et demum Regiae Cancellariæ Regentis &c.



Nap. Ex Typographia Francisci Sauij, Impressoris Cœr Archiep. 1535

Expensis Dominici Vecchi Bibliopole C. L. 27no. Digitized by Google

iisi. Nominis. 1535



Illustriss. et Excellentissimus Dnus. D. Emanuel de Fonseca, et Zunica Comes de Mont  
et Fuentes, Consiliarius status Catholicæ Maiestatis. Præsidens in supremo Ital  
Concilio, et Regni Neap. Vicerex, Locumtenens, et Capitanius Generalis.

Nic. Pe

4

# ILLVSTRISSIMO ATQ; EXCELLENTISSIMO PRINCIPI EMANVELI DE ZVNICA. ET FONSECA MONTIS REGII, AC FONTIVM COMITI

*DOMORVM VIEDMAE, ET VGLIOE STATVV M,  
Domusq; Ribere, ac Solarij Arauū Domino, Ordinis Sancti Iacobi de Spata  
Vni ex Tredecim, Cubiculi Sacrae Maestatis Praefectio, eiusdemque Sta-  
tus Confiliario, Supremi Italici Consilij Praefidi, Apud Summum  
Pontificem Oratori. Et in Regno Neapolitano Vice  
Regi, Locumtenenti, ac Capitanio  
Generali &c,*



Ngruere bella (Emanuel Excellentiss.) ac  
feruent, & vrgent, Vrgent in Germania, Vr-  
gent in Belgio, Vrgent in Oceano, Vrgent  
in Hispaniarum limitibus, Vrgentquè ma-  
gis, ac feruentius in Italia, Gothi, Rebel-  
lesque antiquam gloriam, ac libertatem  
anhelantes, gerunt bella in Germania,  
Olandenses pugnant in Belgio, pugnant, & simul rebelles,  
Oceanumque infestant, Galli Italianam turbant, Martem deni-  
què videmus in Europa furentem; Sed quod in primis mi-  
randum, contrà tot, tantaque vrgentissima bella Viget hic  
Præsentia tua, Excellentiss. Prorex Emanuel de Zuniça, &  
Fonseca, Tu solus Neapolitanus Prorex re ope consilio è  
Regno nostro aduersa propulsas, bellis omnibus præsto es,  
milite, stipe, & ordine, potissimum cæleritate, ac dexterita-  
te erigis lapsa, reparas fatigata, subicis aliena, adeò quòd Ema-  
nuel solus contrà omnia, & tot bella belligeras, O Mira Ema-  
nuelis Assidua Vigilantia, Vigilans Assiduitas, Sedula Pruden-  
tia, Prouida Sedulitas, Bellicarum Munitiōnum, Præsidia-  
rum


rum , ac subsidiorum Opportuna Prouidentia , O Mira terrestris, ac maritimi apparatus bellica expedirio, adeo ut furentem Martem videamus nunc quiescentem , prò quibus omnibus Adoha , ac superindicto opus habuisti , Adoham, ac superindictum prò cunctis omnibus Ciuitas nostra fidelissima , Vniuersumq; Regnum quam citissime (instante Rege) exoluit, & lumbentissime; O magna Ciuitatis, ac Regni nostri liberalitas , & obsequium erga Regem suum; Tu tamen Emanuel pientissime inuigilasti , vt Adohæ parceres multiplicandæ , ne Regni nostri innumeris oneribus noua accederent onera , tantum enim Augustissimo Pectori Tuo insita religio. Has merito de Iure Adohæ Regni Neapolitani lucubrations tibi Principi Emanueli nuncupandas decreui, Excipè illas , qualescunque sunt iuuentæ meæ fructus , legitio raptim , si per otium belliæ molis licuerit , foue illas , qui Ciuitati , ac Regno tanto-per faues , Vale Princeps Excellentissime, Teque Deus Opt. Max. prò Reipublicæ incolumitate diutissime seruet. Neap. Kalen. Februarij M, DC, XXXVI.

Illustriss ac Excell. Domine

*Excellensia Vestra seruatus humill.*

Andreas Capanus.

# BENEVOLO AC CANDIDO LECTORI.



**T**RACTATUS de Iure Adobæ tibi tandem promissus, ac expectatus (Lector Benignissime) nunc prodit in lucem, non tam amicorum suafione, sed quam magis ut publicæ rei commodis, & tibi satisfaciā, licet decreueram suprema etate, ut supremam materiam typis mandare, Considerāui etiam, ac manu tetigi quod temporis iniuria eò deducta est, ut materia ab uno excogitata, & forsitan alijs verbo communicata præoccupetur ab illis, qui deinde prater excogitantis mentem perficiunt illam, & inconcinnem, quod factum est ut dū Ego è Sacro Consilio ad Regie Camerae Summaria sub sellia translatus essem, ubi de Re Fiscali patrocinando in quantum potui per aliquot annos opus hoc locupletius reddidi, Decreta de hac re, ac decisiones circuens questui, nonnulla in praxi habui, nonnulla denique habui ex libris Regalibus, quos Registra Adobarum vocant, elaborauit tandem, adeo ut decreta, decisiones, stylum, ac praxim accomodaui, & materie, & suo cuique questionis capiti, licet ego antea per iuris terminos à simili firmassem questiones, res m. est, de qua nec leges Romanorum, nec Consuetudines feudorum, nec leges locales loquuntur sunt, & per magistrales Sapientum Regni nostri doctrinas accommodassem resolutiones demum decisionibus roburatas, quarum nonnullas in fine operis pro tua comoditate apposui, Spero quod opus tibi non displicebit. Nonnulli tibi dicent quod hoc opus aliter editum est, ac per prius viderint, scias nonnulla addita ac aucta sunt, hoc elaboratum est, nonnulla detraha, nonnulla correcta, ac modificata, hoc consultò factum est, cum grano salis loquendum est in materia tam grani, nonnulla si defectiva vides, errore typographi defectum est, præcipue in numeris marginalibus, qua per te benignè Lector corrigas, corrugas omnia, quia dum corrigis, legis illa, Meq; am, & Deo gratias age. Vale.

AD PERILLVSTREM EQVITEM  
D. ANDREAM CAPANVM

Juris Prudentia exornatum.



P. PETRVS ALOIS E SOCIETATE IESV.

**G**EŃS TVA, POST DOMITOS ARMIS VICTRICIBVS HOSTES,  
FIXIT IN HESPERIIS CLARA TROPHOEA IVGIS.  
  
TV NVNC, QVAS AGIT ADVERSAS INSCITIA TVRMAS,  
INGENII VICTOR PELLERE LVCE POTES.  
  
HECTORAS, AIACES, ET FVLMINA MARTIS, ACHILLES  
GRATA VOCENT ATAVOS SECULA PRISCA TVOS:  
SCIPIADAS VOCET, AVSONII TVTAMINA REGNI;  
DIXERIT ALCIDAS ITALIS ORA SVOS;  
BELLONAE INVIDEAT QVÖ NIL ASTRAEA TRIVMPHOS;  
MARTIS VT AEQVA SIT LANCEA LANCE MINOR,  
TV PATRIAE MINOA REFERS, GRAIVM QVAE SOLONEM,  
TV NVMA, TV THEMIDIS IVRE LYCVRGVS ERIS.

---

Andreas Capanus Eques Neapolitanus

A N A G R A M M A

*Eiusdem*

Quas penna laudes non capessit aurea?

Tractatum de adoha Doctissimi Viri Patricij Neapolitani Domini Andreæ Capani perlegi, & nihil in eo reperi contra fidem, vel bonos mores proinde ad publicam utilitatem typis mandari posse censeo Neap. die 14. Maii 1635.

Ioannes Vincentius Iuuenis Cimiliarcha, & Can. Dep.

Non vulgari laude, & Auctorem, & librum dignos existimo. Si enim Sapientis vox illa est: Beatas tunc fore Respublicas cum Reges philosopharentur. Beatores nunc esse dicam; cum Viri Nobiles insignium Ciuitatum Proceres, iura euoluunt, ac leges explicant. Quos inter, non secundum locum obtinet, Andreas Capanus Eques Neapolitanus, & iurisconsultus Celeberimus; cuius, hæc scripta typis demandari valde approbo. Neap. 17. Maii 1635.

D. Ioannes Dominicus Aulicus Doctor Theot. Collegialis, Can. Dep.

I M P R I M A T V R .

Felix Tamburellus Vicarius Generalis.

---

### ILLVSTRISS. ET EXCELLENTISS. DOMINE.

Percuntaui de ordine Vestræ Excellentia utilissimum Tractatum de Iure Adoha editum à prestantissimo I. C. omniq[ue] genere virtutum ornatissimo Andrea Capano Viro Patritio Nobilissimo pro communi studiorum, ac iuris professorum comodo, ea propter arbitror proculdubio illum vti Reipublicæ necessarium typis dari posse, concurrente tamen beneplacito Vestræ Excellentie, cui ex debito post manum oscula, (precor Deum te demum seruaturum in posterum atque in column) me cum omni reverentia submicio. Datum Neap. ex edibus nostris die quarto mensis Decembris 1634.

Vestræ Excellentiaz

Humillimus seruulus.

Ioannes Baptista de Thoro I.C. Neap.

Vifa suprascripta Relatione Imprimatur.

Tapia Regens, Enriquez Regens, Rouitus Regens.

Proiustum per Suam Excellentiam Neap. die 11. Ianuarij 1635.

Barrilis e

## Errores notabiles.

Fol. 9. col. prima in Summarijs

8 Adoha soluitur à Barone, & Comite

fol. 18. col. 2. nu. 16. di&is

fol. 96. col. 2. Quæstio

fol. 17. col. 2. in fine columnæ

Die 4 Maj

fol. 101. col. prima longans

Numeri marginales fuerunt errati fol. 8.

9. 11. 17. 19. 27. 35. 39. 42. 51. 91. 105.

111. 138. 142. 143. 158. 286. & alib

fol. 52. col. prima in Summarijs num. 30.

ex quibus

fol. 158. col. 2. conf. xij.

fol. 180. col. 2. nu. 7. secundogenitus

fol. 182. col. 2. nu. primo loquentioris

fol. 188. col. 1. nu. 34. includi

fol. 191. in Summar. col. 1 num. 2. congruē

fol. 195. in Summar. col. 2. nu. 5. Nobilis

Ibidem sū fructus

fol. 127. in Summar. nu. 1. tenentes.

ibidem nu. 3. consuetum

fol. 263. col. 1. Questio 47.

fol. 272. col. 1. nu. 1. Quo

fol. 297. col. 1. n. 8. erga

## Corrige.

Deleas, & vide infr. q. ro. n. ro. & deleas n. 5

Ducatis

adde VIII.

adde 1537. in Adoharum 7. fol. 94 tergo.

corrige longas.

Corrigere per te ipsum vide Summaria, & materiam.

corrige ex quo

corrige Conf. 11.

corrige secundogenita

corrige eloquentioris

corrige conclusiōe

corrige incongruē

corrige nubilis

corrige sū fructus

corrige obligati

corrige conuentum

est duplicata in nu.

corrige quoad

corrige contra

D. ANDREAS  
CAPANVS  
IVRISCONSVLTVS  
NEAPOLITANVS  
DE I V R E A D O H A E.





# DE IVRE ADOHAE TRACTATVS AVCTORE ANDREA CAPANO PATRITIO, AC MILITE NEAPOLITANO.



## ARGVMENTVM.

Adoha quomodo in Regno nostro introducta, & quomo do ex feudis debita sit in locum seruitij personalis à feudatario olim debiti, & nunc remissi ex munificentia Regum nostrorum sic demandantium. De donatiuo ad taxam adohæ exigendo, Et de adoha debenda in Sicilia, Gal lia, alijsq; partibus.

## S V M M A R I A.

- 1 Adoha materia à Iacobo Ayello indicata, locupletatur ab auctore.
- 2 Adoha origo ostenditur à tempore Conradi Imperatoris introducta, & quomodo ex feudis debeatur.
- 3 Vassallus tenetur Domino seruire de persona tempore belli, vel alium

acceptabilem mittere, vel Domino redditus unius anni ex feudo di- mittere.

- 4 Seruitium personale propter feudum hodie est remissum vassallo, & eius loco exigetur adoha, & n. 6.
- 5 Adoha nomen est barbarum, et aequi uocè accipitur cum adobo, & adobamento.
- 7 Adoha dicitur ab unione feudorum parui redditus usq; ad summam unciarum viginti, & pensio ex il- lis soluenda dicitur adoha, et quare?
- 8 Adoha dicitur pensio soluenda Regi ex feudis propter hoc unius, & quare?
- 9 Adoha soluitur in Regno Sicilia vla- pharum.
- 10 Adoha soluitur in Gallijs in pecunia, & dicitur Arriebar.
- 11 Donatiuum in Regno nostro exigi- tur ad taxam adohæ ex stilo Re- giae Camera Summarie.
- 12 Adoha nomen in genere comprehen- dit omnia seruitia prestanta in- pecunia à vassallis Domino suo, & nu. seq.

A Adoha

- 13 Adoba differt ab adiutorijs, licet in genere sub adoba comprehendantur adiutoria, nam adiutoria à Populis, adoba à Vassallis praestatur, & num. 12.
- 14 Adoba soluitur in Alemania, & à Brandenburgensibus, & nu. 15.
- 15 Necesitas imponende adoba debet considerari qualis, & quanta sit, & num. 17.

## Q V A E S T I O I.

**A**DOBÆ SOLUTIO à FEUDATARIJS  
debita Regi in Regno nostro, vsu frequens adeò est,  
vt ideo facta sit grauis,  
quotidiana, & practicabilis, Grauis  
in impositione, Quotidiana in Cam-  
era fiscalis, Practicabilis in solutio-  
ne, de qua non nulla indicauit Iaco-  
bus Ayellus Præses Regiae Cameræ  
Summariarie, qui instar messoris mul-  
ta prætermisit, pluraq; deinde, suc-  
cedentibus temporibus, de hoc Re-  
gali Iure tractata, ac addita fuere:  
quàm obrem post messoris terga spic-  
cas recolligendo, aliàq; deinde facta  
iterum metiendo, ac addendo, no-  
num hunc tractatum instituo, in  
quo, quæ Iacobus indicauit pro vi-  
ribus declarabo, illaq; solidiora, ac  
locupletiora reddere conabor cum  
ex antiquorum Regnicolarum, tum  
ex Neotericorum Authorum di-  
cis, auctoritatibus & demum,  
decisionibus supremorum Regni  
nostrí Tribunalium, maximè Regiae  
Cameræ Summariarie praxi, ac  
stile, in vnum recolligendo, ac bre-  
ui tractatus compendio perstringës,  
Regia iura tutabor, prò vt cœpi, ac  
maiores mei hasta defendenterunt in  
bello. Quàm obrem Dei omnipoten-  
tis, Beatae Mariæ semper Virginis,  
Sancti Andreæ Apostoli, ac S. Ni-  
colai Barësis Patronorum meorum  
nomine inuocato, eorumq; auxilio  
confisus, ad materiam accedo, ab

adobæ origine exordiendo.

Conradus n. Imperator fuit pri-  
mus, qui in Terra Theutonica ser-  
uitum personale vassallorum taxa-  
uit ad tertiam partem fructuum eius  
anni, quo contributio, siue collatio  
fieret; Et in Lombardia ad duode-  
cim denarios, docet Antonius Borri-  
nius, ex tex. in cap. primo vers. simili-  
liter in hostenditj, de capit. Conradi  
in suo tract., quem inscripsit Causa l-  
cata, huic de seruitij vassallorum p. 3.  
cap. primo vers. à Conrado, subdens  
postmodum (vt æquitas, quæ in  
paribus causis paria iura desiderat,  
per Uniuersitatem totius Imperij  
seruaretur) à Friderico tam in Ita-  
lia, quam in Alemania eadem taxa-  
tione ad medietatem fructuum, &  
redditus constituta est, allegat tex.  
in tit. de allodij, & S. firmiter de pro-  
bib. feud. alien. per Frider.

In Regno autem nostro Neapo-  
litano pariter, vt dicit Reg. Annibal.  
Moles tit. de iure adoba, q. 1. in prin-  
cip. manuscript. Conradus idem Im-  
perator taxavit seruitum persona-  
le vassalli in pecunia, sed ad libitum,  
& dicta pecunia fuit appellata ho-  
stendititia, ex eo quia contrà hostes  
præstabatur Andr. de Iser. in c. primo  
vers. nisi hostem de natura feud. & in  
cap. primo S. firmiter, de prohibita  
feud. alienat. per Frider. quæ taxa  
tempore Friderici fuit reducta ad  
medietatem fructuum feudi d. cap.  
primo S. firmiter, Reg. Moles, ubi sup.,  
quæ præstatio hodie dicitur adoba,  
vt infrà dicam, & hanc adobæ origi-  
nem indicauerunt etiam Andr. de  
Iser. in cap. primo S. similiter in hosten-  
ditij nu. 13. de capit. Conrad., & in  
cap. Imperiale, S. firmiter, num. 30.  
vers. Item videmus, de prohib. feud.  
alienat. per Frider. vbi Bartolom. Ca-  
mer. fol. 92. littera F, Marin Frecc.  
de subfeud. tis. de author. Bar. author.  
quincta nu. 8. Ant. Capic. in inuest. feu-  
dal. in verb. feuda adobant, col. 1. Ca-  
mill.

mill. de Curt. in suo diuers. feudal. p. 1.  
fol. 40. col. 2 à num. 40. ad 47. Iacobus de Franch. in prelud. feud. nu. 19.  
Petrus de Gregorio de concess. feud. p.  
7. q. 8. num. 16. Nicolaus Intrigl. de  
feud. cent. 1. q. 45. nu. 3. Franc. de Pont.  
decis. 3. n. 16. & 19. Ioannes Franc.  
Capib. de offic. Bar. prag. 10. nu. 4. ad  
19. & seqq. Ant. Borriinius in d. tract.  
p. 3. cap. 2. §. 1. versic. Adohæ, Andr de  
Georgio in repet. feudal. cap. 66. n. 481  
& seqq. Reg. Moles loc. supra alleg.  
Præses Angelus de Amat. conf. 12. nu.  
3 6. vol. 2. asserentes, quod cùm de iure  
communi feudorum vassallus te-  
nebatur seruire Domino Regi de  
persona tempore belli cap. 1. hic finia-  
tur lex, vèl alium acceptabilem Do-  
mino in sui locū, vèl redditus vnius  
anni ex feudo dimittere. per soluen-  
dos Dominos, d. s. firmat, Ant. Borri-  
nius d. loc. §. 2. Adohæ, vers. deniq; Ta-  
men Reges nostri munificentissimis  
vt dixi de iure releuij p. 5. q. 13. n. 16.  
nolentes grauare ( vt dicam infra q.  
11. ) subditos dupli onere, quod  
facere debet Princeps, ait 10. Ma-  
deriaga lib. de Senatu cap. 40. fol. 474:  
nempè seruitium personale, & reale  
exigere, vt dicam infra d. q. 11. Prop-  
tereà suadentibus temporibus, con-  
sueuerunt, & statuerunt, quod lo-  
4 co personalis seruitij exigatur quæ-  
dam annua pensio, siue præstatio  
percipienda de fructibus feudi, &  
præstanta Domino Regi, remittendo  
seruitium personale, vt dicit Cam-  
mill. de Curt. d. loc. n. 46. dices, quod  
5 succendentibus temporibus seruitiū  
personale fuit remissum, ac eius lo-  
co debita fuit adcha, quæ aliquando  
fuit dicta adohum, & aliquando adoha,  
quibus vocabulis vñi sunt indif-  
ferenter Regnicolæ nostri, Reg. Mo-  
les, ubi sup. vers. Et hoc seruitium, &  
Marin. Frecc. dicit, quod vulgo di-  
citur l'adoho, vt infr. q. sequenti. Et  
tempore Papæ Honorij fuit stabili-

tum, quòd vbi vassallus non tenetur  
de persona seruire, soluat adohum,  
& tempore Ladislai Regis in anno  
1404. tale seruitium personale fuit  
taxatum in numero lancearum, id est  
feudatarij dabant milites equestres  
armatos, & cum lancea, & prò quo-  
libet ex dictis militibus solueban-  
tur vnciæ decem cum dimidia, & sic  
tareni quindecim, vt appareat ex  
quodam priuilegio concessso à dicto  
Ladislao in beneficium Raymundi  
del Balzo Baronis Terræ Specchiæ,  
& aliorum feudorum in Terra Hi-  
drunti, quod seruitium posteà in an-  
no 1468. fuit reductum in pecunia,  
vt appareat ex processu inter Fabri-  
tium Guarinum Baronem Alessani  
ex vna, & Octauium Trani Baronem  
Specchiæ fol. 22. Et posteà fuit or-  
dinatum, quod vassallus seruiens de  
persona in bello absque stipendio  
Regis, sed vulgo à sua consta, tra-  
ctetur immunis ab adoha, vt ex par-  
ticularibus litteris Regijs ip anno  
1532. ad beneficium Magnifici Camili  
Caraccioli, vt in lib. adobarum 5.  
fol. 91. & per alias litteras Regias  
expeditas in anno 1530. ad beneficium  
Excellentis Comitis Montel-  
læ in adobarum lib. 6. fol. 52. & per  
alias litteras Regis expeditas in Re-  
gia Cancellaria in anno 1533. Par-  
tium 11. fol. 132. quarum tenores  
inseruntur infra q. 11.

6 Cuius adohæ solutio, & nomen  
habuit originem, ac deriuata fuit, ex  
feudis parui redditus, ac illorum oc-  
casione constituta fuit, quippè cùm  
erant feuda parui redditus, non po-  
terat de unoquoque eorum solui  
medietas decem vnciarum, sed quia  
iam erant feuda, debebant saltem  
præstare seruitium sic paruum, atten-  
to redditu ipso sic paruo prò ipsius  
concurrenti paritate, prò vt sic di-  
xit Andr. Kobl. de seruit. feudal. p. 1. n.  
24. ideò fuit ordinatum per Reges,  
quod dicta feuda parui redditus

- vnirentur; & sic vñita efficerent reditum viginti vñclarum, ad finem, vt Rex posset ex illis sic vñitis exigere medietatem deçem vñclarum, ita Reg. Moles, ubi sup. vers. Et hoc seruitium in fine. Quæ vñio, siue conjunctio dicebatur barbaro vocabulo tunc adohare, siue adohamentare, idest vnire, siue combinare, vt anni supra hac eadem quæst. & dicam in quæst. seq. Cap. 6. de Georgio in repet. feudal. cap. 66. num. 50. Quapropter ex dicto vocabulo adoha, tunc illa quantitas soluta, siue soluenda, & quæ soluebatur ex dictis feudis sic vñitis, siue adunatis, fuit eodem barbaro vocabulo dicta, & appellata adoha, quæ vox fuit dilatata etiā ad feuda magni valoris, & hoc ideo nè eademi res, & eadem quantitas ex eademi causa, & re debita, diversis nominibus nuncuparetur, ideoq; seruitium dēbendum ex dictis feudis non vñitis, fuit etiam nuncupatum ad instar vñitorum lo adoho, quasi quod idem, & vnum sit adohum ex feudis vñitis, & adohum ex feudis non vñitis, merito cùm nec re, nec specie differant, congruum erat, vt nec nomine different, dum vnam, eandemq; habent etiam naturam, qualitatem, causam, & finem, quæ omnia ex supradictus DD. bene cognoscet curiosus feudista.
- 9 Quæ solutio adohæ, siue seruitij militaris in pecunia exigitur etiam in Regno Siciliæ ultra pharum, vt ait Petrus de Gregor. de concess. feud. p. 8. q. 3. num. 11. & 12. Ioseph Cumia de success. feudal. in cap. si aliquem, in verb. consueti seruitij, num. 18. ad 52. & seq. Garf. Mastrill. de Magistr. tom. 2 lib. 5. cap. 15. num. 19. et seq. dicens ad hoc conuocari tria illius Regni brachia Pater Anton. Diana resol. moral. tract. 3. de Comitijs, & c. resol.
- 10 p. Item in Gallia adhuc inoleuit talis solutio dicti seruitij, & dicitur ibi Arriebar, Nicol. Intrigiol. de feud.

cent. p. q. 45. nu. 5. Tyraquel. de primæ gen. q. 74. nu. primo, & sic adoham nihil aliud esse docet Franc. de Ponte decif. 3. num. 11. quam solutionem illam, quæ in pecunia à vassallo fit Domino.

11 Quæ adoha debita loco personæ seruitij, dicit Reg. Camill. de Curtis in suo divers. feud. mihi fol. 41. col. 2. n. 53. & 54. quod hodie in Regno non exigitur; prò vt prius exigebar, sed exactio fit in donatiuo, quod singulis duobus annis fit in nostro Regno. Rata autem contingens Baronibus, exigitur ab eis secundum taxam seruitij, & durante exactione donatiui conuentum est, quod non possit exigi adoha, dato quod illa in casibus à iure permisisse esset exigenda, & fol. eod. tergo col. 2. nu. 63. dicit; Hodie Barones non soluunt adoham, sed ad taxam adohæ soluunt donatiuum, &c. quod licet ab initio voluntarium, & spontaneum fuisse, tamen hodie ex necessitate præstatur, & donatiuum simul, & adoha, Imò adohæ Baronum sunt venditæ, & alienatæ nonnullæ, & super donatiuo fuerunt à Regia Curia factæ venditiones, & cessa iura luendi annuarum quantitatuum donatarum à Populis, & Baronibus, & sic aliud nomine designatur, quod aliud est in re, quia non est donatiuum, sed necessaria præstatio, nam singulis duobus annis petitur per Regem, quæ preces superioris sunt mandata violenta, Gloss. in l p. in verb. quemadmodum, ff. quod iussu, Franc. de Ponte d. decif. 3. num. 12. Garf. Mastrill. de magistrat. lib. 5. cap. 15. nu. 31. & 33. dicens nomen donatiui esse simulatum, & vera impositio dici potest, Petrus de Greg. de concess. feud. par. 7. q. 8. num. 35. Camill. Borrell. de præstant. Reg. Cathol. cap. 20. num. 54. idem Mastrill. ibidem num. 34. loquens etiam de donatiuo Regni Sicilia dico infra q. 31. Quod donatiuum

tiuum hodie exigitur, & taxatur secundum taxam adohæ impositæ, vt ex præxi Regiæ Cameræ Summariaæ facilè percipitur, & ita ego vidi prouisiones expeditas ad instantiam Beaticis Maldæ, & Virella Rombæ directas Perceptoris Basilicatæ, in quibus fuit taxata rata donarii, habito respectu ad taxam adohæ, vt prò quolibet ducato ex summa adohæ exigantur tot grana, prò ut in dies practicatur, & hec prouisiones sunt registratæ in literarum adoha lib. 7. fol. primo die 9. Maij 1536. Sic etiam ad instantiam Illustris Marchionis Pulignani fuit ordinatum Commisario Terræ Laboris, vt exigeret donatiuum prò rata adohæ, d. lib. 7. fol. primo à ter. & fol. 2. die 10. Maij 1536. & ita paritè ad instantiam Magnificæ Iuliæ Pignatellæ fuit taxatum donatiuum à Regia Camera, & secundum taxam adohæ fuit ordinatum Cōmissario Principatus citrà, vt exigeret prò Cafali . . . die 15. Maij 1536. d. lib. 7. adobarum, fol. 3. 4. & 5. & seqq. ubi nonnullæ prouisiones ita ordinantes ponuntur, & ita hodie audiui practicari, vt mihi dixit D. Claudio Blanditius patricius, & nobilis Brundusinus, vir probitatem, bonitatem, & fide decoratus Præsidens Regiæ Cameræ versatissimus, integerrimus, & apprimè circunpectus, & in amicos gratus, & apud Superiorès perquam bene visus. Quinimò omnia seruitia, sive adiutoria, quæ à vassallis præstantur Domino in pecunia, possunt vocari, & vocantur adohamenta ad instantiam adohæ ita ex Andr. de Iser. in d. S. fil. militer in hostienditibz, dixit de Ponte, ubi suprà num. 16. & propriè largo modo adiutoria dicuntur adoha,

13 Capyc. in verb. feudorum adiutoria, sed in specie differunt, adoha enim in specie debetur à vassallis, adiutoria à Populis, sed contrà Capyc. insurgit, D. Franc. de Ponte d. decis. 3. n.

17. dicens, omnes præstationes, quæ à subditis fiunt Regi, vel Baroni cuiusvis generis, posse rectè dici adohamenta, vt dicam in seq. quest. & sic Ego in pluribus seqq. quest. vñus sū, prò ut passim quæstiones te offendent, & ita in hoc opere intelligas.

14 Apud Brandenburgenses etiam adoha exigitur, & extimatur mille taleris, & est seruitium militare cum vno equo præstandum, Andr. Kohl. de seruit. feudal. par. 6. n. 6. & in alijs locis testatur Andr. Khinchen. de vestitur. paction. par. 2. cap. 5. n. 3 10. dicēs 15 extimari mille florenis. In Alemania etiam illius Domini, & Proceres rarò cum Imperatore ad bellum proficiscuntur, sed urgente necessitate, & expeditione publica, tunc ab Imperatore conuocatur status Imperij, & necessarium decernitur auxilium prò sustentando exercitu, Andr. Kohl. d. loc. par. 6. num. 42. De-

16 bent tamen Collaterales Consiliarij, alijq; qui Domino consulunt, aduertere in imponendis tributis, gabellis, & donatiuis, vt considerēt quænam, qualis, & quanta sit necessitatibus causa, & non sic ex abrupto procedere, dicendo, imponamus 17 hoc, illud, & illud onus; Sed ideòq; considerari debet qualitas necessitatis, & quanta sit, & si aliundè potest prouideri, alias isti tales peccat, & obligati sunt ad restitucionem, ita Io. Maderiaga sup. alleg. lib. de Se- natu d. cap. 40. fol. 474. dicens, los Procuradores de las Cortes concediendo masquè el Reyno puede por haber la gracia del Rey, nò solo peccan, si nò quedan obligados à restituirlos al Reyno, Et Petrus de Ledesma in summa tom. 2. tract. 7. cap. 2. fol. mibi 195. ait, si es así, que las tales necesidades las aya de suerte, que nò se puodan suplir, si nò espediendo tan rigorosamente este tributo del alcaualal, nò pertenece al Teólogo determinarlo, Lo que es cierto en Teología, es que si estas necesidades del

A 3 Rey,

Rey, y del Reyno nò se puoden suplir d' otra manera, iustissimo es el tributo, si se puede suplir d' otra suerte, nò es iusto, però esto el Rey, y los Consegeros suios lo han da iuzgar, si es , an si, y han da dar cuenta à Dios supremo Iuez, ità, etiā dicit Alonsus de Vega in sum. tom. primo cap. 15. casu 3. Petrus à Nauar. de reſtit. tib. 3. cap. 2. fo. 195. Ioannes Franc. de Ponte de potest. Proreg. tit. 4. de regal. Impos. nu. 45. ad illos, qui Principi à Consilijs adſident in hac materia ſic ait; Perpendant bene Miniftri Regis omnia, ex viraq; parte, quæ ſint caufe, quæ ſint neceſſitates, quæ ſint Regni vires; in quas neceſſitates inexcusabiles pecunia ſit conuertenda, ſi aliud ſit expediens, non timeant faciem potentis, dicat veritatem Deo, & hominibus, quia de anima certant, & de aternitate irrevocabilitèr; Tractatur enim de ſanguine pauperum, dicit idem de Ponte d. loco; & quæ mala, calamitates, & ruine prodeunt ex talibus impoſitionibus legatur Lucas de Pen. in l. p. n. 15. C. n. è rustic. ad villa obsequia, de Ponte d. loc. nu. 42. Idem reſpetu Baronum dicit Ioannes Franc. Capiblanc. de offic. Baron. tom. primo pragm. 10. num. 7. & seqq. & nouiſſime poſt alios præcitatius Antonius. Diana reſolut. moral. tratt. 3. refol. 2. per totam, & experientia in dies nos docet, dicam in frā q. 5. in princip.



## ARGUMENTVM.

Adohæ nomen undè dicatur, & barbarum eſſe contenditur, & uerè ſeruitium militare eſſe demonſtratur; & appellari diuerso modo ſecundum diuerſitatem locorum.

## S V M M A R I A.

- 1 Adoha dicitur ab adohare, ſiuē adunare, vel vniire, & num. 8. ſic etiam dohana nu. 9.
- 2 Adoha vox, eiusque allufio procedit ex diuersarum Prouinciarum nomine, & nu. 7.
- 3 Adoha nomen, barbara eſt vox Regni Neapolitani, et aliorum Regnum nu. 6.
- 4 Adoha ut debeatur, hodie non requiritur vniō feudorum.
- 5 Militare ſeruitium, quod generaliter preſtatur à vassallis, dicitur adoha.
- 10 Adoha exactio non potest impediri per Commissarium redemptionis debitorum vniuersitatis.
- 11 Caualenta dicitur propriæ ſeruitium à Barone preſtandum.

## Q V A E S T I O I I .

**E**NARRATA adohæ origine, quantum militare Regni nostri ſeruitium, tali nomine fuerit nuncupatum, ideò reliquum erat quærere cur sic appellatum fuit, & licet Andreas de Isen. allegatus in præcedenti quæſti dicit, quodd nomina ſunt conſona rebus exaltatione, & vſu Prouinciarum, tamen quod ipectat ad Regnum nostrum, adoha ſumpſit ætymologiam à verbo adohare, ſeu adunare, quia dicit Andr. de Isen. vt ab ipſo exordiat in cap. primo ſ. ſimiliter in hoſtenditij de capit. Conrad. num. 13. & dilucidius in cap. primo num. 9. de controuerſe. ſeud. apud par. termin. adoha dicitur à verbo adohare, & adunare, quia tot feudatarij habentes feuda parui redditus, & non ſufficientia ad ſubſtantandum vnum militem in ſeruitio Regis, tunc quia Rex volebat ſeruitium prædictum, ideò dicti feudatarij ſe adunabant, & quilibet contribuebat prò rata ſua,

fus, & constituebant feudum viginti vnciarum, ex quibus statuebant salarium vnius militis, prò ut de iure tenebantur *Consil. de Georgio in repet. feudal. cap. 66. num. 50.* & sic ex Regis ordinatione, adunatis feudatarijs, siuè coniunctis, siuè combinatis, tunc illa quantitas, quę soluebatur ex dictis feudis coadunatis, fuit barbaro vocabulo adoha appellata, siuè adohum, vel adohamētum, sic etiam dōcuit *Ant. Borrinius in tract. Caualcata, siuè de seruitij vassallorum par. 3. cap. 2. §. 2.* Adoha, verific. adoha usus, *Reg. Moles de Iure adoha q. 1. versic.* Et hoc seruuiū, Quę allusio ab Andr. tradita, si quæris ab ipso qn. sit vera? respondit in d. cap. similiter, nu. 13. quod quælibet Prouincia habet sua nomina, & vocabula, sed cùm sic per Regnicolas fuit nominata talis solutio, ideo amplius non est de tali nomine quærendum. Sic etiam taxatio adoha prò ratione fructuum non est uniformis, & generalis, sed fit in pecunia ad rationem fructuum, & acceditur quantitas, & mos regionis, & locorum, arg. tex. in l. precia rerum, ff. ad leg. *Falcid. Marinus Freccia de subfeud. lib. 2. author. 3. num. 3.* & seq. *Anton. Borrin. d. loc. versic. fructuum,* ideoq; barbarum nomen est, dicit Camer. in d. 9. firmiter, fol. 92. lit. F, D. Horat. Montan. ibidem num. 64. de prohib. feud. alienat. per Frider. In tantum quod talis solutio, siuè fieret per tales feudatarios sic adunatos, siuè adohatos, vel coniuctos ad faciendam dictam solutionem, semper, & indifferenter dicta fuit adoha, siuè fuit ab uno feudatario prò uno feudo, siue à pluribus prò uno feudo, ita *Ant. Capyc. in sua inuestit. feudali, cap. feuda adobant, versic. dicta est adoha in fine, dicens, quod generaliter militare seruitium, quod præstatur à Baronibus in Regno, siuè prò feudis paruis, siuè magnis, eò*

quod omnes se adunant ad substantandos milites, siuè ad faciendam talem solutionem, dicitur adoha, & sic ex illa adunatione particulari in illo casu, quo feuda essent parua, & minoris valoris, fuit etiam ipsa solutio, quę fit ab alijs feudatarijs congregatis prò rata dictarum viginti vnciarum, appellata adoha, & post Afflict. in c. p. 5. In hostenditj. de cap. *Conr. Fab. de Ann. conf. 3. nu. 10. vol. 1. Camill. de Curt. in suo diuersor. feudal. fol. 41. col. p. nu. 47. cap. C. m igitur in feudo omnis diffin. Iacob. de Franch. 6 in prelud. feudal. num. 19. Est n. barbarum vocabulum, dicit Camer. d. fol. 92. quinimo barbarum Regni Neapolitani vocabulum, & vulgare verbum dicit Nicol. Instrig. cent. 1. q. 45. num. 3. & 4. Joseph Cumia in cap. se aliquem in verb. consueti seruitij, num. 52. *Fab. de Anna d. conf. 3. nu. 9. Tiraquell. de Iure primog. q. 74. n. 2.* 7 dicens, quod hoc militare seruitium in Regno nostro dicitur adoha; In Francia Arriebar, *Instrigl. & Fab. de Anna locis alleg.* & cur enim in Francia non dicitur adoha, respondit Andr. de Iser. in d. cap. primo Quælibet enim Prouincia habet sua vocabula, & sic non amplius insistendum super aetymologię huius vocabuli, & hæc communiter assignatur, quā secutus est etiam *Franc. de Ponte de cisi. 3. num. 17. & 18. & num. 22. Io. Andr. de Georg. in repetit. feudal. cap. 25. n. 17.* 8 Et quod ex dicta coniunctione, siuè adunatione benè dicatur adoha, patet ex alio barbaro vocabulo in Regno Neapolitano, & si vulgaria videantur, tamen aliquando nos displicebit sic leuia apponere, ad finem ut grauiora cognoscantur, quippè dolia, in quibus vinū, oleū, aliaq; huiusmodi conseruantur, non sunt vnius petij, siuè integra, sed conficiuntur ex diuersis tabellis, quę tabellę vulgari, barbaroque sermone*

sermone dicuntur le adohe, quasi quod simul vniuntur, & sicuti diuersa feuda vniabantur, ac diuersi milites adunabantur, & faciebant vnum militē, ita istae diuersæ tabellæ vniuntur, & ex eis conficitur, ac formatur vnum dolium; Ex quibus patet, quod hoc vocabulum adohare in Regno nostro non solum in adoha, sed etiam in alijs similibus combinationibus utimur. Sic etiam ex hac adunatione fuit appellata dohana, nam in plures gabellæ, & vestigalia, & iura simul vnta exiguntur in uno loco, prò ut sic derivatur hoc nomen. *Reg. Moles de Iur. dohanæ, §. p. ius dohanæ circā princip. Io. Dom. Tassonus M. C. V. Iudex Meritiss. & omnigenæ doctrina, maxime politica ornatiss.* & mihi adprimè semper venerandus prag. de antefato obser. vers. 3. nu. 322. Estq; adeò priuilegiata hæc adoha, siue seruicium hoc militare, quod nullo modo potest eius exactio impediri à nullo, etiam si esset necessaria prò redimendis debitibus Vniuersitatis eiusdem terræ, propter quam debetur, prò ut sic fuit obseruatum die ult. Martij 1599. ut in lib. 20. adoharum, fol. 35. quippè accessit Commissarius ad Terrâ Veggiani in Prouincia Basilicata prò redimenda dicta Vniuersitate ab eius debitibus, qui vocatur vulgo Commissarius redēptionis, qui Commissarius mandauit Magnifico Jacebo Dentice Baroni dictæ Terræ, quod nō exigeret introitus feudales, eò quod deseruiebant prò redimendis debitibus dictæ Terræ, & comparuit dictus Magnificus Iacobus, & prævio ordine S. E. fuit per Regiam Cameram ordinatum, quod dictus Commissarius non impediret Baroni, qui exigeret introitus feudales, non alia ratione, nisi quia ex eis soluitur adoha Domino Regi, ut appareat ex dictis Registris.

12 Sed quia adohum, siue adoha fuit subrogata loco personatis seruitij, quod præstabant Barones in Regno seruicio cū uno, vel duobus equis, prò ut erant redditus feudi, proinde existimauit *Io Raynaud. adleg. Imperiale, §. firmiter sub num. 14.* hoc seruitium esse denominandum nomine Caualcata ab equitatu, quasi quod omnia seruitorum genera complectatur, quæ præstari solent à viris nobilibus, seruientibus Regi suo, quasi quod in equestri, ac militari dignitate positi seruant Dominum suo, quem *Raynaud.* sequutus est *Jacob. de S Georg. in inuestit. feudal. in verb. Et promiserunt, num. 16.* & ante istos *Albericus à Rosate in Rubr. de muneribus, & honoribus num. 53.* & nouissimè *Ant. Borrin. in dicto tract.* Caualcata, siue de seruit. vassall. cap. primo vers. Illud tamen præ alijs.



## ARGUMENTVM.

Adoha, Adohum, & Adohamentum quid in genere significant, quidue in specie, esseq; sinonima, ac æquiuocè Regnicolas illis uti demonstratur,

## S V M M A R I A.

- 1 *Adoha, Adohum, & Adohamentum, licet æquiuocè accipiuntur, tamen differunt.*
- 2 *Adoha dicitur omne seruitium pecuniarium, quod præstatur per feudatarios.*
- 3 *Adoha generalis dicitur, quæ præstatur per omnes feudatarios congregatos ad instar particularis adoha.*
- 4 *Adohamentum dicitur propriè solutio,*

5. *tio, que se ex pluribus feudis combinatis.*
5. *Adiuuamentum remisso, intelligitur remissa adoha tanquam comprehensa sub illo, & è contra remissuē.*
6. *Adohamentum dicitur omnia adiutoria, & seruitia praestita Domino à vassallis.*
7. *Adoha soluitur propriè à vassallos, sed adiutoria à populis.*
8. *Adoha soluitur à Barone, & Comite.*

## Q V A E S T I O III.

**E**T si apud Regniçolas & quicunque vocatae sunt hæc voces, adoha, adohum, & adohamentum, adeò ut quandoque uno, quandoque altero nomine utantur. *Reg. Moles de Kur. adoha, quest. 1. vers. Et hoc seruitium, quia non omnia, sunt, & unum pro alio accipitur, tamen idem significant, sed in specie aliquando differre. complices, quia adoha est nomen generale, comprehendens omne seruitium in pecunia, quod Regi pro feudo soluitur, quia omne seruitium pecuniarium, quod in pecunia soluitur, dicitur adoha; Franc. de Ponte. decis. 3. num. 1. ex Afflict. decis. 265. n. 51. Nicolaus Insigniglio. de feud. cent. 1. q. 45. n. 6. Anton. Capyc. in verb. feuda adobant in princip. sicuti omnis præstatio ex feudo dicitur seruitium, licet in specie seruitium dicitur proprie personale, Ant. Barrimus de Cauacata sive de seruitijs vassall. p. 3. cap. 1. vers. Ceterum, Quod seruitium forte fieret per ipsos coadunatos, vel combinatos, vel ex feudis unitis, licet in genere seruitium, quod soluitur pro uno feudo ab uno feudatario, vel pro pluribus feudis, adhuc dicatur adoha, ea ratione, quia omnes feudatarij Regni coadunantur ad soluendum tale seruitium, Capyc. in d. verb. feuda adobant, vers. Et dicta est adoha ibi processit,*

- samen adeò solutio Andr. Kohl. de servit. feudal. par. 6. n. 25. Vnde patet, quod adohamentum dicitur illud, quod soluitur ex pluribus feudis combinatis, ad finem, ut allusio vocabuli fiat ex ipso coadunamento Capyc. loc proximè cit. vers. Et dicta solutio, Nicol. Insigniglio. d. q. 45. n. 3. vbi in specie de hoc adohamento specificat; Vnde dubitabat Afflict. in §. similiter in hostenditjs de capit. Conrad. sub num. 15. quod adoha est speciale nomen seruitij militaris Regni nostri, & specialis remissio requirebatur à Rege, & tamen concludit, quod adoha comprehenditur sub nomine adiuuamenti, quod si Rex remiceret adiuuamentum ex feudo debitum, adhuc intelligitur remissa adoha, quia adiuuamentum est nomen generale, comprehendens omnem seruitium ex feudo debitum, vel feudo impositum Franc. de Ponte de. cis. 3. n. 20. inferens è contrario cœcessa immunitate adoha, includi adiuuamentum, & sic donatiuum, & dicam quest. 45. de immunit. adoha. 6. Vnde Andr. dt. Isorn. hic dicit, quod adiutoria, & seruitia omnia, quæ à vassallis præstantur Domino, dici possunt adohamenta, de Ponte dicta decis. 3. num. 16. & licet ex Capyc. in verb. feudorum adiutoria, largo modo dicantur adoha, tamen in specie differunt, quia adoha est, quæ soluitur à vassallis feudatarijs, adiutoria autem sunt, quæ soluuntur ab omni Populo, tamen replicat Franc. de Pont. d. loc. num. 27. quod Capycius fallitur, dicens siquidem non ex eo, quia generaliter imponitur adiutorium, per hoc, non erit adohamentum, potest enim esse, & generale, & particulare, sed semper erit adohamentum, siue de persona, siue in pecunia Dominum adiuant in suis necessitatibus, & quanto magis universaliter fit solutio, tanto magis illuditur vocabulo, & eius æthimo-
- 7

mologiæ, nempè ad adunamenta,  
hæc Frans. de Ponte ibi.



## ARGUMENTVM.

Quis posset imponere adoham  
qua de causa debetur, &  
quare à principio cōcessio-  
nis, vel ex post facto possit  
imponi; Et quid hodie ser-  
uetur in Regno, & quid  
de donatiuo, quod singulis  
duobus annis præstatur.

## S V. M. M. A R I A.

- 1 Adoha in quibus casibus potest imponi remissiæ.
- 2 Adoha potest imponi, suadente bono pacis, vel belli.
- 3 Adoha post concessionem feudi debet imponi secundum leges, sed ante cōcessionem, quam vult Dominus potest imponere.
- 4 Adoha potest imponi post concessione ex necessitate belli extra Regnum.
- 5 Adoha indistincte imponitur post conces-  
sionem, suadente necessitate pa-  
blica Domino afferenti ex necessita-  
te, & utilitate publica velle impo-  
nere adoham quando credatur.
- 6 Adoha soluta Domino victo, nō debet iterum solui Domino victori.
- 7 Adoha licet hodie non exigatur in Regno sub nomine adoha exigitur tamen sub nomine donatiui, & ne-cessarij.
- 8 Donatiua præstantur in Regno ad Regis mandatum.
- 9 Pactum, quod pendente solutione do-  
natiui, non possit imponi adoha, est frustatorium bodie.
- 10 Donatiua hodie in Regno non metu-

- sur nomen domini, sed necessary debiti.
- 11 Poena non debet exigi à Perceptori-  
bus, quando Uniuersitates non sal-  
uent die peremptorio.

## Q VAE S T I O . IV.

**A** Doham potest imponere in Regno suo Rex, vel quilibet Princeps habens iura Regalia; & Fiscum in suo Principatu, & Rex noster etiam, & in casibus comprehensis in Constitutione Re- gni, & capit. Papæ Honorij, Barthol. Camer. fol. 92. lit G. & nos infrà q. 16. & seq. Et potest adoham imponere, dummodo fauor boni publici intercedat, quia suadente bono pacis, Rex potest talē adoham imponere secundum Luc. de Penn. in l. 1. C. de superindict. Camer. ubi supr. lit. I. puta tempore belli in Regno existentis, tunc Rex potest imponere adoham, & vassalli præstare tenentur illam, etiam secundum Capit. Papæ Hon- orij, ita Andr. de Iser. in cap. I. Quis dicatur Dux, & in alijs locis, quos allegat, & sequitur Jacob. de Ayella de Iur. adoha, n. 17. & nos infrà q. 17. & hæc est vna causa imponendi talē adoham, siue donatiuum, & di- citur causa finalis, nam etiam debet concurrere alia causa, nempè for- malis, vt talis impositio debeat im- ponni proportionaliter ad vires Re- gni, vt ex sentent. Turrian. Bonacini. Petri de Aragon. Suarez, Salaz, Lef- fiso. Reginald. Ledesm. & aliis docet Reuer. P. Antonin. Dian. resol. moral. tract. 3. resol. 2. vide infra q. seq. & di- xi sup. q. 1. in fin. & hoc ex iusta, ac rationabili, nec affectata, vel momē- tanea causa facere debet Rex, & vt Regnum sit securum, Antonius Bor- rin. d. tract. de Caualcaea siue de ser- uitijs vassall. par. 3. cap. 6. in princip. vel ad subleuandos Principes no- stros, erga quos deuoti, & promptio- res nos debemus ostēdi docet idem Borrin.

Borrin. d. tract. par. 3. cap. 6. uers. Et magis, Et hoc procedit ex post facto, nempè post factam concessionem feudi, quia antè factam concessionem in eius inuestitura, seu concessione potest Princeps imponere quam vult adoham, cum in re sua quilibet sit moderator, & arbiter, ita Andr. in d. S. in boſtendit, num. 14. Matth. Afflīct. num. 8. idem Andr. in Constit. honorem, lib. 3. in princip. Petrus de Gregor. de concess. feud. par. 8. quest. 2. vers. His igitur presuppositis, & omnium clarissimè Ioseb Cumia in cap. si aliquem, cap. consueti seruity n. 48. et 49. Anton. Borrin. de Caualcata, siue de seruijs vassall. d. S. 2. adoha, versic. potest, quia ex post facto tales concessiones sunt contractus necessitatis, quæ secundum Iura regulari debent i. sicut, C. de action. & obligas.

4 nisi ex causa, ut dixi, iusta, puta si Rex non solūm in Regno, sed etiam si extrà Regnum haberet bellum, adeò ut consultiū Regi esset ire ad obviandum hostibus, & egredi Regnum, tunc enim potest imponere adoham, & vassalli tenetur soluere, vel prò defensione Prouinciarum, vel Ciuitatis extrà Regnum acquisitæ, ita Iacobus de Ayello de iur. adoha nu.

5 21. dico infrā q. 17. num. 12. Et in summa potest imponere Rex adoha, ac illa debetur semper, quod utilitas publica hoc suadet, quæ utilitas publica prò debenda, ac impoñenda adoha potest esse perpetua, & temporalis, Afflīct. decis. 252. nu. 2. semper enim, quod Rex vult imponere adoham, debet hoc facere fauore iuris publici, ut tenet Andr. quem allegat, & sequitur Afflīct. d. decis. 252. sub num. 7 Ant. Diana ubi sup. resol. 2.

Quam utilitatem publicam, & necessitatem assertam à Principe in parlamento, an Barones debeant credere, & sic concurrere in donatione, dicas, quod simpliciter debent credere, ut docent Laderchius conf.

145. num. 2. Thom. Grammat. decis. 65. num. 3. & decis. 105. nu. 9. Card. Paris. cons. 1. num. 41. vol. prim. Rol. à Vall. cons. 1. nu. 98. uol. 1. Oldrad. cons. 258. Alex. cons. 216. num. primo uol. 2. Ceuall. comm. contra comm. q. 578. nu. 26. Bouadill. Politic. tom. 2. lib. 5. cap. 5 Nisi tamen moraliter constaret cōtrarium, nempè non adesse necessitatem subueniendi, quia tunc satiūs cogitandum est, ut docuit Jacob. Menoch. presumpt. lib. 2. presumpt. 10. num. 31. & nouissimè P. Antonin. Diana, ubi suprà resol. 11. ubi alias allegat.

6 Quid autem si duobus dominis bellum gerentibus unus exigeret adoham à vassallo, deinde, illo vieto, an nouus dominus posset exiger illam eamdem adoham, eiusq; quantitatem ducatorum nempè 80. quam exegit ille prior Dominus, nūc victus, dicas, quod ex quo unus videtur Dominus, licet mutetur, ideò unica debetur adoha, prò ut sic fuit practicatum in anno 1530. tempore inuasionis nostri Regni, nam III. Marchio Buchianici tempore dictæ innvasionis soluit adohā Camillo Vrsino Capitaneo Generali Francorum per vim, & producebat apocas de recepto, posteà, fugatis hostibus, Thessaurarius Aprutii prætendebat exigere illam eandemmet quantitatam adohæ solutę dicto Camillo Vrsino, fuit per Reg. Cam. ordinatum, quod supercedeatur in exigendo dictos ducatos 80. à dicto Marchione Buchianici, stante quod apparebat soluti dicto Capitaneo generali hostium, die 14. Ianuarij 1530. in adoharum 5. fol. 11. sic etiam fuit ordinatum in beneficiiū Ciuitatis Suevæ quæ soluerat fūctiones fiscales in posse dicti exercitus inimici, quod quātitates soluuae excōputentur, ut supra, & prò illic non molestetur die 12. Decembris 1532. in adoharum 5. fol. 83. & 84.

7 Verūm hodie adoha etiam exigitur,

tur. & ad eius taxam exigitur donatiuum, quod singulis duobus annis, conuocato parlamento, nempe Ciuitatis Optimatibus, Baronibus, & Proceribus Regni, petitur semper à Rege nostro per particulares litteras ad Proregem Regni, & petit illud prò bella, quod substinet, tám extrà Regnum, quám pro bono pacis, quod substinet in Regno, adeò ut quod priùs ex benignitate exigebat, hodie ad necessitatem reductum est, vt ait *D. de Ponte decif. 3. n. 11. et 12. & seq. Camill. de Curt. d. loc. num. 63.* & non obstante, quod parlamentum non conuocetur, adhuc etiam exigitur donatiuum, & in summa sufficit, quod petatur sub nomine doni, quia semper fidelissima hęc nostra Ciuitas, munificentissimi nos Barones, ac liberalissimum nostrum Regnum promptissimè mandatis Regis nostri annuimus, præstanto immensa donatiua, ac magis immensam adoham ex nostra liberalitate simul, & semel quādo opus est,

9 licet pacto cautum esset, vt pendente solutione donatiui, noua adoha imponi non possit, sed hoc pactum frustatorium est, ita *Reg. 10. Ant. Lar. conf. 62. num. 13. vers. quartò hęc conuentio*, dum hodie (vt alias dixi) indifferenter, in hoc Regno præstantur donatiua, & præstiones extraordinariæ, non obstante donatiuo ordinario, vt vidi tempore Excellentissimi Ducis Aluæ Proregis, nám à Rege nostro fuerunt Regna nostro significatę necessitates, & virginitia bellorum Flandriæ, Lombardiaæ, & Alemaniæ, & per Vniuersitates, & Barones Regni maxima cū animi promptitudine fuerunt erectæ peditum, & equitum turmæ prò rata foculariorum, & illæ donatæ Regi prò eius seruilio non solùm vna vice, sed pluriès, & fuit etiam oblata, & data Regi prò dicta causa bellorum tertia pars introitum, quos tenebant particulares assigna-

tarij cum Regia Curia tám super arrendamentis, quam functionibus fiscalibus, & vniuersitatibus in anno 1625. sic etiam fuit obseruatum tempore Excellentissimi Ducis de Alcalá Proregis optimi in anno 1630. sed postea fuerunt assignati super introitibus gabellę vini partim, & partim super noua impositione Dohanæ, sed cum medietatis & duorum tertiorum detrimento, His autem temporibus sub præsidatu Illustrissimi, & Excellentissimi Comitis de Monterey, acutissimi ingenij, & Principis prespicacissimi, & prouidentiæ admirabilis, ex quo valida, & inusitata euenerunt bella, insurtererat enim Gustaus Adolphus Suetiæ Rex, qui Imperium occupare, Italiam deuastare, & antiquā Gotorum gloriam renouare anhelabat, & inde, licet eo in prælio Lipsiæ occiso 16. Nouembris 1632. alia non defuere bella, quæ iam feruentur per totum Orbem, merito noua adiuta, nouaque seruitia pro bello longinq; tenendo fuit necessarium præstare: Barones enim Regni inquietissimo Regi nostro cum ducatis 200. mille seruiuere: & quāplurimi particulares cum diuersis summis, & in anno 1634. ex Introitibus Fiscalibus quintam, & inde decimam partē tradidere; licet Rex super alijs eius effectibus tantundem assignauerit: Ciuitas Neapolis fidelissima Regi suo cum quingentis mille primo loco seuiuit *con li cinque grani per tumolo*: & inde cum alijs ducatis . . . *sopra il tarì per tumolo di sale*: & deinde cum alio milione *sopra il grano à rotolo*, & *il carlino per faro d'oglio*, & Barones, & Vniuersitates Regni cū militibus, cū uno prò quolibet cētinario foculariorum, & nūc iterum cum alijs duobus militibus Barones, & Vniuersitates Regni, & tareno uno pro quolibet foculare p aliquos menses: Hinc fit, Pactum illud, quod pendente solutione donatiui

riui ordinarij; quod non imponatur aliud, semper seruari nō posse: Quo- niā secūdum tempora, statuta va- riantur humana, c. non debet de consā- guinitate, & affinitate. Licitū est. n. Regi ob Bellorū eminētiā in alijs Regnis sumptus imponere, & à subditis tri- buta petere: & superindictū. i. vltra- tributa dictum habere: his autē casi- bus solent Vasalli donatiua, & adiu- toria augere, vt notat Io. Domini- cus Taslonus in obseruationibus iu- risdiction. super *Pragm. de antefato* verf. 4. obser. 3. nu. 21. pag. 294. & in verf. 1. obser. 2. n. 28. pag. 16. Quando n. Rex de suo nō habet, pro seruitio suo, & sui Regni, poterit Vasallis col- legas imponere, Andreas in tit. que- sunt regalia c. 1. in verb. & extraordi- naria Collatio. n. 59. & nō obstante, q̄ nos Barones Regni Neapolitani ex priuilegio Regis Alphonsi Primi su- mus immunes ab onere adohæ, vt per c. 2. Regis Alphōsi concessū sub die nona Maij inter capit Neapolit. fol. 8.

10 adeò vt in donatiuis, quæ petūtur à Rege, sēper dicitur per Barones, q̄ præstant ex liberalitate, sed quod non intelligatur pro adohis, à qui- bus in faciem Regiæ Maiestatis sē- per Barones dicunt, se esse immu- nes ex dicto cap. Regis Alphōsi, ita Reg. Io. Anton. *Lanar dicto conf.* 62. num. 14. & hoc non obstante, ir- remissibilitè exiguntur, & sic libe- ralitas reducta est ad necessitatem præcisam, cùm nulla Iuris disposi- tione, sed ex mera nostri liberalita- te, ac deuota animi propensione, necessitatē, & debitum facientibus, id in consequentiā non trahendū, argumeato eorum, quæ narravit Card. Host. in summa tit. de immunit. Eccles. num. 5. circa medium, Marin. Frecc. de subfeud. lib. 2. autbor. 3. Ba- ron. num. 26. Nicol. Boer. decis. 129. num. 9 Anton. Borrin. de Caualcata, huc de seruit. vassall par. 4. c. 2. in fin.

11 Nec tandem volui omittere, quod Perceptores in exactione dictæ ade-

hæ non debent procedere cum pe- remptorio ad horam, sed mitiſimè cum Baronibus, & tanto fortius cū pauperrimis Vniuersitatibus, nec ab illis poenam exigere ex causa non factæ solutionis in termino, quia poena non debet exigi, & exactare- stituitur, vel imputatur in debito, prout sic fuit ordinatum Commis- sario Principis vltra ad instantiam Civitatis Ariani, & Montis Leonis dictæ prouinciæ, vt restitueretur poena exacta, vel imputaretur in de- bito, ex quo per tres dies tardauerat soluere, die 26. Iunij 1527. in adobarum 40. fol. 193.



**A R G U M E N T U M.**  
De quātitate adohæ in Re- gno debenda secundum ta- xam nouam, & taxam anti- quam, & quid de taxa in feu- dis cū uassallis, uel sine, & quid in feudiis inhabitatis, & planis, & de tabula; Et quid de contributione facienda Baroni per uniuersitatem. Et qd in functionibus fiscalibus.

**S V M M A R I A.**

- 1 Adoba in Regno est medietas fructuū illius anni, quo imponitur, & nu. 3.
- 2 Impositio oneris debet habere causā formalem, & finalē, & declaratur.
- 4 Modus taxandi adobam etiam tem- pore guerræ ponitur, & sub n. 5.
- 5 Adoba antiqua exigitur pendente informatione capienda, sub n. primo vel quadam quantitas.
- Modus capiēdae informationis super taxa adoba refertur sub eod. num.
- 6 Vniuersitates hodie mittūt Reg. Cam. quodlibet anno fidem introitum.

B feu-

- 7 feudalium Baronis, & pret̄ illorū.  
 7 Adoba habet taxam diuersimodè antiquam, & nouam.
- 8 Feuda taxata alla tassa vecchia soliunt decem uncias cū dimidia pro singulis viginti uncīs redditū appetitatorū tē ore prēdictē cōcessionis.
- 9 Taxa antiqua non augetur, nec diminuitur ex consultatione Regie Cameræ Summarie.
- 10 Taxa noua maioris est quantitatis, quam antiqua; & quare? num. sequentibus.
- 11 Vassalli burgenses contribuunt Baronii soluenti adobam ordinariam prō medietate, sed non tenentur soluere ratam Baronis.
- 12 Contributio Vassallorum prō adoba fit ad rationem carolenorum quinq; prō quolibet fuculari.
- 13 Cōtributio Vassallorum prō adoba, si nō sufficit ob inopiam Vassallorum, suppletur per Baronē, sī assē superest, cedit beneficio Vassallorum, & n. seq.
- 14 Contributio Vassallorum regulatur prō rata fuculariorum.
- 15 Adoba de feuda reuerso ad primum dominum soluitur secundum taxā primi Domini, non obstante taxa, medio tempore facta.
- 16 Barone non taxato pro adoba, non debet taxari Vniuersitas.
- 17 Vassalli coguntur ad soluendam ratam adobae ipfis spectantem.
- 18 Baro soluit integrā adobam, quando Vniuersitas nō tenetur contribuere.
- 19 Contributio Vassallorum Baroni prō adoba, non debet excedere medietatem collecta generalis.
- 20 Contributio Vassallorum prō centuno fucularibus non debet excedere sum mam ducatorum quinquaginta.
- 21 Contributio Vassallorum non debet excedere medietatem adobae soluenda per Baronem, siue ordinarię, siue extraordinarię.
- 22 Adoba rata debita per Vassallos contribuentes Baronis, directe exigitur ab ipfis Vassallis, & tanto minus soluit Baro, & alia rata exigitur ab ipso Barone, prō qua non molestan sur Vassalli.
- 23 Adoba secundum taxam veterem, non augetur nec habetur in ea ratio augmenti, non sic in taxa noua.
- 24 Donatiuum taxatur iuxta taxam veterem, quando fit per Barones, & Vniuersitates Regni.
- 25 Taxa noua, & antiqua sunt uniformes in exactione rate, licet videatur differre ratione augmenii frumentum, & nu. 27.
- 26 Feuda antiquitū erant vilioris redditus, quam hodiē, quia aucta sunt.
- 28 Adoba de feudiis inhabitatis, vel sine Vassallis, soluitur à Barone integrē uti de feudo inhabitato ad rationem taxatam.
- 30 Vassalli obligati ad adobam Baronii ratione feudi, adhuc tenentur soluere adobam, si habitassent alibi.
- 31 Inhabitata feuda si postea rehabitetur soluunt uti de feudo habitato.
- 32 In feudiis planis, et de tabula Vassallus seruit Domino per 40. dies sūptibus Domini, & soluitur in eis collecta.
- 33 Adoba ex functionib⁹ fiscalib⁹ in feudum concessis, debetur ad rationem quinque unciarum prō singulis viginti uncīs.
- 34 Adoba ex prouisionib⁹, et etiam alijs iuribus in feudum concessis, debetur ad rationem quinq; unciarum, & unius quarei prō singulis viginti uncīs reddituum, & nu. 35.
- Adoba de feudo in pecunia taxatur ad rationē ducatorū 26. pro centenario.
- 35 Adoba ex functionib⁹ fiscalib⁹, & alijs iuribus concessis una cum Castro, vel Ciuitate debetur ad rationem decem unciarum cum dimidia prō singulis viginti uncīs, quod est correctum per Regiam Cameram.
- 36 Adoba decem unciarum cum dimidia prō functionib⁹ fiscalib⁹, & alijs iuribus concessis cum Castro, vel Ciuitate, reducta est ad uncias quinq. & uno quarto prō singulis viginti uncīs, sc̄cū autē quādo non essent unita, vel cohererent feudo

37. Adoha prò feudis gabellarum, Bainulationum, Dobanarum &c. prò singulis viginti vncys exiguntur quinq; & unum quartum, & quod taxatur ad rationem Ducatorum triginta pro centenario.
- 38 Nec in eis consideratur, rata Vassalorum cum non ad sint.
- 39 Adoha ex non nullis feudis debetur non solum in pecunia, sed etiam in specie, puta par cbirotecarum, &c.
- 40 Taxa adoha debet notificari Baroni sic instanti.
- 41 Seruitium prò feudo, siue adoha in specie debitum, in aliquibus feudis fuit reuocatum, & soluitur adoha, & in aliquibus feudis soluitur certa quantitas.
- 42 Consuetudo, & mos locorum, vel investitura prævalens in taxanda adoha, & n. 30. & 31.
- 43 Ex iuribus Portulanis, & alijs incertis introitibus, adoha nō taxatur.
- 44 Adoha quantitas in donatiuo voluntario taxatur à donantibus.
- 45 In donatiuo necessario taxatur quantitas iuxta necessitatem.
- 46 Taxa donatiui alteratur, & minortur aliquando.
- 47 Error in taxanda adoha accomodata in cedulari.
- 48 Adoha exacta superflua ab uno Barone, excomputatur illi in adoha currenti, vel oneratur alijs.
- 49 Adoha non debetur pro rata feudi non consignati.

### Q V A E S T I O V .

**N**unc de quantitate adohæ differamus, nam de quiditate diximus supra q. 4. num. 3. Et quod spectat ad quantitatē dico, quòd debet imponi proportionaliter ad vires Regni, & Populorum, stante necessitate Domini, quia in impositione adohæ debet concurrere causa formalis, & finalis; Formalis, quæ dat formā im-

positioni, & sic vt sit proportionabilis ad vires Regni, & Vassallorum. Finalis est necessitas Domini, & sic debet imponi prò subueniendo necessitatibus Domini, aliàs esse grauare subditos absq; ea, ità Salas de legib. disputat. 15. sect. 10. num. 120. Bartholom. Salan. de iust. in secunda secunda tom. 2. q. 77. artic. 3. controversial. 6. dicens etiam, iniquum esse, si Populus immoderatis vectigabilibus grauaretur; Villalobez in summa tom. 2. tratt. 8. different. 13. n. 5. dicēs, los tributos es necesario que sean de manera, que tengan proporcion con las baziendas de los particulares, &c. & alia ad hoc conferentia, Rodriguez in sum. par. 2. cap. 74. n. 2. Ortiz. in ma cap. 22. num. 15. dicit, Nò siendo grande carga por los vassallos.

Est tamen aduentendum circà causam finalem imponendi tributa, & adoham, quòd necessitas Domini debet considerari proportionata, & ordinata ad commune bonum, necessitatem, & indigentiam, & subditos quatenus sufficient, deducto necegeant subditi, quia vt dixit Salan. vbi supra, Dominus debet vti aqua fontis, sed non debet illam exicare, & pastor debet comedere de lacte gregis, non autem oves excoriare, & de donatiuis Regni nostri idem docuit P. Molfes. in summa tom. 2. cap. 22. n. 36. dicens donatiua debere esse illius quantitatis, quam possunt subditi soluere, idem docuit Franc. de Ponte de potest. Pro reg. sit. 4. de regalib. impost. dicens, quod in donatiuo considerandæ sunt vires Regni, vt dixi sup. q. 1. in fine.

Sed quod spectant ad adohæ quantitatē Regni nostri, dico quod multum prævalent consuetudines locorum, idcirkò quod spectat ad quantitatē adohæ Regni nostri, de qua noster èst institutus tractatus, sumus in claris, quia est medietas fructuum illius anni, quo imponitur,

*Jacobus de Ayel. de Iure adoha nu. 53.  
Anton. Borrin. d. tract. de seruit. V aff.  
p. 3. cap. 2. §. 2. Adoha, verific. generali-  
ter, Reg. Moles, ubi sup. vers. In Regno  
autem nostra, & sic dum adoha im-  
ponitur in feudo, quod est in reddi-  
tu viginti vnciarum, sequitur quod  
adoha quantitas est decem vncia-  
rum, Jacob. de Ayello num. 53. Capyc.  
in verb. feuda adohant.*

4 Proceditur autem ad taxā adoha tempore pacis, ut dicam infrā q. 55. vt accepi ex ore dicti Domini Præsidentis Blanditij, & Magnifici Rationalis de Viso, sed tempore guerræ taxatur, prò ut vidi, nonnullas prouisiones antiquas, & præcipue prouisiones expeditas ad instantiam Ill. Ducis Castrouillaris diregas Thesaurario Calabriæ die 8. Februarij 1537. in adobarum 7. fol. 72. ubi referuntur hæc verba; *Et acciò che possiate esigere detta rata, prenderete informatione dell'entrate di detta baglira, e maſtrod attia per triennium tempore pacis, & sanitatis, et di quelle diuididerete l'entraata per terzo, Et iuſſa detta entraata esigerete dette loro rate adoha per detto tempa l'hanno posſe-  
dute à razone de ducati 26, ÷ per cen-  
to, Et per tanto meno esigerete da detta Ill. Duca per complimento, ut sup. qua-  
le informatione deinde mandarete à questa Regia Camera, perché quella  
vista, si possa descriuere detta rata in lo Cedulaio de l'adoha per indemnità della Regia Corte, &c. & quomodo taxatur adoha hodie, dico infrā q.  
55.*

5 Et fuit pariter ordinatum in dicta prouisione, quod pendente informacione capienda exigatur adoha, prò ut per priùs exigeatur. Vel solet mandari, quod exigatur certa quædam quantitas, prò ut videtur Regia Cameræ. Et ita fuit ordinatum in taxa adoha magnifici Blasij Marsicanæ pro Casali Sancti Petri propè Calatiæ die 12. Octobris 1536.

in Adobarum 6. fol. 28. & 152. & in Adobarum 7. fol. 75. die 17. Februarij 1537. in quo Casali quia fuit gestum bellum per Francigenas, ideò per easdem prouisiones fuit ordinatum, quod informatio super dictis introitibus caperetur per tres annos antè guerram prædictam, & per alios tres annos post dictam guerram finitam, ibique dantur instructiones dictæ capturæ, vt Commissarius habeat poenæ se libros afflictuum ærarium, & Camerlingorum, in quibus describuntur introitus dicti Casalis tam in pecunia, quam in frugibus, & alijs præstationibus. Et respectu introituum ex frugibus vidi diuerſas prouisiones, per quas fuit ordinatum quod de eorum valore capiatur informatio tempore missis, & recollectionis, deductis tamen expensis necessarijs prò earum gubernio, missis, & recollectionis, & sic extat etiam prouisiones antiquæ ad instantiam Baronis Vrsi Marsi prò feudo Sancti Blasij in Adobarum 4. fol. 262. die 13. Nouemb. 1526. & eodem libro extant aliæ prouisiones, vi fol. 168. & 169.

6 Et hodiè seruatur; ut qualibet Vniuersitas Regni nostri siagulis anni mittat ad Regiam Cameram Summaria fidē subscriptam per Sindicum, & electos, in qua ponunt, & distingunt pretia frumenti, hordei, & aliarum frugum, & leguminum, nec non, & vini, olei, & aliarum rerum, quæ fides vidi, quod præsentabantur in bâca Actuarij Salomonis, qui eas conseruabat in fasciculis distinctis de Prouincia per Prouinciâ; Et hoc ideò quia si eveniebat casus taxandi releui, vel adoham, tūc recurritur ad fides in illo anno missas, & ad præcia in illis cōtēta, quæ abiq; informatione sunt nota Reg. Cam.

7 Sed distinguo, quod in Regno plures sūt taxæ adoha, nempè antiqua, & nouæ, ut dicam infrā quest. 55.

In

8. In feudis autem secundum taxam antiquam, quæ vulgò dicitur *alla tas sa vecchia*, et si feudum esset magni valoris, parum, & nihil soluitur, *Capyc. in uestitura feudal. in verb. feuda adobant in princip. verfic. feuda verò vetera, Anell. Amat. conf. 12. nu. 11.* *Vincent. de Ann. in cap. 1. de Vassallo decrep. gratis, num. 155* & servitium semel taxatum augeri non potest, *Iacobus de Ayello nu. 53. verfic.* In feudis verò antiquis, quæ taxa fuit facta per retrò Reges Aragoneos tempore primarum concessio- num feudorum, quo tempore fuerūt feuda priùs appretiata, & iuxta illius temporis redditus fuit adoha taxata ad rationem vnciarum decem cum dimidia prò singulis viginti vncijs  
 9 reddituum, quæ feuda & si deinde aucta, vel diminuta fuere, tamen semper soluerunt iuxta taxam veterem, quod etiam de iure procedit secundum *Andr. de Ifern. in cap. 1.n. 18. de controuers. feud. ibi si diligentia possefforis, vt habetur in consultatio ne Reg. Cam. Summarie transmissa ad Illustriss. Cardinalem Granuela in anno 1571. sub die 8. Iunij subscriptam per Hernandum de Au- los magni Camerarij Locumtenen tem, Berardinum de Sancta Cruce. A. de Salazar, Anibalem Moles, & alios Regiæ Cameræ Præsidentes, vt testatur *Anellus Amat. conf. 12. nu. 10. verfic. Praemissa, iuncto verfic.* In eadem consultatione, *Camillus de Curzis in suo diuers. feudal. fol. 41. à n. 48. vsq; ad 63.* & ideò soluitur parum, quia tunc temporis feuda erant parui redditus, *Petrus Bellinus de remilit. tit. 4. in princip. dicens, taleam semel impositam, ac pactam augeri non posse, allegat Guid. Pap. decis. 112. dicens, ita suis de cism in Curia Grationopolitana.*  
 10 Secundum verò taxam nouam aliter est dicendum ex diuersitate feudorum, quia ex diuersitate feu-*

dorum diuersa fuit taxata adohæ quantitas, vide *infra q. 56. vbi ponitur prouisio.* In feudis autem cum Vassallis, tunc prò adoha ex singulis quibusque viginti vncijs soluuntur decem vnciæ cum dimidia, *Capyc. in d. verb. feuda adobant, verfic. si feudum habet Vassallos, Io. An- 11 ton. Lanar. conf. 57. num. 8.* In qua solutione facienda per Baronem subueniunt Vassalli contribuendo, quamdam ratam, quæ rata fuit exacta in decem vncias, & aliquid plus, vt dicit *Camill. de Cure. loco allegando*, sed *Fab. de Ann. infra allegand* dicit in decem vncias cum dimidia, & Baroni remanent præcipue nouem vnciæ cum dimidia, ita hęc omnia habes ex *Ioseph Cumia in cap. si aliquem in verb. seruitij consueti, n. 29. Iacob. Ayell. num. 52. Camill. de Curt. d. loco fo. 41. à n. 47. & seqq. Fab. de Ann. conf. 3. n. 7. col. 1. ex Andr. de Ifern. in cap. 2. Quis dicatur Dux,* 12 & sic contributio per Vassallos fiebat Baroni vsq; ad medietatem dictæ ratæ ad rationem caroleno rum quinque prò quolibet foculari, vt in cap. *Regni, Comites, Barones*, vbi hoc notatur *Anell. Amat. dict. conf. 12. num. 10.* dicens, quod si non sufficerent ob defectum vassallorum, tunc Baro de proprio supplebat. Et ita vidi prouisiones ad instantiam Magnifici Ioannis Andreæ de Castellis pro Terra Corniti prò eius adoho, quod erat ducatorum 132. à quibus deductis ducatis viginti quinque prò subuentione Vassallorum in numero focularia 50. remanebant soluendi per Baronem duc. 107.

Sed quia postea focularia quædam defecerunt, fuit taxatus in ducatis 114. Sed quia postea focularia aucta fuere, ideò fuit aucta adoha ad ducatos 28. & sic remanebant Baroni duc. 104. vt appareret ex prouisionibus expeditis die 4. *Maj*

14 Et in specie, quod contributio vassallorum prò rata foculariorum, debeat regulari secundam numerationem foculariorum tunc temporis existentium, adeò quod si defecerint, supplebit Baro, & tanto plùs soluet, ut sic practicatum, & ordinatum fuit per Regiam Cameram ad instantiam Vniuersitatis Castris Veteris Aprutij vlt̄rā, nam Magnificus Ascanius Columna Dominus dictæ Terræ erat taxatus, p̄dō adoho in ducatis . . . & pariter Vniuersitas prædicta erat taxata prò contributione in duc. 45. 2. 10. nam erant focularia nonaginta vnum; sed quia postea fuit dicta Terra remunerata, & reducta ad focularia viginti vnu, pro quibus spectabant duc. 10. 2. 10. ideò fuit ordinatum, quod solueret dicta Vniuersitas ducatos decem cum dimidio, & reliquos ducatos triginta quinq; soluerentur per Baronem die 28. Ianuarij 1530. in adobarum 5. fol. 12. terg.

Sic etiam fuit ordinatum ad instantiam Vniuersitatis S. Petri contrâ Magnificum Iulium Mazzacane, ut quantitas deficiens à rata contributionis Vassallorum reficiatur, & soluatur per dictam Iuliam die 22. Junij 1533. 11. adobarum 6. fol. 27. terg & fol. 28.

15 Quid autem si Vniuersitas existens sub uno Barone, fuisset taxata in decem pro contributione adohæ, si postea transferit ad manus alterius Baronis, in cuius posse fuit postea taxata in ducatis quindecim, si deinde dicta Vniuersitas de nouo redierit ad primum Baronem, sub quo fuit taxata in decem, an debeat soluere taxam factam tempore primi Domini, an verò taxam tempore secundi? dicas, quod fuit obseruatum pro Vniuersitate Musillari Provincia Aprutij Citrā, ut solueret adoham taxatam tempore primi Baronis, non autem secundi, nam

dicta Vniuersitas existens sub Barone Illustri Marchione Piscariæ, fuit taxata in ducatis quinq; tareno uno, & granis quinq; posteà existēs loco pignoris sub Barone Magnifico Camillo Caracciolo, fuit taxata in ducatis viginti quinq; & caroleños quinq; Demum rediens in posse hæredis dicti Illustris Marchionis Piscariæ, petiit Vniuersitas, quod debebat soluere iuxta taxam factam sub antiquo Domino Marchione Piscariæ, & ita fuit ordinatū quod solueret iuxta taxam factam tempore dicti Ill. Marchionis die 28. Maij, 1530. in Adobarum lib. 5. fol. 20.

16 Item quid autem si Baro non taxaretur in Cedulari pro adoha, an nec Vniuersitas pariter non debeat taxari ad soluendum carolenos quinque prò quolibet foculari; fuit hic articulus dubitatus inter Vniuersitatem Bucchianici in Prouincia Aprutij, & Regium Fiscum, nam dicebat Vniuersitas prædicta, quod ipsa non debebat soluere adoham, eò quod eius Baro Ill. Marchio Bucchianici nō erat taxatus. Per Regiam Cameram, viso cedulare, in quo non apparebat taxatus dictus Ill. Marchio pro dicta Terra Bucchianici, licet prò alijs Terris apparebat taxatus, fuit ordinatum, quod caperetur informatio de introitibus dictæ Terræ ad finem prouidendi die 17. Octobris 1530. in Adobarum 5. fol. 42. qua capta, & transmissa ad Regiam Cameram, apparebat ad esse solum officium actuariatus dictæ terræ solitum affictari in dictis triginta, ideò fuit taxata adoha in ducatis decem cum dimidio, prò quibus fuit ordinatum, quod Vniuersitas prædicta contribueret medietatem, die 12. Maij 1534. in Adobarum 5. fol. 112.

17 Quæ rata Vassallorum soluitur, ut dixi per Vniuersitatem, & quando aliqui de Vniuersitate sunt renentes, tunc coguntur, prò ut sic fuit ordinata.

dinatum ad instantiam Vniuersitatis Casalis Lequilarum, quod omnes eius Ciuitas oriundi, & habitantes convergentur ad soluendum dictam ratam adohæ, die 25. Octobris 1526. in Adobarum 4. fol. 153.

18 Sed quid si Vassalli non tenerentur contribuere Baroni, an eo casu Baro ipse teneatur soluere integrum adohum absq; subuentione, fuit hic articulus dubitatus inter Baronem Casalis Grumæ, & eius Vniuersitatem, & fuit decisum in fauorem dictæ Vniuersitatis, scilicet fide producta, quod nunquam dicta Vniuersitas solita fuit subuenire, & quia Baro prætendebat habere priuilegium prò dicta subuentione, fuit per Regiam Cameram dictum, quod productò priuilegio prouidebitur; & interim dicta Vniuersitas Grumæ non molesteretur die 15. Febr. 1529. in adobarum 4. fol. 204. ea ratione, quia Vniuersitas non tenetur solvere, & sic nō est debitum Vniuersitatis in capite, & principale, sed tenetur subuenire, ideo quando non tenetur subuenire, tunc soluit integrè ipse Baro, vt eius proprium debitum.

Si autem excedebant, non ob id ad plū, quod vsq; ad medietatem contribuere tenebatur, Jacobus Ayello num. 52. dicens, quod talis contributio vassallorum non debet excedere medietatem collectæ generalis, prò qua sunt focularia taxata; i. decem caroleni prò quolibet foculari, sed si Ciuitas, vel Castrum, quæ tenentur ad contribuendum Baroni, habeant centum focularia, tunc contributio non debet excedere quinquaginta ducatos, etsi adoha excedat in magna quantitate, sed si adoha dictæ Ciuitatis, vel Castrum obligati ad contributionem, eset ducatorum viginti, tunc ad medietatem teneretur, ita Jacobus Ayello ibidem Anellus Amatus d. cons. 12. num. 10. versic. quod si non sufficerent; Et sic rata Vassallorum deducitur, & separatur à rata Baronis, & mandatur tantum exigì à Barone rata ipsi tangentem, deducta rata Vassallorum, prò vt sic reperi seruatum die vlt. Maij 1536. ad instantiam magnifici Cœsaris Pignatelli pro adoha Terræ Amédolariæ, vt appareat ex litterarum Adobe 7. fol. 11. sic etiam ad instantiam Magnifici Aloysij Pignatelli fuit ordinatum, quod deducta rata contributio Vassallorum solueret tantum rata ipsi tangentem, die vlt. Maij 1536. cod. lib. fol. 11. ter. & fol. 34. in Terra Flumariæ; sic etiam fuit ordinatum ad instantiam Ill. Marchionis Atripalda, vt Perceptor exigeret tantum ducatos 1213. excomputatis ducatis 293. spectantibus ad Vniuersitatem prò eius contributio die 8. Junij 1537. in adobarum 7. fol. 101. Vassalli enim non debent molestari prò rata Baronis, vt fuit ordinatum in fauorem Castrum Cassekalendæ die 3. Decembris 1527. in Adobarum 4. fol. 224. Vnde quando imponitur adoha simpliciter, tunc con-

10. versic. Et medietas adohie, quam soluit Baro, siue in casibus ordinatis per Constitutionem Regni, siue in extraordianarijs, scilicet quando ex ista causa imponeretur Baronibus per Regem, prò vt prœsum est per specialem litteram Regis Caroli, incipientem Richardus de Aquila, Anton. Capc. in verb. feudorum adiutoria, versic. quantitas adiutorij. Verum hodie hæc rata, quæ debetur à Vassallis prò contributione Baroni facienda, vt supra, non exigitur ab ipso Barone, adeo vt ipse Baro deinde exigeret à Vassallis, sed directè exigitur à Vassallis, & Barones tantum solunt ducatos 26. & vn quarto, ita Regens Moles de Iure adobe q. 1.

versic. Hoc autem, quod supra dixi. Et versic. Illud autem, Anellus Amatus d. cons. 12. num. 10. versic. quod si non sufficerent; Et sic rata Vassallorum deducitur, & separatur à rata Baronis, & mandatur tantum exigì à Barone rata ipsi tangentem, deducta rata Vassallorum, prò vt sic reperi seruatum die vlt. Maij 1536. ad instantiam magnifici Cœsaris Pignatelli pro adoha Terræ Amédolariæ, vt appareat ex litterarum Adoe 7. fol. 11. sic etiam ad instantiam Magnifici Aloysij Pignatelli fuit ordinatum, quod deducta rata contributio Vassallorum solueret tantum rata ipsi tangentem, die vlt. Maij 1536. cod. lib. fol. 11. ter. & fol. 34. in Terra Flumariæ; sic etiam fuit ordinatum ad instantiam Ill. Marchionis Atripalda, vt Perceptor exigeret tantum ducatos 1213. excomputatis ducatis 293. spectantibus ad Vniuersitatem prò eius contributio die 8. Junij 1537. in adobarum 7. fol. 101. Vassalli enim non debent molestari prò rata Baronis, vt fuit ordinatum in fauorem Castrum Cassekalendæ die 3. Decembris 1527. in Adobarum 4. fol. 224. Vnde quando imponitur adoha simpliciter, tunc con-

contribuunt Vassalli. Hęd aliquando adoha solet imponi prò rata Baroni tantum, & tunc non contribuūt Vassalli, vt vidi plures prouisiones.

23 Ex quibus apparet differentia inter taxam nouam, & antiquam, quia taxa in feudis antiquis semper est uniformis, habito respectu ad tempus veteris cōcessionis, eiusquę rūc existentium reddituum, ac valorem, nec ratio nunc habetur de augmento reddituum ex decursu temporis, sed secundum nouam taxam hodie habetur ratio fructuum ex decursu temporis auctorum, & sic tempore nouae concessionis, ita post Andr. de Iser. in S. firmis̄ col. 3. verſic. Item videmus, de prohib. feud. alienat. per Frider. & in cap. 1. nu. 2. verſic. Item procedit. de Vassall. decrepita etatis, Marin. Frecc. de subfeud. lib. 2. author. 5. num. 19. Franc de Ponte decif. 3. nu. 2. Secundum quam taxam veterem, siue antiquam hodiè taxatur donatum, quod fit per Barones, & Vniuersitates Regni, & taxatur secundum redditus taxatos tempore praedictarum antiquarum concessionis, nulla habita ratione fructuum, qui eo tempore percipiuntur Anell. Amat. d. conf. 12. num. 12. verſic. taxa autem.

25 Sed exactio ipsius taxarum respectu fructuum existentium tempore nouae concessionis, licet videatur differre, tamen semper est eadem, scilicet prò viginti vncijs reddituum solui decem vnciæ cum dimidia, sed differt in quantitate reddituum, quia quot sunt viginti vnciæ, tot decem cum dimidia soluuntur, ut annueret videtur Io Vinc. de Ann. in repetit. de Vassall. decrep. etat. cap. 1. nu. 150. dicens, auctos esse fructus in quantitate, & fructus etiam auctos esse in valore, & ponit exemplum de Comitatu Nolz, & de Ducatu Boiani, ita etiam declarat Io. Franc. de Pont. de potest. Proreg. de regal. impost. §. 4. num. 6. & taxa enim semper est uniformis

mais respectu ad viginti vncias; sed viginti vnciæ in augmentatione, & diminutione feudorum secundum taxam nouam, recipiunt augmentum, & diminutionem ex fructibus existentibus tempore nouæ concessionis, & sic semper est eadem, & uniformis taxatio respectu viginti vnciarum, sed ipsæ viginti vnciæ sunt plures, aut pauciores respectu plurium, aut pauciorum fructuum tempore nouae concessionis, in qua fit taxatio, & sic semper taxatio fit ad eamdem rationem, ita ex Franc. de Pont. ubi sup. d.

26 num. 6. Eridem dicit Anna d. loc. nn. 155. quod feuda antiquo tempore non erant in tanto redditu, sicut hoc die. Vnde quod dixit Jacob. de Ayell. d. loc. num. 53. quod in feudis nouis soluitur aliquid plus, intelligas, non eo respectu, quod taxa sit aucta, i.e. quod soluatur plus, quam decem vnciæ cum dimidia, sed intelligas, soluitur plus, eo tamen respectu, quia sicut plures viginti vnciæ sunt in redditu, ita plures medietates debentur, & sic plures decem vnciæ cum dimidia, & ita est intelligendus Jacobus de Ayello in d. loco, prò vt hęc omnia habes declarata ex ijs, quae dixit Reg. Mols loc. sup. alleg. verſic. Vnde autem sit usque ad verſic. Rex Alfonſus, & conferunt hoc quae dicam infra q. 55.

28 In feudis vero sine Vassallis, vel inhabitatis aliter sit taxatio adoha, quia prò feudo sine Vassallis, vel in habitato soluitur tunc adoha ad rationem ducatorum sex prò singulis viginti vncijs, Jacob. de Ayello n. 52. verſic. Item de Terris, sed voluit dicere Jacob. de Ayello, quod soluuntur sex vnciæ, non autem sex ducati, Anell. Amat. d. conf. 12. num. 9. verſic. sed si non habeat Vassallos, lo. Anton. Lanar. d. conf. 57. num. 8. verſic. prò feudo autem inhabitato, Camil. de Curt. loc. alleg. nu. 48. & ideo debentur sex vnciæ, non autem decem cū di-

dimidia, quia in talibus feudis non adiungunt Vassalli, qui possint subuenire Baroni contribuendo, *Fab. de Anna d. conf. 3. num. 7. verific.* si vero finè Vassallis, *Camill. de Curt.* in suo diuersorio feudal. fol. 41. nu. 50. & 51. *Ioseph Cumia in verb. consueti seruitij num. 19.* assignans rationem diuersitatis in feudo cum Vassallis, & finè Vassallis, circè solutionē taxæ adohæ, *Ant. Capyc. in verbo feuda adobat in princip. in sua inuestit. feudal. Reg. Moles de Iur. adohæ q. 1. verific.* Et ratio quare pro feudo habitato; Ex 29 quibus apparet, quod si Casale sit dishabitatum adeò, vt dicatur feudum inhabitatum, tunc rata adohæ, quæ soluebatur per focularia, quæ quondam habitabant, & nunc non habitant, non debet onerari Baronem eius solutione, sed Baro solueret tantum ratam suam, & rata Vassallorum dishabitatorum non debet solui ab ipso Barone, fuit hic articulus excitatus in Regia Camera contra Magnificum Franc. de Montibus Baronem Terræ Cotigliani, & aliarum terrarum dishabitatarum, & fuit ordinatum, quod dictus Magnificus Franciscus pro Terra Cotigliani habitata solueret iuxta taxā, pro alijs verò bonis feudalibus dishabitatis soluat, deducta rata Vassallorum, hodie non habitantium, & sic fuit ordinatum Perceptor i illius Provinciæ, vt exigeret summam tangentem Baroni tantum, assignando rationem decisionis, quod Vassalli, qui non habitant, non soluunt, prò ut apparet ex *Registro Adobarum 7. fol. 104. die 23. Decembbris 1499.*

Secūs autem si Vassalli alicuius feudi, etiam quòd non habitarent essent obligati, & tenerentur subuenire Baroni in adoha, dato quòd habitarent in terra alterius Baronis, quia huiusmodi Vassalli sic obnoxij, tenentur subuenire Baroni prò medietate adohæ debitæ ratione,

d. feudi, in quo sunt Vassalli, licet habitent alibi, vt fuit practicatum inter Spectabilem Comitem Montis Auri vtilem Dominum Ciuitatis Nuceriæ, & Vassallos feudi Curtis in Planæ feudi separati à iurisdictione Nuceriæ; sed sub dicto Domino Comite vti Barone Nuceriæ, & fuit ordinatum, quod caperetur informatio de habitatione dictorum Vassallorum, & constito, quod habitabant in Ciuitate Nuceriæ, & in Terra Angri fuit ordinatum per Regiā Cameram, quod subuenirent dicto Spectabili Comiti non obstante, quòd habitent alibi, stante quod ex priuilegijs apparebat, quod erant obligati, vt apparet ex prouisionibus Regiæ Cameræ die 4. Aprilis 1470. in *Registro literarum clausarum 4. fol. 24. ter. & fol. 31.*

31 Sed si talia feuda postea rehabitarentur adeò, vt amplius non dicerentur inhabitata, tunc habetur ratio in solutione adohæ tanquam de feudo habitato prò ut sic fuit prouisum communi voto per Regiam Cameram ex rationibus in banca discussis in feudo Ciuitatis . . . vt attento præsenti statu taxetur, vti de feudo inhabitato, sed si contingere rehabitari taxetur, vt de feudo habitato die ultimo Iulij 1512. Verum quia post dictū decretum interpolium, venit in notitiam, & compertū fuit quod dictum feudum sic declaratum inhabitatum habebat duo castalia Albanensium, & Græcorū, ideo fuit per Regiam Camerañ decisum quod soluat vti de feudo habitato non obstante dicto decreto die primo Septembbris 1513.

32 In feudis verò planis, & de tabula tunc in illis Vassalus tenebatur servire per 40. dies expensis, & equis Domini, nisi aliter in inuestitura esset dictum, vt per Capit. Regis Caroli ad pennam, refert post *Affid. in S. sed nec alia iustior, num. 25. col. 4. que fuit*

suit prim. caus. benefic. amicū. Ioseph Cum. in dicto verb. consueti seruitij, n. 20. post Marin. Frecc. de differentijs feud. plani, & de tabula diff. 16. lib. 3. de subfeud. dum prò dicto feudo planō de tabula soluitur Regi Collecta, non autem seruitum feudale, Marin. Frecc. lib. 2. de subfeud. nu. 25. fol. 240. Nicol. Intriglob. de feud. cent. 1. q. 45. num. 166. de quo feudo si præstaretur seruitum, tunc ob eius defectum possessor illius non admittetur ad compositionem, prò vt seruatur in Regno nostro in feudo simplici, sed seruare tur lus commune feudorum tanquam non correctum respectu feudorum huius generis, & sic procederetur ad priuationem illius iuxta cap. 1. S. sed nee alia iustior, tit. quæ fuit prima causa benefic. amicū. Nicol. Intrigl d. q. 45. nu. 200. & 201. vide quæ dico infrà q. 6. num. 20. & 4. 7.

33 In functionibus fiscalibus concessis in feudum taxa adohæ soluitur ad rationem quinq; vnciarum prò singulis viginti vncijs Anton. Capyc. d. loc. in verb. feuda adobant, verific. Si vero, Regens Moles, ubi sup. verific. Et ratio, in fin. Jacob de Ayell. nu. 52. ad. 34 dens, quod in talibus functionibus, & prouisionibus, & alijs feudis in pecunia soluitur adoha ad rationem quinq; vnciarum, & vnius quarti pro singulis viginti vncijs.

Si vero esset mera prouisio tunc exigitur ad rationem ducatorum quatuor pro centenario, vt appareat ex literis Regiæ Cameræ die 14. Ianuarij 1500. in literarum Curiæ lib. 2. fo. 160.

Si vero feudum consideret in certa annua summa pecunia, tunc adoha taxatur ad rationem ducatorum 26. pro qualibet centenario prò vt sic fuit ordinatum per Regiam Cameram die 27. Nouembris 1525. & ad dictam rationem vnciarum quinq; & vnius quarti soluitur prò iuribus

foculariorum, & salis datis in feudum, quando per Regiam Curiam sunt concessi separati à Civitate, vel Castro, & tunc exiguntur, ad rationem ducatorum 26. & vnum quantum iuxta numerum foculariorum, prò vt sic fuit ordinatum ad instantiam Ill. Ducas Amalfiæ in anno 1526. die 7. Septembris in adobarum 6. nam d. Illustri Duci fuerunt concessi introitus fiscales, & iuris salis in quibusdam locis eius status Amalfiæ, qui loci erant foculariorum nu. 777. iuxta nouam numerationem, & fiscus exigebat pro maiori numero foculariorum quam 777. quo Ill. Duce instante, fuit ordinatum per Regiam Cameram, vt exigatur adoha prædicta iuxta numerum foculariorum numerorum, & fuit dictu, quod exigatur ad rationem ducatorum 26. & vn quarto, vt supra, & infrà dicam.

35 Si verò dictæ fuctiones, & introitus, vt supra, fuerint concessi vnti, insimul cum Civitate, vel Castro, tunc quia computantur cum alijs introitibus feudalibus, dicit idem Jacob. Ayell. quod soluitur adoha ad rationem vnciarum decem cum dimidia prò singulis viginti vncijs, prò vt sic fuit iudicatum in adoho terrarum Anuersæ, & Villæ de lacu debito per Comitem, ex quo dicta iura foculariorum, & salis apparebat ex privilegiis, quod erant insimul vnitè concessa cum dictis Terris, vt dictus Comes solueret ad rationem vnciarum decem cum dimidia pro singulis viginti vncijs die Mercurij undecima May 1513. & fuit additū sicut de redditibus cum Vassallis, & quod Vassalli contribuant prò vt in alijs redditibus ( licet aliter seruetur, vt infrà dicam ) subdens, quod licet Andr. de Isern. in cap. 1. S. firmiter de prohib. feud. alien. per Frider: dicat, quod de feudo in pecunia concessio soluatur adoha ad rationem

nem vnciarum quinque prò singulis viginti vncijs , tamen locus ille Andreæ debet corrigi , & dicere , vt soluatur medietas , prò vt obseruaria Regiæ Cameræ deinde correxit , quia soluuntur vnciæ quinq; & vna quarta , quæ est medietas vnciarum decem cum dimidia , Ioseph. Cum. in verb. consueti seruitij , num. 19 versc. Et si concedantur de success' feudal. qui licet non loquatur de vncijs , idem significat , quod ipse dicit , & quod nos superius diximus , quia ipse admittit , quod de singulis virginis vncijs soluatur medietas , quæ sunt decem vnciæ , & illa dimidia fuit addita ex obseruantia , & consuetudine dictæ Regiæ Cameræ quando tales functiones , vel redditus in pecunia concessi in feudum , cohærent feudo , & illi sunt vnitæ , sed si non cohærent , nec sunt vnitæ feudo , tūc dicit , quod soluitur quarta pars , i.e. quinq; vnciæ , & vna quarta , Camill. de Curt. d. loc. fol. 51. num. 48. versc. si consistat feudum in annuis redditibus , & num. 49. ita Io. Anton. Lanar. dicto conf. 56. nu. 9. versc. Prò annuis vero introitiis Fab. de Ann. d. conf. 3. num. 3. versc. At si feudum , volum. primo Präsid. Anell. Amat d. cōf. 12. n. 9. uer. sed in redditibus nu. 9. referens Andr. de Iser. & nu. 10. versc. In redditibus vero feudalibus , referendo praxim Regiæ Cameræ , dicit , quod in functionibus fiscalibus , quæ augmentum recipere non possunt , soluuntur tātum ducati vigintis ex , & vna quarto prò singulis centum ducatis prò vt ipse adducit consultatione Regiæ Cameræ sub die 18. i. a. 1572. & ego vidi prouisiones antiquiores expeditas ad instantiam Ciuitatis Troiæ , per quas fuit ordinatum Commissario Capitanatæ , vt exigeret iuxta dicta summā super functionibus fiscalibus dictæ Ciuitatis die 11. Aprilis 1537. in Adoharum 7. f. 84. & magis antiquiores

prouisiones eandem continentis determinationem , sunt registratae in Adoharum 6. fol. 73.

37 In feudis autem concessis super Dohanis gabellis , & simulib. tūc prò singulis viginti vncijs exigitur adoha ad rationem supradictam , i.e. exiguntur annuæ vnciæ quinq; & sic quarta pars introituū , ita ex Andr. de Iser. in d. 5. firmiter , & in alijs pluribus locis docet Jacobus de Fräsch. in præludijs feud. n. 11. vbi adducit etiā Constitutionē . Quāplurium , Anell. Amatus , d. versc. Sed in redditibus , Ioseph. Cum. d. loc. num. 19. versc. Et si consistit in annuo redditu , adduentes rationem , quod tales functiones non crescunt , nec decrescunt Capyc. in verb. feuda adobant versc. si vero consistit in pecunia , licet postea ex obseruantia Regiæ Cameræ fuit exactum aliquid plus , nempè quartum vlt̄rā dictas quinq; vncias , & sic quinq; vnciæ , & vnum quartum ; Camill. de Curt. in diuers. feudal. parte prima fol. 41. num. 48. versc. si consistat feudum in annuis redditibus super Dohanis , Jacob. de Ayello de Iure Adoha num. 41. dicens , tamen consuetudo obtinuit quod soluantur quinq; vnciæ , & vna quarta , & ita communiter fuit taxata semper , & obseruatum in Regia Camera Summariz Fab. de Ann. d. conf. 3. num. 9. & 10. dicens ad eamdem rationem vnciarum quinq; & vn quarto debere solui adohum , si essent concessi annui introitus percipiendi ex Dohanis , gabellis , & alijs huiusmodi , secūs autem si feudum concessum esset super Baiulatione , siue Dohana , vt quia Baiulatio siue Dohana ipsa esset concessa in feudum , tunc quia fructus crescunt , & decrescunt , adoha. taxatur ad rationem ducatorum 30. pro centenario , vt appetat ex dicto Decreto Regiæ Cameræ , sub die 27. Nouembris 1525. inferius referendo .

Si

Si verò consideret scudum super baiulatione alicuius Terræ tunc calculata ratafructuum, taxatur adoha ad rationem vnciarum quinq; prò quolibet centenario, vt vidi prouisiones expeditas ad instantiam Magnisci Camilli Caraccioli pro baiulatione Terræ Spigni, cuius introitus fuerunt calculati ad rationem duotorum quinquaginta in anno; propterea adoha predicta fuit taxata in vncijs duabus cum dithidia, & sic in ducatis quindecim, quos fuit ordinatum exigere, & superfluum restituatur; die 15. Novembris 1532. in Adobarum 6. fol. 48. & sic etiam fuit ordinatum, quod taxetur adoha ad rationem vnciarum quinque per centum in baiulatione Ciuitatis Manfredoniæ, die 26. Martij 1533 in Adobarum 6. fol. 67. & 68. & ita adest decretū Regiae Cameræ, per quod fuit generaliter prouisū, quod adoha de baiulationibus taxetur ad rationem ducatorum 30. prò centenario die 27. Novembris 1525. Sic etiam in prouisionibus concessis in feudum, solvitur adoha iuxta ratam predictam, Jacob. de Ayell. d. loc. num. 52. versic. de prouisionibus, & num. 84. & ita annuant omnes ferè DD. sup. citati & nouissimè discurrit de his omnibus Perspicacissimus, & Acutissimus Herat. Montan. in d. S. firmiter num. 58. de probibita feud. alienat. per Frideric. mihi semper venerandus.

Quæ solutio adoha procedit in casibus predictis quia concessiones predictæ, admisisimus, quod sint factæ in feudum cum qualitate feudali, quia si supradictæ concessiones non essent feudales, tunc adoha non esset soluenda, pro ut sic fuit ordinatum ad instantiam D. Ferdinandi de Cardona Magni Admirati huius Regni, vt pro functionibus fiscalibus sibi concessis pro prouisione sui officij, non solueretur adoha,

die 4. Maij 1532. in Adobarum 6. fol. 14. Sic etiam quando tales concessiones functionum, & prouisionum, & aliarum huiusmodi essent concessæ ad vitam, sed non in feudum, nec cum qualitate feudali, tunc neque debetur adoha, nam solutio adoha procedit ex feudo, vt dico infra quest. seq. & queb. 12. prò ut sic fuit ordinatum Perceptor Provincie Terræ Bari, vt non exigeret adoham de annuis ducatis 776. concessis, vita durate, Magnif. Gabrieli Todini de Martinengo Prioris Barilectæ Equiti Hierosolomitano, ea ratione, quia non fuerunt concessi in feudum, sed ad annuam prouisionem vita durante, die 16. Iunij 1536. in Adobarum libr. 7. fol. 18. Sic etiam fuit ordinatum ad instantiam Illustris Principis Hostiliani pro functionibus fiscalibus Terræ Mondragonis, vt non exigeretur adoha, eò quod non essent concessæ in feudum, die 7. Nouembris 1536. in Adobarum 7. fol. 52. terg. & sic fuit executum die 6. Septembris 1537. in Adobarum 7. fol. 125. terg.

38 Quæ adoha in casibus predictis debet exigi simpliciter, nec debet considerari rata Vassallorum, cum non adsint Vassalli, prò ut sic fuit ordinatum per Regiam Cameram die 13. Octobris 1530. vt in libr. Partium 8. fol. 10. & in Adobarum 7. fol. 23. ad instantiam Magnif. Iuliani Boccini, quod Perceptor Principatus Ultr. exigeret à dicto Iuliano tantum ducatos quindecim, & tarenos tres pro adoho baiulationis, & defensæ Vniuersitatis Bisaciarum, non autem ducatos triginta vnum, & tarenum vnum, afferendo, & assignando rationem. quia erant feuda sine Vassallis, & quod exactum superfluum restituatur.

39 In nonnullis autem feudis non solvitur quantitas predicta ad taxā supra-

supràdicta , sed eorum concessio-  
nes alitèr se habent , vt quia prò  
seruitio , siuè adoho soluitur vnum  
par chirotecarum de camusio , par  
calcarium auratorum , siuè de  
ferro, duo accipitres cum sonalijs,  
spada vna , vexillum , vel aliud  
quid simile , & tunc talia feuda  
dicuntur etiam adohare, vt vidi non  
nulla feuda in partibus Cilenti,  
quæ præstant par chirotecarum ,  
& non nulla præstant paratam ,  
& prò ea annum quid , & in Pro-  
uincia terræ Laboris adest Baro  
Casæ Puzzanæ , qui tenet in  
feudum Pontem , & Passum dictæ  
terræ , & prò eo præstat par chiro-  
tecarum , vt vidi prouisiones expe-  
ditas die 24. Nouemb. 1636. in adoh-  
arum 7. fol. 54. & in Adoharum  
5. fol. 44.

40 Quæ taxa adohæ , & eius quan-  
titas debet per Reg. Cam. notifica-  
ri , & exhiberi Baroni sic instanti , vt  
fuit seruatum ad instantiam Illu-  
striss. Princ. Hostiliani prò adoho  
terræ Rocca Mondragonis die 24.  
Januar. 1547. in Adoharum 7. fol.  
66. Et hoc ad finem , vt mens feu-  
datarij quiescat , videndo quomo-  
do soluit.

41 Quæ taxa dictarum præstatio-  
num in specie fuit in non nullis feu-  
dis reuocata per Regem Ferdinand.  
vt non obstante tali præstatione  
soluatur adoho ad rationem supe-  
riùs dictam , Iacob. de Ayell. d.  
tract. num. 66. & hodie soluunt  
alij tres tarenos , alij carolenos  
quinque prò chirotecis prædictis,  
vt non nulla Casalia Cilenti sol-  
uunt Baroni Rocca Cilenti tan-  
quam Capiti Baronij , & pro cal-  
caribus ferreis fuit taxata adoho  
in carolenis tribus , prò vt  
sic fuerunt taxati ad instantiam  
Santoli Corcioni Medici Fisici prò  
feudo in territorio Ebolitano die 12

Iulij 1533. in Adoharum 7. fol. 117  
ad cuius instantiam fuit etiam ordi-  
nem , qui restitueretur superfluum-  
exactum , nam prò dictis calcaribus  
nouis exigebat Baro prædictus ca-  
tolenos quindecim , die 15. Septem-  
bris In Adoharum 7. fol. 129.

50 In quo seruitio , siuè adoha ta-  
xanda , vt iam dixi , præualet con-  
suetudo Regionum , siuè earum-  
mos , vt in Marchia Brandebur-  
gensi seruitium militare præstan-  
dum in uno equo , & aestimatur mil-  
le taleris , ita Frideric. Pruckman.  
conf. 50. num. 504. & in alijs locis  
Germaniæ mille florenis consue-  
uit æstimari , affirmat Andr. Kni-  
chen de vestitur. paction. par. 2. cap. 5.  
num 410. Andr. Kohl. de seruit. feu-  
dal. p. 6. num. 61.

42 Ideo , non reprobato Regionis  
more , qui maximè attendendus est ,  
debet primo loco attendi taxatio  
facta in inuestitura , à qua capit cer-  
tam , & determinatam rationem  
in taxatione , exemplo seruitij , prò  
vt ex Andrea de Iser. in dicto §. si-  
militer sub num. 14. docuit Anton.  
Borrin. in tract. Caualcata , siue de  
seruitij vassall. p. 3. cap. 2. §. Adoha ,  
versc. generaliter , & versc. potest  
etiam.

43 In Iuribus autem Portulaniæ , &  
similiū concessis in feudum , adoho  
non soluitur , èo quod non sunt  
certi introitus , Vinc. de Ann. in-  
repet. cap. primi de vassall. decrepit.  
at. num. 152. Tamen (vt audiui)  
adest decretum Regiæ Cameræ in  
anno 1592. per quod fuit ordina-  
tum , quod prò portulania con-  
cessa in feudum , soluatur granum  
vnum cum dimidio prò quolibet  
foculari . In iurisdictione autem  
ponderum , & mensurarum , vul-  
gò la Zecca , taxatur adoho prò  
quolibet foculari in granis tribus ,  
& hoc habita ratione , & conside-

rationē , quod impositio Portulanæ est tantum grano:um duodecim pro quolibet foculari , sed impositio Siclæ est granorum virginis quinque , & medij stipitis , tanto magis , quod dirictus Siclæ est certus , & exigitur quolibet anno.

44 Est tamen aduertendum prò cōplemento huius quæst. quod etsi in Regno nostro habemus à Rege limitatam , & certam summam adohæ , tamen si essemus in dubio , vel alibi , tunc quæro ad quem spectat assignare quantitatem adohæ , an ad Parliamentum , vel ad Regem & Distinguas , vt in donatiuo , siue adoho voluntario simpliciter spectet ad donantes , sic enim rei suæ quilibet moderator , & arbiter l. in re man-

45 data , C. mandati . Aut in donatiuo necessario , quod petitur à Rege , sed non exprimitur quantitas , & tunc necessaria tantum debetur quantitas prò substantanda necessitate asserta , ita docet P. Vazquez opusc. de restitut. cap. 6. §. primo dub. primo num. 7. & nouissimè sic resolut P. Antonin. Diana dicto tract. 3. de Parlam. resol. 12.

46 Non tamen excludas , quin adoha , siue donatiuum ad eius taxam possit minorari , siue alterari secundum taxam antiquam , vel secundum taxam nouam , & hoc potest procedere , si irà eset in parlemento conuentum , & sic procedere potest ex conuentione , prò vt sic fuit obseruatum in donatiuo anni 1532. in quo fuit donatum vnum adohum cum dimidio ab omnibus Baronibus , & fuit conuentum , quod taxaretur iuxta taxam antiquam , sed quia Commissarij illius temporis prætendebant exigere iuxta taxam nouam à nonnullis Baronibus ; Propterè ad instantiam Magnifici lo. Michaelis Gomez Baronis Al-

banellæ taxare secundum taxam nouam , fuit ordinatum , quod ex quo in dicto parlamento erat conuentum , quod exigatur iuxta taxam antiquam , ideo exigerentur iuxta dictam conuentionem secundum taxam antiquam , die 15. May 1532. in Adubarum 6. fol. 35. Sic etiam fuit ordinatum ad instantiam Magnifici Pauli Puderici Baronis Sancti Marzani Provinciæ Principatus Citra die 26. May 1532 d.lib. fol. 36. tergo , & ad instantiam Magnifici Iuliani Buccini , die 20. Octobr. 1522. eod.lib. fol. 42. Et in alia prouisione fuit dictū per Regiā Cameram , quod tantum prò dicto donatiuo iuxta taxam antiquam exigeretur referuando prò alijs annis ex donatiuis exigere iuxta taxam nouam , fol. 43. & 44.

47 Non tamen excludas , quod si adoha in casibus prædictis ex errore , vel alia de causa reperiretur taxata superflua , vel minùs , dicas , quod Cedula solet accommodari deterto errore , & iuxta accommodacionem solet mandari , quod soluatur adona , & superfluum exactum restituitur illi , qui iam soluit , prò vt sic fuit plures ordinatum per Regiam Cameram , & signanter ad instantiam Iacobi Giffoni die 10. Novembris 1559. in litterarum adohæ lib. 20. fol. 65. Ad instantiam Hectoris Brayde die 18. May 1601. d. loc. fol. 123. & ad instantiam Illustris Ducis Termolarum die 6. Junij 1601. fol. 126.

48 Sic etiam si adoha fuisset exacta superflua ab uno Barone , tunc deterto errore , excōputatur illi ab adoho currēt , & oneratur alijs Baronibus , vt fuit ordinatum ad instantiam D. Flaminii Vrsini prò terris Solfæ , Sorbi , & Serpiti , nam prò illarū adoho erat taxatus in duc. 97 tarenis quatuor , & grana tredecim , &

fuit exactum in ducatis centum, tamen duobus, & gran. decem, & nouem, nam fuit ordinatum, quod illi superflui soluti reficerentur dicto D. Flaminio ex adoho curreti, & quod onerentur Baronaggio, die 9. Decembri 1598. in litterarum adohæ lib. 20. fol. 12.

Et aliquando solent excomputari eidemmet Baroni in uno anno, prò ut sic fuit ordinatum ad instantiam Io. Francisci Turboli prò adoho Ischitellæ die 23. Decembri 1599. in lib. Adoharum 20. fol. 66. & etiam ad instantiam Ill. Ducis Ne ritonum die 5. Iulij 1600. d. lib. fol. 86.

49 Et aliquando solet accommodari Cedulae, & reformari taxa, puta si concessio contineret quantitatem, de qua adoha taxata fuit in centum, sed posteà, re vera, quantitates in concessione contentæ, non fuerunt consignatae, quia tunc adoha debetur prò rata quantitatum consignatarum, ut fuit ordinatum ad instantiam Ill. Principis Asculi, cui fuerunt concessæ non nullæ terre cum functionibus fiscalibus, prò quibus primo loco fuit taxata adoha iuxta dictam concessionem, sed quia re vera non fuerunt consignatae totæ functiones fiscales, quot in concessione exprimebantur, ideo fuit reformata taxa primo loco facta, & fuit taxata adoha prò rata functionum verè traditarum, mandando, quod nulla habeatur ratio de prima taxa, die 12. Septembri 1537. in Adoharum lib. 7. fol. 127. & 128. & sic fuit Ordinatum exequi eodem die per alias litteras ibidem.



## ARGVMENTVM.

De quibus feudis debeatur adoha, et an de feudis quaternatis secundum quid, an debeatur Baroni, vel Regi, et ubi feudalis qualitas non est expressa non debetur adoha; Et an de bonis datis in feudum prò excambio bonorum ablatorum tempore guerræ, et de feudo cum vassallis, vel cum uno, uel inhabitato qualiter debeatur adoha; Et quid defunctionibus fiscalibus concessis in feudum, et de feudis planis, et de tabula, et de prouisionibus in feudum.

## S V M M A R I A.

- 2 Adoha debetur de feudo quaternato.
- 2 Adoha de subfeudo quaternato, quod alio vocabulo dicitur feendum quaternatum secundum quid, an debeatur Regi, vel Baroni, distinguuntur, quando concessio facta est cum feudis quaternatis, vel sine.
- 3 Adoha ut debeatur, debet concessio continere qualitatem feudalem, feudique mentionem.
- 4 Adoha debetur de bonis datis in excambium prò feudis ablatis tempore guerra, si dicta bona fuerunt data in feudum.
- 5 Adoha non debetur de bonis excambiatis



*biatis cum feudo ex causa contra-  
ctus.*

- 6 *Adoha feudi excambiati non alte-  
ratur in bonis datis prò excambio  
similiter in feudum.*
- 7 *Adoha debetur de bonis cum vassal-  
lis.*
- 8 *Adoha debetur de feudo sine vassal-  
lis tanquam de feudo inhabitato.*
- 9 *Adoha debetur de feudo consistente  
in territorijs.*
- 10 *Adoha debetur de feudo cum vassal-  
lis paucis, vel caupone, siue Ca-  
stellano tantum, tanquam de feudo  
inhabitato.*
- 11 *Adoha debetur de functionibus fiscali-  
bus concessis in feudum.*
- 12 *Adoha debetur de feudis planis, & de  
tabula.*
- 13 *Adoha debetur de annuis redditibus  
concessis in feudum, & annuis pro-  
visionibus concessis in feudum, &  
num. 14. & de Dohanis, & Portu-  
lanis nu. 15.*
- 16 *Adoha debetur ab omnibus illis, qui  
sunt feudatarij.*
- 17 *Adoha non debetur de summa, quam  
Baro exigit ex causa doni à vas-  
sellis.*
- 18 *Adoha de Baiulatione concessa Uni-  
uersitati, debetur Baroni, non au-  
tem Regi, quando concessio facta  
est cum subfeudatarijs, & subfeu-  
dis, siue cum statu, & decisio re-  
fertur.*
- 19 *Quantitas adoha probatur per mul-  
tiplicatas solutiones.*
- 20 *Industria Baronis, an subiaceat so-  
lutioni adoha.*
- 21 *Adoha non debetur prò illa parte feu-  
di, quam Rex sibi adscribit.*



### Q V A E S T I O . VI.

**D**iuersam adoha quantita-  
tem, & non uniformem  
esse demonstrauimus; su-  
perest, vt videamus de-

- 1 quibus feudis debeatur adoha; Et primò debetur de feudo qua-  
ternato, & de feudo descripto  
in Cedulaib[us] Regiæ Cameræ  
*Camillo de Curt. fol. 41. numer.*  
56. in diuersor. feudal. Sigismund.  
*Loffredus in paraphesi feudal.*  
in capit. primo de controuers. feu-  
di apud pares sermin vers. feudum  
quaternatum, & hoc simpliciter  
non habet dubium respectu con-  
cessionarij Baronis, & Regis con-  
cedentis, vt admittunt DD. om-  
nes cit. in præced. quæst. quia  
feudatarius immediatè tenet à Re-  
ge, ergo illi soluere debet; Sed du-  
bium est, quid si Baro haberet  
plures subfeudatarios, quorum  
vnu haberet tale subfeudum qua-  
ternatum in Cedulaib[us] Regiæ Cu-  
riæ, quod alio vocabulo dicitur  
feudum quaternatum secundum  
quid, an facta concessione per Re-  
gem Baronii, nulla facta mentio-  
ne de subfeudis quaternatis, sed  
simpliciter fuit facta concessio v-  
na cum subfeudis, tunc quia  
talia subfeuda videntur quaterqa-  
ta non quoad omnes effectus ita,  
*Nicol. Intrigiol. Cent. prima quæst.*  
115. num. 16. & 17. & ideò di-  
cuntur secundum quid teneri im-  
mediatè à Regia Curia per de-  
scriptionem in quinternionibus,  
*Intrigiol. dicto loc. post alios ibi*  
*allegatos dicto num. 17.* ideò ipsi  
Regiæ Curiae esse soluendam ado-  
ham non est dubitandum, cùm  
adoha debeatur illi, à quo feendum  
tenetur, prò ut sic etiam fuisse  
iudi-

Judicatum die 28. Maij 1523. in Regia Camera in Causa Magnif. Franc. Bisbal. Baronis Briatici super feudo de Faclari cum suo subfeudatario, Sigis. Loffred. in paraphrasi feudal. ad Andr. de Isern. in cap. 1. verfic. feudum quaternatum, de controuersi. feud. apud pares terminand. & hoc etiam videatur annuere Jacob. de Ayell. num. 87. quicquid perfundatoriè dicat Barthol. Camer. in l. Imperialem, fol. 73. col. 1. lit. E.

Sed licet videatur discordare Bartholomeus Camerar. tamē ex ijs, quæ dixi Egomet de Iur. Relevij parte 4. q. 33. per totam, & præcipue n. 18. ad 32. posset quis concordare dicta istorum, vt si verò concessio est facta de Baronia cum expressione quaternatorum, tunc tales subfaudatarij de dictis feudis quaternatis soluunt, siue contribuunt Baroni, qui Baro postea soluere tenetur integrum adoham tam respectu Baroniæ, & feudorum sibi revertentorum, quam etiam respectu dictorum subfeudatariorum quaternatorum, qui soluerunt, siue contribuerunt dicto Baroni, prò ut ita dico Ego d. q. 33. ad quam remittit Lectorem, & præcipue à num. 8. ad 27. & seqq. nebis idem repetamus.

3 Vnde si concessio rei, ex qua debet prætenditur adoha, non continet expressam mentionem feudi, & sic quod expressè dicatur concessionem esse in feudum, adoha non debetur, vt dixi in præced. q. nu. 22. vbi adduxi ordinem Regiæ Cameræ, & ita pariter fuit ordinatū ad instantiam Magnificæ Laudoniæ Carraciolæ Marchionissæ Layni, cui per Cesaream Maiestatem fuerunt concessi ad vitam annui ducati tercentum de functionibus fiscalibus super iure focialiorum, & salis terræ Laboris, & Comitatus Molisij, à quibus dū Perceptor Provincia-

lis prætenderet adoham, fuit produccta concessio, in qua, quia nō apparebat de concessione in feudū, ideo fuit ordinatum, quod non solueretur adoha, & exacta restituatur, die 9. Aprilis 1537. in Adobarum 7. fol. 38.

Sic etiam ad instantiam Ill. Comitis Altauillæ prò functionibus fiscalibus tertij, & salis super eius terris, die 24. Aprilis 1537. lib. eod. fol. 97. licet talis Cöcessionarius quoniam soluerit adoham in impositione generali, & non obstante, quod Rex in concedendo usus fuerit verbis in uestitura, & prò se, & hæreditibus ex corpore, & quod describantur in Cedularibus, & quinterioniibus Regiæ Cameræ, quia si non adest expressa mentio in feudum, adhuc adoha non est soluenda, ita Sigis. Loffred. ad Andr. de Isern. purapres. feud. in cap. p. S. huius autem generis, verfic. Ibi maximè si dicat, tñ. ex quib. caus. feud. amic. Petr. Gars. decis. 55. dicentes, sic fuisse decisum per Regiam Cameram de quo vide adducta per Iul. Clar. in S. feudum, q. 18. Nicol. Bellon. cons. 10. Hyeronim. Grat. cons. 9. num. 78. vol. primo.

4 Vnde adhuc adoha est soluenda, ex bonis datis in feudum prò excambio bonorum ablatorum à Rege tempore guerræ, & deinde inhieta pace, Rex non habens bona feudalia ablata, dedisset excambium etiam in feudum, quia de his bonis excambiatis concessis in feudum, debetur adoha, ea nimirum ratione, quia etsi non essent eadem bona feudalia ablata, attamen excambiata sunt in feudum concessa; Ioannes Andr. de Georg. allegat. 3. sub nu. 10. circa medium numeri, verfic. Nec obstat decisio, & hoc procedit, quando expressè fuerunt talia bona data in excambium bonorum feudalium, & esset dictum in feudū aliàs si esset data in excambium, & de feudali-

qualitate nihil esset dictum, tunc adoha adhuc non deberetur *Iacob.*  
*de Ayell.* num. 87. & in puncto *Io. Camill.* *Biloç.* allegat. 2. nu. 3. post tract.  
*de absolutione iuramenti.*

5 Sed quid si talia bona essent data pro excambio feudi, sed non esset dictum, quod conceduntur pro ex-cambio in feudum, adeo ut subrogarentur loco feudi, Fuit hæc quæstio agitata in Regia Camera in anno 1536. inter Regium Fiscum, & Ill. Duxem de Ariscot, nam dictus Ill. Dux cessit in beneficium Cœsareæ Maiestatis statum Soræ, & Arcis, & Sua Cesarea Maiestas in excambium dicti status dedit dicto Ill. Duci quasdam functiones Fiscale in excambium, & recompensam d. status sic renunciati, Dicebat Regius Fiscus, quod dicti introitus erant subrogati loco, & in locū feudi, merito eius naturam sapere debabant, & sic taxari prò vt erat taxatum feudum, prò vt alias sèpè iudicauit Regia Camera, & etiam in concessionē excambii, & récompensæ erat reseruata fidelitas, & erat dictum, quod non alienentur in burgensaticum, sed in feudum in hoc Regno; Prò parte Ill. Ducus dicebatur, quod adoha in dicta concessione excambii non erat expressa, merito non debebatur, Item quod dictæ functiones fiscales erant prò pretio, & resta pretii d. status, & sic non subrogantur loco feudi, Regia Camera, ac tētis his difficultatibus, declarauit, quod consulatur Regia Maiestas die 13. Januarij 1536. Et per Regiā Maiestatem fuit facta declaratio tenoris sequentis. Facta relatione S. M. de præmissis, S. Maiestas ex causis mentem suam dignè mouentibus, declarauit functiones fiscales percipiendas per Ill. Duem de Ariscot, donec ei soluat pecunia promissa in excambium dictorum feudorum esse libe-

ras, & francas ab omni, & quocumque onere, & pagamento ordinario, & extraordinario ex quacumq; caufsa etiam guerræ imponendo, & proinde Maiestas Sua mandat eum prò adoha, aut alio seruitio ob causam dictarum functionum fiscalium nullatenus molestari non obstante l. euacuatis C. de decurion. & alijs qui busunque in contrarium facientibus, & ita mādat Sua Maiestas. Idiaquez prouisum Neapoli die 20 Ianuarij 1536. Idiaquez, & ita notatur in Regia Camera die 26. Ianuarij 1536. *Bernardus de Morera* prò Secretario, & Notator.

6 Sed quid si bona feudalia excambiata soluerēt adoham ducatorum decem tantum, an bona data pro excambio debent soluere decem, vel alterare adoham, dicas eò quod excambiata bona videntur data in locum bonorum datorū prò excambio, ideò non debent soluere plus quam bona illa excambiata, prò vt sic fuit ordinatum per Regiā Cameram die 11. Decembris 1529. ad instantiam Magnifici Roberti de Tocco, qui possidebat in Prouincia Principatus vltrà terras S. Nicolai, & S. Sossi, prò quibus soluebat prò adoho ducatos triginta tres, tarenos tres, & granos sexdecim, quæ terræ ordine Sacrae Maiestatis Cesareæ fuerunt, prævia renunciatione dicti Magnifici Roberti, concessæ Illustri Magno Capitaneo in remunerationē partis suorum seruitorum, & dicta Cesarea Maiestas in excambium dictorum feudorum dedit dicto Magnifico Roberto in feudum annuos ducatos 230. super functionibus fiscalibus dictæ Prouinciae, qui erant taxati pro adoho in ducatis sexaginta tribus; de qua taxa grauatus dictus magnificus Robertus obtinuit à Regia Camera; quod Perceptor exigeret adohum dictarum functionum, prò vt soluebag

bat prò dictis terris,<sup>1</sup> & sic ducatos triginta tres, vtsupra, vt appareat ex prouisionibus Regiæ Cameræ die 3. Aprælis 1516. in litterarum Adoba lib. 5. fol. 9. & 10. & in lib. 6. fol. 21. & sic debet solui adoha prò feudis excambiatis ad rationem taxæ antiquæ feudorum excambiatorum, in quorum loco alia bona data sunt prò vt per Regiam Cameram die octauo July 1512 fuit decism, quòd Magnifici Paulus, & Antonius de Sangro soluerèt lus adohæ nouiter impositæ prò bonis excambiatis ad rationem taxæ antiquæ eorum statutus, in qua decisione concurrerat Sigismundus de Loffredo, D. Coronatus, D. de Raymo. D. de Russis, & D. Locumtenens, excepto D. Iacobus de Ayello, qui fuit in voto contrario, quòd non teneantur soluere dictum lus.

7 Item adoha soluitur de feudo, vbi adsumt vassalli, & sic de feudo cum vassallis, Iacob. de Ayell. n. 32. Capyc. in verb. feuda adobant in princip. Ioseph Cumia in cap. si aliquem, in verb. Consueti seruity, nu. 19. Camill. de Curt. fol. 41. num. 47. Fab. de Anna conf. 3. num. 7. Io. Ant. Lanar. conf. 57. num. 8. Anell. Amat. d. conf. 12. nu 7. Frecc. de author. Bar. auctor. 5 de subfeud. lib. 2. num. 8. verfic. quando feu-

8 dum, ceteriq; quos suprà in præced. quæst. allegau, dicentes, quòd debetur adoha, etiam de feudis sine vassallis, tanquam de feudo inhabitato, Iacob. de Ayell. num. 52. verfic. Item de terris, Anell. Amat. d. conf. 12. num. 9. verfic. Sed si non habet vassallos, Ioannes Ant. Lanar. d. conf. 57. n. 8.

9 verfic. Itē si feudū cōfisteret in territorio, adhuc debetur adoha, Frecc. d. auctor. 5. nu. 7. verfic. Si autem prò feudo inhabitato, Camill. de Curt. d. loc. nu. 48.

10 Sed quid si adesset unus vassallus præter Cauponem, & Castellanum, hoc casu esset soluenda adoha,

vti de faudo inhabitato, & sine vassallis ea ratione, quia etsi adsumt vassalli, sunt tam pauci, vt de eis non sit habenda ratio, ita Sigism. Loffred. in parapbres. feud. ad Andr. in cap. p. incip. Ibi ideo tantum, tit. quis dicatur Dux.

11 Item soluenda est adoha ex feudis consistentibus super functionibus fiscalibus, putà si alicui essent concessæ functiones fiscales alicuius Terræ in feudum, quia etsi non adsumt Vassalli, vel non sit feudum inhabitatum, adhuc adoha debetur, sufficit enim concessionem esse factam in feudum, Ant. Capyc. in verb. feuda adobant, verfic. Si verò Iacobus Ayell. num. 52 alias non debetur, vt dixi suprà num. 22. sed adoha in istis functionibus diuerso modo exigitur si essent concessæ cum Terra, & vassallis, vel sine Terra, & sine vassali, vt dixi in præced. quæst. verfic. in

12 functionibus autem. Item debetur adoha de feudis planis, & de tabula, Ioseph Cum. in cap. si aliquæ, in verb. Consueti seruity, nu. 20. Fab. de Ann. d. conf. 3. num. 8. Frecc. de subfeud. lib. 2. tit. de different. feud. plan. & de tab. differ. 19. & de author. Bar. d. author. 5. nu. 9. dixi in præced. q. n. 19.

13 Item debetur adoha de annuis redditibus concessis in feudu, Fab. de Ann. d. conf. 3. num. 9. & 10. Ioseph Cum. d. loc. verfic. Et si consistat in annuo redditu, ceterique DD. supr. cit. & in præced. quæst. Frecc. vbi suprà.

14 Sic etiam de prouisionibus concessis in feudu, Iacob. de Ayell. nu. 32. verfic. de prouisionibus, & nu. 54. vbi refert maiorem partem votorū Regiæ Cameræ fuisse, vt ex dicta prouisione debeatur adoha, licet ipse Iacobus, & alij fuissent in voto contrario, sed quando non sunt concessæ in feudu, non debetur adoha, vt in præced. quæst. nu. 22.

Declarata tamē hæc omnia procedere ēt respectu subfeudorū in taxatione corum

eorum seruitij, siue adohæ, Frecc.  
author. quincta n. 8. & seq.

- 15 Debetur de feudo super Dohanis, & gabellis concessso, Camill. de Curt. d. fol. 41. num. 48. verfic. si constat in auniis redditibus super Dohanis, Portulanis, & similibus, vt sup. in præced. Ioseph Cumia, ceteriq; allegati in præced. queb. verfic. In feudis 16 autem concessis super Dohanis. In summa adoha soluitur ab omnibus illicis, qui sunt feudatarij, Franc. de Pöt. decif. 3. num. 27.

Vel possident introitus feudales alicuius feudi, vel concessio facta est in feudū, vt dixi supra, & Ego de Iur. Relevij p. 2. q. 2. nu. 20. Adiutoria verò à Populis debentur Ant. Capyc. in verbo feudorum adiutoria.

- 17 Secùs autem si Baro exigeret sum mam aliquam à vassallis, non vti introitum feudalem, sed alia de causa, quia tunc non debetur adoha, ea ratione, quia licet debetur ex feudo dicta quantitas, tamen non debetur vt feudal is, & ideò adoha non debetur, prò vt sic fuit ordinatum per Regiam Cameram ad instatiam Ill. Dicis Sueflæ, qui prò certo quodā tempore exigebat donationis titulo annuos ducatos ducentum à vassallis Ciuitatis Carinolæ, prò quibus fuit dictum, quod non soluatur adoha, die 3. Februarij 1528. in Adobarum 4. fol. 238.

Sed quid si tale donum esset perpetuum, vide quæ dico de iure Relevij d. p. 2. q. 2.

- 18 Et an debeatur adoha de Baiulatione alicuius Ciuitatis, vèl Baroniæ concessæ in feudum alicui Vniuersitati, siue Domino, cui cōcessus fuerit status, vèl feudum, cui suberat aliquod subfeudum, siue ipsa Baiulatio cōcessa in feudum, dicas, quòd hic punctus accidit in Regia Camera tempore Regentis Reuerterij in causa intèr Illustrissimum D. Carolum dela Noi, & Regium Fiscum su-

per Baiulatione Ciuitatis Sulmonis eidem concessæ, nam prætendebat fiscus adoham de dicta Baiulatione esse soluendam Domino Regi, quia concessio Status Sulmonis fuit facta cum introitu duc. 15000. & sic quicquid vtrà dictos ducat. 15000. supererat, debebat cedere lucro Regis, item prætendebat Fiscus, quòd Ius adoha pro dicta Baiulatione debebat aggregari dicto D. Carolo Principi Sulmonis in dicta quantitate duc. 15000. & tantò pluris soluere dictus D. Carolus prò adoha, non obstante taxatione, sed quia adoha dicti status Sulmonis fuit iā taxata, ideo fuit decisum in Collaterali Consil. contra Regium Fiscū in favorem dicti Ill. D. Caroli dela Noi, vt adoha dictæ Baiulationis solueretur à dicta Vniuersitate dicto Ill. D. Carolo dela Noi, Reg. Reuerter. decif. 109. part. 3. quæ ponitur in fine operis nostri.

- 19 Probatur autem quantitas adohæ etiam per multiplicatas uniformes solutiones retrò factas, prò vt sic fuit obseruatum in solutione adoha facienda per Magnificum Mercurium Carrapha pro Castro del Rio in Aprutijs, nā in Cedulaario transmiso Percēptori dictæ Provinciæ apparebat taxatus in ducatis 34. & ipse Mercurius comparuit, & dixit, se non teneri, nisi ad ducatos decē, & nouem, & afferebat multiplicatas schedulas de recepto Percēptorum prædecessorum, ideo detecto errore, fuit ordinatum, quòd accommodetur dictum Cedulaare, & accommodetur iuxta dictas schedulas de recepto, & ita exigatur adoha, die 27. July 1518. In Adobarum 7. fol. 112.

- 20 Quid autem si Baro in sua Terra introduxisset industriam, ex qua exigitur dirictus, an talis dirictus debit taxari in adoha, dicas, quod in anno 1536. in Terra Balnèoli Principatus vtrà fuit introducta quædā indu-

## ARGVMENTVM.

industria conficiendi, & tintare pānos, vulgò la Drapparia, e tenta, ex quibus exigeabantur dirictus per Baronem, tunc Regia Camera ordinavit, quòd caperetur informatio de eius exactione, qua capta fuit ordinatum, quod exigatur adoha prò rata, die 18. Januarij 1536. in Adobarum 6. fol. 162.

21 Sin autem è cōtra Dominus Rex vsui suo adscriberet partem aliquā feudi, tunc vassallus non debet soluere adoham de illa parte feudi, ex qua Rex percipit fructus, vt fuit ordinatum, ad instantiam Serenissimæ Reginæ Poloniæ prò feudo Montis Serici Prouincia Basilicata, vt prò illa parte feudi, in qua Rex depo-suerat iumenta Regia, & sic vsui Regis est adscripta, non solueret adoham, die 8. Junij 1530. in Adobarum 5. fol. 26.

22 Quid autem si adoha non reperi-tur taxata? dicas, quòd tunc Regia Camera in Regno nostro seruat, quòd citat feudi possessorem ad di-cendum cauſam, quare non debet taxari in cedulari, & soluere adohā, qui citatus, si non docet de titulo immunitatis, tunc committitur Per-ceptori illius Prouincia, vbi situm est feudum prædictum, quòd capiat informationem de fructibus feudi, qua capta, & visa describitur in ce-dulari, & taxatur ad taxam secundū præsentem statum, & si feuda con-cessa fuerint ante taxā, anni 1504. quo tempore acquisiuit hoc Re-gnum Rex Catholicus, à quo Rex noster habet cauſam, vt ait D. Fran-cisc. de Ponc de regal. Imposition. in princip. nu. 12.

Adoha an debeatur de feudis planis, et de tabula, distingui-tur de feudo plano simplici, et de non simplici; Quid de actenasijs, tenimentis, et alijs. Et an, et quando in eis serua-ri debeat ius commune feu-dorum, vel Const. Regni cir-cam eorum successionem, et de alijs circà eorum mate-riam.

## S V M M A R I A.

- 1 Feudum planum, & de tabula duplex est, simplex, & militare.
- 2 Adoha, siue seruitum ex feudo plano militari debetur Comiti, vel Baro-ni, à quo tenetur, vel seruire iuxta inuestituram, et quid in Regno Sici-lia sub cod. x.
- 3 Subuassallus de feudo plano simplici prestat aliquando quid annum, vel quod in inuestitura fuerit con-uentum.
- 4 Feudum planum, & de tabula, siue sim-plex, siue militare consistens in petijs terra, & alijs, que non sunt poenes Regem, dicitur Rusticum, seculis autem quando conceditur no-bili viro sub nobili seruitio sub n. 7.
- 5 Adoba de sub feudo cum vassallis, siue quaternato debetur Regi, & de ratione.
- 6 Subfeudum quaternatum, vel cum vassallis iudicatur, ut feudum qua-ternatum.
- 7 Subfeudum quaternatum quart, & quomodo dicitur feudum quater-na-tum secundum quid.
- 8 Collecta, non autem Adoba debetur Regi de feudis planis non quater-natis.

9 Con-

9. Constitutio Minoribus, mandans, dari balium pupilli feudatario, non habet locum in feudo plano.
10. Assensus Baronis, non autem Regis requiritur in alienatione feudi plani, & potest esse tacitus sub nu. 12.
11. Feudum planum refutatur cum assensu Baronis, non autem Regis.
12. Constitutio Constitutionē, Diua Memoria non habet locum in feudo plano.
13. Feudum planum devoluitur ad Baronem, non autem ad Regem.
14. Iuramentum assecurationis pro subfeudo cum vassallis datur Regi, non autem Baronī.
15. Ius commune Longobardorum, an seruetur in successione subfeudorū, quæ plana dicuntur, & de tabula.
16. Constitutio Regni, Vt de successionibus seruari debet in successione feudi plani, & de tabula secundum opin. Regen. Lanar.
17. Ius commune feudorum, non autem Regni Constitutiones seruantur in successione feudi plani; & de tabula.
18. Feudum planum, quod tenetur à Barone, an aperiatur Baroni, & succedant in illo feminæ, nullis extantibus masculis.
19. Capit. Ex presumptuosa non habet locum in feudo plano, & de tabula.
20. Collateralis non succedit fratri in feudo plano, & de tabula nouiter questio.
21. Gradus non sunt immutati per Constitutiones Regni in successione feudi plani, & de tabula.
22. Filii omnes succedant patri in feudo plano & de tabula simplici.
23. Adgnatus in quarto gradu non succedit in subfeudo quaternato, & decisio refertur.
24. Feuda plana, & de tabula militaria, iudicantur ut feuda simplicia, scilicet quid annuum rusticum ex illis prestatur.
25. Patrius non succedit nepoti in dicto feudo.
26. Frater Consobrinus ex parte patris an excludat amitā patruelē, distinguuntur tres casus, in feudo plano simplici, militari, & quaternato.
27. Masculus remotior an excludat foeminam proximiorem à successione subfeudi quaternati, distinguuntur duo casus.
28. Masculus remotior excludit foeminā proximiore secundum unā opinionē quando subconcessio dicit tibi, & successoribus, scilicet dixerit utriusq; fexus, & num. 32.
29. Alij contra masculos docent, ut foemina proximior excludat masculum remotorem.
30. Textus in cap. 1. de eo, qui sibi, & heredibus suis, nā meretur allegari pro masculo remotoire contrā foeminam proximiorem.
31. Foemina de Iure Regni nostri succedit in feudo, quod tenetur à Barone, vel Comite.

## Q V A E S T I O VII.

**E**X ijs, quæ diximus in prædictib⁹ questionib⁹, & præcipue q. 1: num. 19. & q. 6. num. 10. annuimus, per pauca indicando verba de adōha debenda ex feudo plano, & de tabula, nunc latius rem agendo, dicemus, qui ibi dicta non procedunt sic simpliciter, sed distinguendo feudorum planorum, & de tabula duo genera, facile cuique distinctioni sua assignabitur resolutio.

Quædam sunt feuda plana, & de tabula, non simplicia, sed habentia qualitatem accidentalem, nempe militaria. Quædam secundo loco dicuntur feuda plana simplicia, & ista sunt Actenasiæ, siue tenimenta, quæ duo genera enumerant Petr. de Montefort. in Constat. Regni. vt de successionibus sub num. 4. & 5. Ant. Capyc. in inuestit. feudi cap. feudorum genera. In Regno, & S. Actenasiæ, fol.

fol. 208. & melius in repetitione  
cap. Imperiale, conclus 3. fol 26.  
Hieron. de Rosis in suo cons. num. 25.  
& 26. post decis. Viuij 225. lib. 2.  
Aloys. de Leo in leges, num. 27. C. de  
legib & nouissime Dominus Camil-  
lus Cacacius meritiss. Reg. Camer. Fi-  
isci patron. & oculatissimus, & nunc  
Præsidens in allegat. impressa inter  
opera Fuluij Lanarij nunc etiam in  
ead. Reg. Cam. Fisci Patroni itidē  
meritissimi, placidissimi, pariter, &  
iustissimi in addit. ad repetitionem  
cap. 1. de success. feud. num. 9.

2 Circam primum feudorum ge-  
nus. nempè de feudo plano, & de  
tabula non simplici, & sic militari,  
vt diximus sup.q. 5.n. 19. & quæst. 6.  
num. 10. & q. 45. num. 15. ideo di-  
cuntur militaria, quia debetur adohà,  
siuè seruitum non Regi, sed Ba-  
roni, siuè Comiti, à quo tenentur,  
quando per Regiam Maiestatem in-  
dicitur, ità Petrus de Monteforte in  
Constit. Regni, incip. si quando con-  
tingerit, sub tit. de hominibus possiden-  
terram hominis demanij in versec. In  
alijs autem feudis planis, Matth. de  
Afflict. in c. 1. ver. sed nec alia iubior,  
num. 25. que fuit prima causa bene-  
fic. amittit, dicens quòd tales subfeu-  
datarij tenentur seruire per quadra-  
ginta dies Comiti, vel Baroni, &  
hoc de generali obleruantia, nisi  
aliter dictaret inuestitura, tenet  
Marin. Frecc. lib. 3. de different. in-  
ter feud planum, & de tab. & quater-  
natu, differ. 19. num 25. dicens se-  
cùs esse in feudis quaternatis, quia  
tenetur seruire per tres mēles à die  
monstræ, Anton. Capyc. in cap. Im-  
periale, fol. 26. versec. 3. concl. Ioseph.  
Cum in cap. si aliquem de succ. feu-  
dal. in verb. seruity consueti, num. 20.  
& 21. dicens, ita etiam seruari in  
Regno Siciliæ, Fab. da Ann. conf. 3.  
num. 8. vol. 1. Fuluius Lanar. in ad-  
dit. ad cap. 1. de successione feud. nu-  
m. 12. fol. 238, col. 1. vers. idem Petrus,

in addit. quæ est allegatio D. Camil-  
li Cacacij, hi omnes loquuntur de  
feudis planis, & de tabula, ex qui-  
bus deberur seruitum militare, Ba-  
roni, vel Comiti, à quo tenentur.

3 Circa secundā feudorum speciē,  
nempè circà feuda plana, & de ta-  
bula, quæ tenentur immediate à Ba-  
ronibus, siuè Comitibus in eorum  
Baronia, siuè Comitatu, & in istis  
si præstatur aliquid Baroni, sed cum  
hac differentia, quia concessio feu-  
dorum primi generis dicitur sub mi-  
litari seruitio, sed concessio feudo-  
rū secūdi generis dicitur sub cōsue-  
to seruitio absq; qualitate militari,  
& quādoq; attēditur quid fuerit in  
concessione appositorum, & quan-  
doq; annua pensio, Aloys. de Leo  
in d. l. leges, num. 27. Lanar. in d. al-  
legat. num. 4. Afflict. d. num. 25. &  
itā colligere poteris ex verbis supra-  
dictorum DD. & tunc prædictum  
genus iudicabitur iure feudi, secūdū  
autem genus nequaquā ità Anton.  
Capyc. d. loc. vers. prædictū est, et ver. se-  
cūdo notandū, & supracit. DD. omnes.

5 Declara tamen omnia supradic-  
ta, vt procedant tantum in feudis  
rusticis, siuè petijs terrarum, alijlq;  
huiusmodi, quæ pœnes Regem esse  
nō possunt, vt post alios Ioseph. Cum.  
in cap. si aliquem, in verb. in capite,  
num. 35. Anton. Capyc. in inuestitur.  
feud. Rubr. feudorum genera, col. 47.  
vers. planum, Nicol. Intrigl. de feud.  
Cent. 1. q. 45. num 232. non autem  
si subinfeudatum esset Castrum, vel  
terra cum vassallis, vel dictum sub-  
feudum esset delcriptum in quin-  
ternionibus Regis, quia tunc adoha  
debetur Domino Regi, & dictum  
Castrum sic subinfeudatū, vel qua-  
ternatū nō dicitur subfeudū simpli-  
citer, sed dicitur quaternatū secū-  
dū quid, & ad instar quaternatorū  
6 iudicatur, ità Andr. de Iser. in constit.  
Iustitiarij nomen, in verb. de feudis,  
vbi dicit hæc verba, Item dicit Gloss.  
quod

quòd Castra sūt feuda, imò habētur  
loco quaternatorū feudorū, anton.  
Capyc. in i nvestit. feudal. in verb.  
quaternatum , vers. quæ omnia, &  
vers. planum , idem Andr de Ifern.  
in cap. 1. col. 6. de cap. qui Cur. vend.  
& in cap. 1. de controuers. feudi apud  
pares term. & in d. §. sed nec alia iu-  
nior, Camer. in l. Imperialem, fol 69.  
col. 1. vers. alio , & secundo modo ,  
Marin. Frecc. lib. 2. de subfeud tit de  
different. feud. plani, & quatern. dif-  
fer. 26. num. 34. fol. mihi 432. Ni-  
col. Intrigl. d. q. 45. num. 16. & 17.  
& seqq. Ioseph. Cum d. loc. num. 9.  
& 10. Ioannes Anton. Lanar. fol. 210.  
vers. in qua num. 2. qui sic intelli-  
gunt doctrinam Affi. Eli in Constit. ut  
de successionibus sub num. 1. dicentis,  
quòd potest esse feudum quaterna-  
tum sub Barone, nā nō debet intel-  
ligi si n. pliciter, sed secundūm quid,  
id est quaternatum secundum quid,  
eò quòd seruiet Domino Regi, & se-  
cundum aliud, quia regulariter iu-  
dicabitur iure feudi plani , Nicol.  
Intrigl. d. loc. num. 17. prò vt vidi  
in quibusdam terris Cilenti, quæ  
priùs tenebantur ab illustriss Prin-  
cipe Salerni, & nunc vidi in quibus-  
dam alijs, quæ tenentur ab Illustris.  
Duce Montis Leonis, ut est Castrū  
Horrei, & subfeudum Sancti Mar-  
tini, Casalicchi, & aliorum, quæ  
possidentur per Nobiles viros ; Sic  
etiā si de d. subfeudo præstatur ser-  
uitium nobile, puta quando est fa-  
cta concessio viro nobili de nobili  
familia sub seruitio nobili, puta par-  
chirothecarum, quia tunc non iudi-  
dicatur vt rusticum, etiam si esset si-  
nè vassallus secundum opinionem  
Petri de Monte forte .

8 Inferas primò ex eo , quia feuda  
plana, & de tabula non sunt descrip-  
ta in quinternionibus Regis, nec ad  
Collationem Regis sunt, id eo de-  
cis non debetur seruitium feudale,  
sed soluitur Regia Collecta , tanq;

de bonis allodialibus , vt aliàs dixi  
sup. hoc tract. in p̄cit. q̄stionibus  
Marin. Frecc. lib. 2. de different. feud.  
plan. & de tab. num. 25. Nicol. In-  
trigl. d. q. 45. num. 166.

9 Nec etiam in dictis feudis planis,  
& de tabula, mortuo feudatario, &  
relictis filijs, habet locum constitu-  
tio Minoribus, adeo vt Rex non da-  
bit balium, sed per ludicem ordina-  
riū dabitus tutor , ita Marin. Frecc.  
d. loc. num. 9. Nicol. Intrigl. num.  
94.

10 Nec etiam in alienatione feudi  
plani , & de tabula simplicis requi-  
ritur consensus Regis, sed Baronis, à  
quo tenetur , ex cap. Papæ Honori, *incip.* si contingat , Marin. Frecc. d.  
loc. num. 6. Intrigl. d. loc. num. 56.

11 Quia alienari potest absque af-  
seniu Regis, sed solūm cum assensu  
Baronis , Andr. de Iser. in cap. 1. §.  
sancimus, num. 12. vers. Dic quòd si-  
mu, col. fin. circa med. quo tempore  
miles , Marin. Frecc. d. loc. num. 7.  
Intrigl. num. 59.

12 Qui assensus in feudis planis, &  
de tabula , in inspecto iure communi  
feudorū pōt esse etiā tacitus Glos. in  
cap. 1. de prohib. feud. alienat. per Lo-  
thar. vers. permissione , Marin. Frecc.  
d. loc. nu. 17. Intrigl. num. 172. Nec  
in eis habet locum reuocatio vigo-  
re Constitutionē Diuæ  
Memoriæ, Ioannes Tho. de Marin de  
generibus feud. rub. de feud. ex pacto,  
& prouidentia antiquo , siue paterno,  
num. 19. licet contrarium seruari in  
iudicando se vidisse testatur Matth.  
Afflict. in d. confis. num. 82.

13 Sic etiam in casu devolutionis  
deuoluitur ad Baronem, non autem  
ad Regē, Andr. de Iser. in d. Constit.  
si quando in fin. vers. Sed aliud est, &  
ibi Afflict. notab. 7. Intrigl. d. loc. nu.  
203. Inferas secūdo quòd prò feudis

15 planis , & de tabula , vbi sunt vas-  
salli, quæ alio modo dicuntur feuda  
quaternata secundum quid, litteræ  
asse-

assecuracionis peruntura Regia Curia non autem à Comite, siue à Barone, ea ratione, quia in dicto feudo adiūnt personæ, quarum Rex ipse est Dominus, ita *Andr. de Iser. in Constit. Regni, post mortem in fine. D. Horat. Montan. in §. Præterea si quis inseudatus, nu. 17. declarat ibi quomodo dictum Andreæ possit procedere in dicto subfeudo cum vassalibus.*

**16** *Inferas tertio an in feudis planis, & de tabula, & circā illorum successionem sit seruandum ius commune feudorum in Regno, an verò ius Constitutionis Regni, ut de successionibus, dicas, quod ista fuit famigerata, ac peruetus quæstio intè Regnicolas, & Siculos, an ius commune feudorum, & sic longobardorum sit ius commune in Regno nostro in successione feudorum, quæ dicuntur plana, & de tabula, & quæ non habent qualitatem militare, an verò debeat seruari ius Constitutionum Regni nostri, & Con-*

**17** *stitutionis, ut de successionibus Reg. Ioannes Ant. Lanar. in repetit. cap. primi de success. feud. nu. 10. cum seq. ad num. 26. eam docuit sententiam, ut leges Regni, & sic Constit. ut de success. seruari debeant, non autem ius commune feudorum, permultas allegando rationes, contrariorum diluendo argumēta, suamq; sententiam reiudicatē firmitate corroborat, dicens, sic alias iudicasse Sacrum Consil. in causa Angelæ de Falco cum Domino Antonio Caracciolo, & antè Regentem Lanar. videtur hanc opinionem sensisse Marinum Frecc de subfeud. lib. 2. num. 3. quem refert, & sequitur Nicol. Intrigl. Cent. p. q. 45. nu. 217. dicentes, quod fœminæ succedunt in illis, cui Regenti Lanar. ob subtiles eius rationes vtique adhærerem, nisi communis Regnicolarum schola esset in contrarium, & practicata, & decisâ,*

vt in feudis planis, & de tabula, non militaribus habeat locum ius commune feudorum, non autem Regni Constitutiones, & leges, adeò, ut eorum successiones regulentur iuxta leges communes feudorum, non autem Regni, docuerunt hanc sententiam ex nostratis Andr. de Iser. in Constit. ut de successionibus in princip. & glo. In omnibus, Matth. Afflict. ibidem sub num. 1. & decif. 228. Petr. Piccol. ibidem sub nu. 6. Anton. Capyc. in repetit leg. Imperialem, fol. 26. cōcl. 3. Alois. de Leo in l. leges, nu. 27. C. de legibus Marin. Frecc. de subfeud. lib. lib. 3. tit. de diff. feud. quater. & de tab. sub nu. 4. 17. & 28. licet contrariam sententiam lequatur Barthol. Camer. in cap. 1. de success. feud. à num 32. ad 38. Reg. Conf. de Georg. in repetit. feudal. cap. 9. incip. pluriès sub nu. 8. Reg. de Pont. de potest. Proreg. tit. de assensibus Reg. sub num. 15. & 16. nouissimè Reg. Scipio Rouit. conf. primo num. 4. vol. 2. Camill. Villan. Reg. Conf. 3. eod. vol. Domini Rouiti, & nouissimè D. Fuluij Lanar. in addit. ad Regent. Lanar. in dicto cap. primo de success. feud. num. 4. fol. 245. & nouissimè omnium vberimè, & per doctè, & exactissime dictus D. Ioannes Camill. Cacacius in allegationibus feudi de Marchetto inter opera D. Fuluij Lanarij dicto loc. num. 7. & seqq. & licet euidentissimè, ut solitus fuit per Bernardino Capano scripsiter Anellus Amarus olim dignissimus Regiæ Cameræ Fisci patronus, & Præsidens, & referente Consiliario Ioanne Baptista Valenzuola demum Regente, & nunc Regalis Consilij Philippi IV. optimo Consiliario, & in Granatenfi Regno Præsidente dignissimo, fuit decisum in fauorem Illustris Marchionissæ Corleti, quæ vti Baronissa Altimontis obtinuit possessione subseudi contrà filiā fœminā subfeudatarij, ut refert in quadam

D A postil-

Apostilla manuscripta ad d. Const.  
ut de successionibus Octavius Bammacarius ipso patrocinante.

Ex Siculis Ioseph. Cumia in cap. Si aliquem, in verb. ut de successionibus, nu. 72, fol. 24. Nicol. Intrigl. de feud. centur. p. q. 45. nu. 50. & n. 201. quam sententiam intellige, etiam si feudū planum esset militare, vt docet idē Præhdens Camill. Cacac. in d. allegat. versc. In qua quæstione.

Tertiò illam subintellige, vt procedat, quando inuestitura esset simplex, Tibi, & hæredibus, secùs si diceret tibi, & hæredibus vtriusq; sexus, quia tunc fœminæ succedunt, & proximiores excludunt etiam masculini remotiorem, prò vt tempore Præsidentis Iulij Minadoi, ipso referente, fuit decisum per Reg. Camer. in causa Hippolitæ Candidæ cum Principe Venusij, & Regio Fisco, nam fuit admista ad successionem Hyppolitæ Amitæ Magnæ in quarto gradu, & condemnatus Princeps ad relaxationem subfeudi vñà cum fructibus in Banca Ioannis Dominici Sarnetani, & dicam inferius in quæstione, an amita excludat fratrem consobrium patruelé.

Ex hac autem sententia inferas ad nonnulla.

18 Inferas primò vt mortuo patre, possidente feudum rusticum planū, & de tabula, relicta tantum filia fœmina, tunc illud non vadit ad fœminam, sed Baroni aperitur, vt ex Andr. de Ifern. in cap. 1. n. 14. versc. Conſtit. tamen Regni de natura ſuccesſ. feud. Matib. Afflict. in Conſtit. ut de ſuccessionibus, n. 3. in fine, docet Nicol. Intrigl. d. feuſ. cent. p. q. 45. nu. 215. & ſuprà dixi, licet cōtrariū doceat Marin. Frecc. lib. 3. de ſubfeud. baron. tit. de differ. inter ſeuda plana, & quaternata, Ioannes Andr. de Georg. ubi ſup.

quem allegat Reg. Lanar. d. loc. n. 10. versc. hęc quæſtio, quam Frecciæ ſententiam ſequitur Nicol. Intrigl. d.

loc. n. 217. contrà expræſſam deciſionem ſupra relatam, & tententiā tot patrum Regnicolarum.

20 Inferas ſecundò in feudo plano, & de tabula, vt mortuo eius poffeffore, nec apparente legitimo ſucceſſore, tūc Regia Curia non capit poſſeſſionem, ſiuè tenutam quād determinetur legitimis ſucceſſor, vt eſt in feudo quaternato, quia in eis nō habet locum, cap. Ex præſumptuofe tanquam editum in fauorem fisci, ſed proceditur de iure communi ſecondum Marinum Frecc. de ſubfeud. lib. 3. tit. de differentijs feuſ. quatern. & plani nu. 21. dicens, ſic audiuiſſe fuſſe iudicatum allegando Lucam de Penna in l. facultas, C. de Iure Fiſci. Nicol. Intrigl. d. q. 45. num. 194. Reg. Lanar. dict. loc. num. 12. verſ. 2. Glosſ.

21 Inferas tertio quād frater non ſucceſſit fratri in feudo plano, & de tabula nouiter quæſito, ita ex cap. 1. de fratribus de nouo benefic. inueſt. docet Jacob. Aluarot. ibi, Marin. Frecc. d. loco n. 27. 28. Nicol. Intrigl. d. q. 45. n. 204: quod etiam ſeruatur in foro, quæ non ſuccedit fratri in feudo plano nouo, Barth. Camer. in cap. 1. de ſuccesſ. feuſ. n. 34. 35. & 36. Fulu. Lanar. in addit. ad Regent. Lanar. ad cap. primo de ſuccesſ. feuſ. in allegat. D. Io. Camilli Cacacij, verſc. quinto Camer. & verſc. 6. Freccia.

22 Inferas quartò q̄ in ſuſceſſione feuſ. plani, & de tabula Constitutio Regni nihil immutauit, circā gradū ſuccedendi, ſed remanerunt građus de iure communi, ita poſt alios Conſiliar. Io. Andr. de Georg. in repetit. feudal. dicto cap. 9. num. 6. & ſequentijs, Lanar. in dicto alleg. verſc. Decimo, ex Glosſ. final. in dicta Conſtit. ut de ſuſceſſionib.

23 Inferas quintò, vt in feudo plano, ac de tabula ſuccedant omnes filij æqualiter, cap. omnes filij, ſi de feuſ. de-

*defuncti. Fulu. Lanar. d. loc. nu. 5. secūs autem si esset feudum planum, & de tabula, quod alio vocabulo dicitur feudum quaternatum secundum quid, ut potè Castrum, vel Villa cù vassallis, quod teneretur à Barone, quia tunc seruantur Constitutiones Regni, nempè quòd succederet primogenitus, & adgnatus in quarto gradu non succederet, & ob defectū successoris aperiretur Regi, non autem Baroni, quia Constitutiones Regni comprehendunt talia feuda, quæ dicuntur quaternata secūdum quid, per ea, quæ discurrunt Andr. de Iser. in cap. primosub num. 4. & 5. de pace tenuend. Marin. Frecc. lib. 3. diff. prima inter feud. titul. & non titul. à nu. 12. ad 15. & diff. prima inter feud. quater. de tabul. num. 33. & Ego de iure Relevy p. 4. q. 30. & passim Regnicola DD. hanc sententiam sequuntur sunt.*

25 Inferas 6. in feudis planis, & de tabula non simplicibus, sed militari bus, de quibus soluitur adoha, ut dixi supra q. 6. ut dicta feuda omnino censeantur, & iudicentur iure feudi, & ut feudum, quia verè feuda sunt, Mattib. Afflct. in cap. p. S. & quia, de his, qui feud. dor. poss. Aloj. de Leo in l. Leges in fine, n. 27. C. de ll. non sic quando præstatur annum quid rusticum, quia non censemur iure feudi, ut inferius dicam; Et sic patruus, qui non est descendens à primo acquirente, non succedit nepoti, qui habet feudum à patre suo, prò ut consuluit dictus Dominus Ioannis Camill. Cacacius, contrà quem scripsit etiam Anellus Amatus; quorum allegationes inferius ponuntur, tamē refert idem Fulius Lanar, in summar. ad addit. cap. pri-  
mi de success. feud. & in corpore nu. 4. fuisse decisum secundum prædicta, ut infra dicam post præsentem quæstionem ex D. Regente Rouito, qui ponit decisionem.

27 Inferas septimo an frater conso-

brinus ex parte patris, & sic patruelis excludat amitam patruelis in success. feud. plani, & de tabula. Distinguuntur tres casus. Aut est feudum planum, & de tabula simplex, Aut habet qualitatem militarem, Aut est quaternatum, putè Castrum, vel cura vassallis

Primo casu, tunc superiùs diffiniuimus, omnino fœminam esse excludendam. Secundo casu, & tunc diximus, dicta feuda ex Mattib. Afflct. & alijs esse iudicanda vti feuda, dum tamen non præstetur, quid annum rusticum, ut superiùs dixi. Tertio casu, quando sumus in subfeudo,  
28 quod est Castrum, siue quaternatum cum servitio taxato nobili, non autem rusticano, & tunc subdividetur duos alios casus, Primus est, quando inuestitura est simplex, veluti si dicaret, subconcedo tibi, & successoribus, & heredibus tuis; secundus casus est, quando inuestitura dicaret tibi, & heredibus tuis, & successoribus tuis vtriusq; sexus.

Primo casu subdivisitionis, tunc est videndum, an prærogatiua sexus excludat prærogatiua gradus, & sic an frater vti masculus, licet in vltiori gradu excludat amitam, vti fœminam, licet in gradu proximiiori. In quo articulo sunt duæ opiniones, alij tenent, ut prærogatiua sexus præferatur prærogatiua gradus, & hanc docuit Joannes Cannetius in extrauag. Siciliæ, cap. incipiente, sed tractandum est, fol. mibi 275. n. 42. & 43. licet fol. 281. non neget contrariam opinionem esse communē, prò qua opinione allegatur tex. in c. 1. de eo, qui sibi, & heredibus suis, cui textui inferius respondebitur.

30 Alij, & magis communiter docent in themate proposito, quod prærogatiua gradus præferatur prærogatiua sexus, & sic quod amita proximior excludat fratrem remotorem etiā vigore Constitutionis, ut de-

D 2 suc.

succeſſionibus, & præſertim in Re-  
gno, vbi ſexus fœmineus eſt habili-  
tatus, hanc ſententiam ex noſtrati-  
bus docuerunt Andreas de Ifern. in  
d: cap. p. de eo, qui ſibi, & hereditibus  
ſuis; dixit quodd in Regno non pro-  
cedit diſpoſitio illius tex. ſtantibus  
Regni Conſtitutionibus, Nard.: Ly-  
parūl. ibidem in verb. filiam in fin. hāc  
eandem docens ſententiā dicit hēc  
verba: Tene menti, quod in Regno  
fœmina proximior excludit mascu-  
lum remoſiorem Sigismund. Loffre-  
dus conf. 39. Thom. Minad. in Conſti-  
tutione in aliquibus, n. 19. notab. 3. Io-  
annes Vinc. Anna allegat. 34. num. 10.  
Vinc. de Franch. decif. prima in prin-  
cip. referens, ſic fuſſe decisum in  
Reg. Cameta, & in Sacro Conſ. in fa-  
uorem amitæ Card. Paris. conf. 21. vol. primo.

Ex Siculis Gugliel. de Perno conf.  
19. col. 2. verſic. nouiſſime conſidero,  
num. mihi 2. Blajcb. Lanza conſ. ſuo  
12. manuſcripto in cauſa feudi Tabariæ. Petr. de Greg. de confeſſ. feudi pa-  
re 4. q. 4. Iofeph Cumia de ſucceſſ. feud.  
in verb. prærogatiua, q. 2. nu. 6. Nicol.  
Intrigl. de feud. Centur. 2. artic. 43. nu.  
10. & i i. quorū opinio fundatur,  
& probatur ex cap. primo de ſucceſſ.  
fratruim, vel gradib⁹ ſuccedentium  
in feudo, ibi vocantur primi fratreſ  
cum ſratruim p̄t̄ mortuotum filiis;  
deinde adgnati ulteriores, & ſic gra-  
duſ attēnditur, & ex l. poſt conſanguineos,  
§. proximū, ff. de ſuis, eſt legitimi.  
& ex Authentica poſt fratreſ, C. de leg.  
hered. & ex Auth. defuncto, ibi, ſalut.  
gradus prærogatiua, C. ad Sen. Conſ.  
Tertull. & alijs referētibus; quodd plu-  
ries fuit decisum in fauorem fœmi-  
næ proximioris ad exclusionem ma-  
ſculi remoſioris.

30 Nec obſtar tex. in d. cap. primo de  
eo, qui ſibi, & hereditibus ſuis, quem  
allegant contrariae partis authoreſ,  
nec meretur allegari p̄t illa, ex plu-  
ribus. Primò quia tex. ille ſigurat

caſum in fœmina, & maſculo exiſte-  
re in pari gradu, quo caſu maſculus  
etiam minor ætate præfertur fœmi-  
næ maiori, vt ibi legitur; Secundò  
nam ille non eſt generalis, ſed lo-  
quitur in caſu particulari, in quo in-  
veſtitura præferebat omnes maſcu-  
los, ideò non eſt mirum, ſi non patet  
locus fœminæ, donec maſculus ſu-  
pererit, licet remoſior, prout ſic illū  
tex. intelligit Andr. de Ifern. ibi, &  
alijs, Bald. in. Authentica reſante, n. 5.  
de ſuis, & leg. Nicol. Intrigl. ubi ſupra  
num. 24. Menoch. conf. 315, num. 40.  
lib. 4. & conf. 172. num. 36. vol. 2. &  
conf. 400. num. 61. vol. 4. Petrus de  
Gregor. loc. ſup. alleg. Cumia ibidem,  
Tyraquell. de iur. primogen. q. 40. nu.  
147. Tertiò ille tex. non procedit,  
vbi ex pacto, vel conſuetudine fœ-  
minæ ſunt excludæ, vel admittæ, quia  
fœmina proximior excludit maſcu-  
lum remoſiorem, vt ita intelligunt  
Petrus de Gregor. Iofeph Cum. Nicol.  
Intrigl. & alijs, Bald. conſ. 143. incip.  
Præ regula vol. 2.

31 Sed an de iure Regni ex Conſtit.  
vt de ſucceſſionibus fœmina excludat-  
ur, vel includatur ad ſucceſſionem  
dictorum ſubfeudorum.

In hoc artic. reperio nonnullos  
DQ. tenentes, quod fœmina in  
hoc Regno ſuccedant in iſtis feudiſ  
planis, & de tabula, quæ à Baroni-  
bus, & Comitiſ tenentur, intelli-  
gendo non in feudiſ planis, & de ta-  
bula ſimplicibus, alijs contradice-  
rent ſuperiū dicta, ponderando ver-  
ba Conſt. vt de ſucceſſionibus, dum  
dicit, Qui à nobis in capite tenent,  
vel ab alijs, quæ verba, vel ab alijs  
habere locum in ſubfeudo, de quo  
nos traſtamus, docuit Matib. de Af-  
flict. in cap. primo §. filia verò, num.  
6. verſic. Et volo facere uos aduer-  
tentis de ſucceſſ. feud. qui Afflict.  
et ſi videatur poſtea recedere, dum  
dicit, caue, ne erres, quia non  
eſt ſic, tamen ſic eum intelligunt, &  
dictam

dictam opin. sequuntur *Marin. Frecc.*  
de subfeud. lib. 3. tit. de diff. interfeuda  
quatern. & alia plana, & de tabula,  
differentia 23 num. 30. fol. mibi 423.  
*Nard. Iyparulus ad Andr. de Isern.* in  
cap. primo num. 2. verfic. Constitutio-  
nis in fine, de eo, qui sibi, & heredibus  
fuis, *Ioannes Thom. de Marin.* de ge-  
neribus, & qualitate feud. lib. primo  
tit. 11. de feudo foemineo siue materno,  
num. 27. in fine. *Franc. de Amicis,* tit.  
de his, qui feud. dare poss. fol. mibi 29.  
verfic. Et redeundo ad primam quæst.  
*Nicol. Intrigl. de feud. Centur.* p. q. 45.  
num. 217. & seq. *Vincent. de Francib.*  
decis. 7. referens pro hac sententia  
fuisse decisum.

32 Secundo casu subdistinctionis se-  
cundi casus principalis, quando feu-  
da, de quibus tractamus, sunt con-  
cessa pro se, & heredibus utriusque  
sexus ex corpore descendantibus,  
ut solent esse nonnullæ inuestituræ  
in partibus Baroniarum Clienti, factæ à  
Principibus Bisiniani, & Saletri, &  
eunc amita debet succedere in tali-  
bus feudis, excluso fratre patruele  
consobrino, vti remotiore, & hoc  
fundatur iure, ratione, & Doctorum  
auctoritate, primò ex tex. in cap. p. S.  
hoc autem, de his, qui feud. dar. poss.  
cap. p. Episcop. vel Abbat. & cap. p. S.  
filia, de success. feud. cum concordant.  
Ratione, quia in hoc casu sexus fo-  
mineus per talem inuestitiram vo-  
cantem foeminam, videtur habili-  
tatus ad successionem feudalem;  
Auctoritate, sic docuerunt *Andr. de*  
*Isern.* in cap. p. verfic. Sed quia vidi-  
mus post num. 15. ibi, Nam et si mater  
habuisset, de his qui feud. dar. poss.  
*Mattb. de Afflict.* in d. S. Et quia num.  
24. verfic. Sed hoc fallit. *Tbo. de Ma-*  
*rin.* de generibus, & qualit. feud. lib. p.  
tit. 11. de feud. foem. num. 15. *Ioan-*  
*nnes Thom. Minad.* in *Constit.* in aliqui-  
bus, in tex. *Constit.* n. 10.

Ex Siculis *Nicol. Intrigl.* de feud.  
Cent. 2. artic. 2. nu. 92.

Ex Germanis *Henrich. à Rosenthal.*  
de feud. p. 7. cap. 4. num. 41. & 47. di-  
centes, quod quando inuestitura di-  
stat pro se, & filiis utriusque sexus,  
siue pro filiis masculis, & foeminis,  
quod idem est, tunc foeminæ suc-  
cedunt, quod intelligunt, cessanti-  
bus masculis ex eodem parente.

Ex quibus patet, quod Constitu-  
tio Regni, vt de successionibus, fuit  
intellecta etiam in feudis istis, de  
quibus quæstio formata fuit.

## ARGVMENTVM.

**A**gitur de successione feudi pla-  
ni, & de tabula, in Regno nostro  
quando succedatur in eo de iure  
communi Rom. vel feudorum, vel  
Regni, & distinguntur plura capita,  
quando est feudum simplicitè pla-  
num, & de tabula, quando quater-  
natum secundum quid, - quando  
Actenasia, & quando ex eo præsta-  
tur aliiquid annum rusticum, si-  
ue militare seruitum, siue adoha-,  
& quādo aliqua annua nobilis præ-  
statio datur, & quando facta est con-  
cessio alicui viro nobili sub nobili  
præstatione.

In hoc articulo scripsérunt viri eru-  
ditissimi, & sapientissimi, Dominus  
Camillus Cacacius olim supremo  
rum Tribunalium Regni Aduoca-  
tus Primarius, deinde Regiæ Ca-  
meræ Summariarum Fisci Patronus  
oculatissimus, & circumspectus, nūc  
verò in eadē Regia Camera Regalis  
patrimonij meritissimus, & intrepidi-  
sus Præses, qui scripsit p̄ò Barone  
Tricarici contra Berardinum Capa-  
nū consanguineum meum Baronē  
Terrarum Oliueti, & Suessæ, & alio-  
rum feudorum Dominum.

Pro d. Berardino contra dictum  
Baronem scripsit D. Anellus Ama-  
tus olim supremorum Regni Tribu-

nalium Aduocatus, causarumq; ve-  
rè patronus, voce, & calamo perlipi-  
cius, deinde Regiae Cameræ Sum-  
mariorum itidem fisci patronus be-  
benignè lapidus, deinde eiusdem  
Regiae Cameræ Praeses meritissi-  
mus, & doctissimus feudorum  
interpres in hac nostro Neapolita-  
na Academia.

**Allegationes præfati Domini  
ni Ioannis Camilli Cacacij  
prò dicto Barone Tricarici  
inter opera D. Fuluij Lanarij.**

*S V M M A R I A ,*

1. Casus allegatiū nūm ponit.
2. Feuda plana, ex quibus debetur mi-  
litare servitium sunt nobilia.
3. Constitutio Regni, ut de successionibus  
habet locum solum in feudiis quaser-  
natis, non in planis, & de tabula.
4. In successione feudi plani, & de tabu-  
la an attendatur ius Romanorum,  
vel ius commune feudorum.
5. Questiones feudales deciduntur prius  
secundum iura feudalia Regni,  
& in defectum secundum iura com-  
munia feudalia.
6. Feuda plana, & de tabula militaria  
habentur per omnia iure feudi.
7. Nulla lege Regni cauteum est, ut in  
feudiis succedatur iure communi  
Romanorum.
8. Feudi plani, & de tabula non dicitur  
vera in feudatio, sed quædam con-  
cessio perpetua siue locatio.
9. Appellatione parentum solum ascen-  
dentes veniunt.
10. Doctores, afferentes in successione feu-  
di plani attendi ius commune, in-  
telliguntur de iure communi feu-  
dorum.
11. Iure Romano, adgnati usq; ad deci-  
mum gradum, cognati usque ad sep-  
timum admittuntur.
12. Collateralis feudatarij descendens,

succedit feudo à communi parento  
que suo usq; ad infinitum, & bene  
explicatur.

13. Andrea Isern. locus in Constitutione,  
ut de successionibus, & in cap. primo  
de natura successionis feudi decla-  
ratur.
14. Haredum appellatione in allodiali-  
bus etiam extranei continentur,  
quod non est in feudalibus.
15. Iure communi feudorum non succe-  
dit, qui non descendit à primo ac-  
quirente.
16. In feudo nouo frater fratri non suc-  
cedit, nec descendentes ex fratre  
de iure communi feudorum.
17. Successorem, an oporteat extare tem-  
pore assensus, vel tempore mortis.
18. Verba assensus sunt ita sequenda, si-  
c ut canis sectatur vestigia leporis.

**B** Aronia Tricarici ab anni quissimo  
tempore habet quoddam sub-  
feudum inhabitatum, dictum  
de Marchetto, in pluribus rebus, &  
membris consistens, videlicet, Do-  
mibus, Casalenis, Vineis, & Hortali-  
bus, Terris seminatorijs, & arato-  
rijs, cultis, & incultis, ac etiam in di-  
uersis censibus, iuribus, & redditibus,  
ut dicitur in assentu Principis Petri  
Antonij sub die 10. Septembris  
1555. fol. 113. & constat ex lista fol.  
8. vbi plurima huius feudi corpora  
describuntur.

Hoc feendum tenetur à Barone, &  
sub Baronio Tricarici, nec est qua-  
ternatum, nec simpliciter, nec se-  
cundum quid: sed tantum planum,  
& de tabula, iuxta ea, quæ latè fun-  
daui in prioribus scriptis fol. 1. S.  
Prima conclusio, & aduersarius non  
contradicit. Verum ex hoc feudo  
non debetur redditus certus panis,  
vini, vel pecunia, sed adoha, seu mi-  
litare servitium Baronali Curiaz quo-  
libet anno pro ea rata, quæ per ip-  
sam Curiam taxari solet, ut dicitur  
in instrumento cessionis factæ à Fa-  
bio

bio Castellano Mario Capano die 5. Decembris 1600. fol. 116. à ter. & in apocā receptionis 9. Decemb. 1605. fol. 6. vbi soluuntur duc. 7. pro adoha, quæ scriptura est ab aduersario producta.

Hoc subfeudum sūt primò alienatum à q. Bernardino Capano seniore tunc tenente, Ioanni Antonio Castellano cum assensu Principis Bisiniani tunc Tricarici utilis Domini fol 113. & cum clausula; pro se, hæreditibus, & successoribus, fol. 113. à ter, in fi. & 114. in princ. Mortuo Ioan. Antonio, Fabius filius, & successor illud alienauit Mario Capano die 5. Decembris 1600. cum assensu Baronialis Curiæ sub die 28. Maij 1602. in cuius petitione Fabius exposuerat Baroni se habere successorem Alexandrum Castellanum patruum, & alios fol. 121. Verum assensus fuit præstitus cum clausula; Liceat in forma in bonis, in quibus habet successorem, citra tamen præjudicium iurium Principalis Curiæ quodad prætensam deuolutionem, & aliorum quomodolibet competentium fol. 121. in fin.

Decessit primò Alexander patruus, frater Ioan. Antonij primi quæsitoris, nempe 6. Iulij 1905. fol. 96.

Decessit secundò Fabius, qui alienauit, filius Ioan. Antonij 24. Februarij 606. absque liberis, & successoribus fol. 37. 40. & 95. Baro Tricarici contendens ob Fabij mortem feudum illud ad se deuolutum, nullis existentibus successoribus, prævio decreto Curiæ Tricarici fol. 24. à ter, cæpit possessionem illius fol. 43.

Orta propterea in S. C. quæstione inter Marium Capani, qui vt spoliatus restitui perebat 10. Maij 1606. fol. 4. & opposita per Baronem tunc Bisatiarum Ducem, reintegratione seu deuolutione ob

mortem Fabij Castellani sine legitimo hære de fol. 5. Per S. C. sub die 13. Decemb. 1607. fuit datus terminus super omnibus per ambas partes. tam in petitorio, quam in possessorio hinc inde præensis fol. 49. à ter, super quo iam compilatus est processus.

Et iure Ferrerius nunc Tricarici Baro, contendit se à petito feudi restitutione absoluendum; siquidem assensus Baronis, cui Capanus innitur, fuit sub conditione, & limitatione. Limitatio ea fuit [in bonis in quibus habet successores.) Cōditio fuit (tamē citrā præiudiciū iurium Principalis Curiæ, quoad prætentam deuolutionem, & aliorum quomodolibet competentium fol. 121. in fin.) Quæ clausulæ positæ in eadem substantia, & oratione, illam regulant, & restringunt, ut ex D. de Ponte conf. 105. in fin. ait D. de Ponte conf. 3. n. 79. lib. 1. Hinc duo nascuntur media pro Barone absoluendo.

Primum, quia Fabius Castellanus tempore alienationis non habebat in hoc feudo legitimum successorem; nam Alexander patruus non erat talis, quia non descendens, sed frater Ioan. Antonij Primi quæsitoris.

Secundum medium pro Barone est, quia Alexander (dato quod fuisset legitimus successor) non tamen superuixit tempore mortis Fabij, prout in hoc casu necessarium fuisse fundabo.

Vt autem hæc fundentur, recordentur Domini Iudicantes feuda plana, & de tabula, quæ à Baronibus, & sub eis tenentur, esse in duplice discrimine: nam quædam sunt pro quibus debetur Baroni seruitiū militare, quod adoha in Regno appellant, quæ etiam militaria nuncupantur. Quædam non militaria, sed rusticæ, pro quibus debetur Domino panis, vel vinum, aut pecunia; vel

- vel aliud vile seruitium; quæ dicuntur concedi pro victu Domini, & sot-
- 9 lenti appellati Actenasiæ, seu tenimenta, vel mansum, ut declarant, & agnoscunt. Capit. in iurest. in cap. feudorum genera. fol. 208. §. in Regno, & §. Tenasia, melius, & clarior in cap. Imperiale, car. 26. concl. 3. Pet. de Montef. antiquus Doctor in const. ut de success. sub num. 4. & Aloysius de Leo in l. leges, num. 27. C. de leg. & Hier. de Rossis in suo cons. num. 15. & 16. impresso post decis. Viuÿ 225. li. 2.
- 10 ubi dicit feuda plana, ex quibus debetur militare seruitiū esse nobilia.
- 11 In feudis autem tantum quaternatis, non in planis, & de tabula, constitutione Reg. ut de success. locum habere communiter est receptum, ut glos. in d. const. in fin. prin. & in vers. in omnibus. Afflict. in cap. 1. §. & quia num. 11. de his, qui feudum dar. poss. & dec. 161. in princip. Petrus de Montefor. in d. const. sub nu. 5. et post. Barth. de Capua, & Isern. Frecc. lib. 3. tit. de differ. feud. quater. à nu. 27. & Cumia in cap. si aliquem, vers. subfeudatarius num. 9. deficiente autem in successione feudi plani, vel de tabula iure Regni, attenditur ius commune, quod apud utriusque Siciliæ Doctores est inconcussum.
- 12 Quæstio autem, unde præsentis causæ pender resolutio, stat in hoc, an in successione feudi plani attendatur ius commune Romanorum, quo, decedenti triplex succedit linea, descendens, ascendentis & collateralium vique ad decimum gradum, vel ad septimum inter cognatos, nulla habita distinctione bonorum respectu lineæ, unde obuenerunt, an potius attendendum sit ius commune feudorum, nec ascendentis, nec collaterales succedunt a primo feudi quæsitore non descendentes c. 1. de grad. succ. in feud. cum ibid. not, & ex infra,

latius allegandis.

In qua quæstione, verior, & magis iuri consona opinio est, in feudi plani, & de tabula militaris successione non ius Romanorum, sed feudorum esse seruandum, quæ sententia probatur auctoritate, & ratione, auctoritate quidem utriusque Siciliæ DD. videlicet.

Primò Afflict. in d. const. ut de successionibus, sub num. 1. ubi ita habet, tota ista constitutio non loquitur, nisi de feudis quaternatis, quæ tenentur à Rege, non autem loquitur de feudis planis, vel de tabula, vel rusticis, vel feudis, quæ dicuntur actenasiæ, vel feudis, quæ omni anno præstant certū redditum in pecunia, vel in alia re, vel tenentur à Comite, vel Barone, Nam in istis feudis est successio secundum ius commune feudorum, ut firmat hic glos. verb. in omnibus autem, sentit ergo Afflict. in omnibus feudis planis, siue militaribus, siue actenasijs ius commune feudorum esse seruandum; licet respectu feudi actenasiæ, solus id expressè dixerit, nec forte verè, Idem Afflict. in cap. 1. §. & quia, colum. 2. vers. bodie dicit in Regno Siciliæ circa successionem feudi plani, & de tabula per constitutionem Regni ut de successionibus non sunt immutata iura feudorum.

Secundò Petr. Piccol. de Montef. in eadem constitut. ut de success. sub n. 6. ait sic, & sic huiusmodi tenasiæ, siue tenimenta non sunt feuda, licet feuda rustica nuncupentur, & est differentia in istis, & quaternatis, quia in istis succedunt omnes etiam collaterales, & non coniuncti; ex eo latere, unde tenasiæ, seu tenimenta peruererunt, & ita debet intelligi, quod notat Andr. in hac const. ut de success. 10. colum. & de nat. success. feud. circa med. sed in planis, & de tabula non quaternatis, quæ tamen propriè feuda sunt, non succedunt

cedunt ascendentes, nisi ex corum linea feuda ipsa peruenissent, nec etiam collaterales, qui essent coniuncti ex eis latere, vnde feuda peruenient, ut 10. col. de nat. success. feud. in princ. & de grad. succed. in feud. in s. his deficientibus. cum similibus. Nec etiam corrigitur per Regni constitutionem. Ideo stare non prohibentur, hæc Petrus: nec potest clarius loqui. Idem Petrus in add. ad constit. si quando tit. 10. col. 3. cap. 11. In alijs autem feudis planis militari bus, ex quibus debetur adoha, seu militare seruitium Comitibus, & Baronibus, à quibus tenentur, quando per Regiam Maiestatem in Regno indicatur militare seruitium seruentur iure communia feudorum, quæ etiam in Regno seruantur, ut in d. constit. gl. mag. in fine.

Tertio Capyc. in cap. Imperialem ear. 26. in 3. conc. dum dicit, quod feuda plana, de quibus soluitur militare seruitium, iudicari omnia iure feudi; feuda plana, quæ alias tenimenta, seu tenesiae dicuntur, non censentur iure feudi, nec quantum ad successionem, ut nos. in constit. si quando, S. et si continget, & sic fecit Capyc. non in omnibus feudis planis, & de tabula, sed tantum in rusticis, seu tenimentis, quod iure feudi non censentur quoad successionem, & alia, de quibus ibi, alia vero plana, vel de tabula militaria iure feudi per omnia censentur, & sic etiam quoad successionem, sequitur Capyc. illum citans.

Quarto Aloysius de Leo in l. leges num. 27. C. de legibus ubi similiter ait feuda plana, de quibus soluitur adoha per omnia iure feudi censeri: non sic feuda plana, de quibus soluitur annua pensio, quæ non censetur iure feudi.

Quinto Camer. in cap. 1. de success. feud. à num. 32. ad 38. individualē

loquens in patruo, quod non succedit nepoti in feudo quæsito per ilium, à quo ipse patruus non descendit, & hoc etiam in hoc Regno subdit: quod ex hac eadem ratione, quod in successione feudi inter collaterales attenditur descensus à primo quæsitore, quod in feudo uno piano soror non succedit fratri, quia per constit. vt de success. non admittitur, quæ solum loquitur in quaternatis, & per iura communia feudorum repellitur, cui in illis feudis standum esset, & aperte Camer. est pro hac sententia.

Sexto Frecc. lib. 6. de subfeudis, tit. de differen. feud. quatern. & de tabula aperiissimè in eo titulo pluribus in locis id sentit, videlicet sub num. 4. clariis. 27 & 28. ubi à successione feudi noui plani, vel de tabula, ait fratrem excludi: quia iura communia feudorum, quæ in feudis planis seruantur, non admittuntur; & sub num. 29. vers. 22. ait, in feudis planis, & paruis seruari ius communis feudorum, non autem ius Regni, & nu. 33 ita dicit: feuda quaternata in Regno censentur iure veri feudi, secundum leges Regni; feuda autem plana iudicantur secundum leges feudales, & inter ista differentia est, de qua alias dixi.

Septimo Regens de Ponte tract. de potest. Proreg. tit. de assens. Reg. S. 2. sub num. 15. & 16. ex Frecc. quem citat, ait, in feudis, quæ à Barone, & sub Barone tenentur, recedi à iure constitutionum Regni, & attendi ius commune feudorum.

Octauo Cumia in rub. cap. si aliquem, in verbo de successoribus num. 72. fol. 24. ait, tum etiam dic, quod dicta constitutio si quando, non de vera feudorum successione loquitur sed de feudis planis, & de tabula, quæ tantum sub lege, & natura feudi tenentur à Comite, vel Barone, ubi est successio secundum ius commune

munc

mune feudorum. *Hac Cumia.*

Nonò *Intrigl. de feud. cent. 1.q. 45. n. 50. & n. 201. fol. 289.* sic scribit. In feudis vero planis, et de tabula erit successio secundum ius commune feudorum, & ibi citat multos.

Decimò *Io. Andr. de Georg. in repet. feud. cap. 9.* pluries: nam sub num. 8. ait, quod constiit. ut de success. in alijs feudis, ultra quaternata non mutauit ius commune feudorum, & clarius sub num. 12. ita habet, & consti-  
tutio, qua limitauit gradum successio-  
nis usque ad tertium, non loquitur de  
feudo plano: remanebit intactum ius  
commune feudorum, &c. hoc idem  
sub num. 18.

Vadecimò *Affl. decis. 228.* sub num. 1. ait, in feudis rusticis non ba-  
bentibus propriam naturam feudi, cō-  
sistensibus in terris, pro quibus solvi-  
tur annuatim annuus redditus, non  
babere locum leges feudales Regni,  
quia de ipsis consideratur, prout de re-  
bus emptis ita Affl. & sic sensit,  
non in omnibus feudis planis, & de  
tabula cessare leges Regni, sed tan-  
tum in secunda specie: nempe non  
militarium.

Duodecimò *Hier. de Ros. in d. cons. num. 17. impreffus post decis. Viuÿ 225.* dicit in feudis planis, vel de tabula militaribus habere lo-  
cū, quoad successionem ius constiit.  
Regni, ut de success. & licet hoc ne-  
mo alias dixit: sed communiter  
teneatur eam constitutionem tan-  
tum in feudis quaternatis procede-  
re, tamen aperte innuit iura com-  
munia Romanorum minimè in his  
feudis locum habere.

Ex prædictis itaque Doctoribus,  
quos cito, aliqui apertè asserunt  
in successione feudorum planorum,  
& de tabula ius feudorum seruari;  
sed non distinguunt an in omnibus,  
vel solum in militaribus, & hi Ca-  
merar. Frecc. Cumia. *Intrigl. de Pont.*  
*de Georg.* Alij distinguendo in feu-

dis planis militaribus, dicunt, iura  
communia feudorum seruanda, in  
reliquis tenimētis iura Romana, ve  
Petr. de Montef. Aloys. de Leo, &  
sensit Vrfill. Affl. autem passim in  
omnibus ait iura feudorum com-  
unia esse seruanda.

Ex quo Doctorum calculo, &  
ex infra dicendis patet, quod  
hæc est magis communis opinio, et  
etiam verior ex rationibus mox  
dicendis.

Ratione etiam fundatur hæc sen-  
tentia, quæ multiplex.

13 Prima, quia feudales causæ in  
Regno prius sunt decidēdæ secun-  
dum iura Regni feudalia, quæ vbi  
deficiunt, ad iura cōmunia feudalia  
recurrimus, quæ minimè in Regno  
sunt sublata, sed in defectum iuris  
Regni locum obtinent. *Ifern.* in  
cap. 1. in fin. de feud. cognit. Petr. de  
Montefor. Affl. & Frecc. locis su-  
pracitatis, & optimè glo. in d. confit.  
ut de success. glos. fin. super verbo iniur-  
iam col. 3. S. similiter erat, ait vbi ius  
feudorum specificè disponit, illud  
attenditur, nec recurritur ad ius  
cōmune Romanum sex. est express.  
in d. c. 1. de feud. cognit. *Vulse. de*  
*feud. lib. 1. cap. 1. sub nu. 1. & sub nu.*  
*8. S. atque si contingat, post Cephal.*  
*cons. 2. nu. 7. lib 1.*

14 Secunda, quia feuda plana, & de  
tabula militaria per omnia iure feu-  
di habentur: nā verè feuda sunt, ve  
Affl. d. S. et quia, & d. l. Imperalem,  
Aloys. de Leo d. l. leges in fine. meritò  
quoad successionem debent iure  
feudorum regulari, quod confirma-  
tur: nam si in ceteris iure feudi re-  
tinentur: nempe respectu aliena-  
tionis, inuestituræ, devolutionis, ve  
ex dictis per Frecc. d. qir. de differ.  
feud. quater. *feud. 2. 13. 17. 18. 20. &*  
*25. & alibi,* cur etiam non debeat in  
successionibus obseruari, non vi-  
deo, cur non debeat eadem res di-  
ueratio iure censeri, l. cum qui aedes,  
de usucap.

Ter-

15 Tertia, quia nulla Regni lege causum est, vt in his feudis sit successio iure Romano, non quidem ex const. vt de success. quæ tantum loquitur in quarernatis, nihil de reliquis disposuit, vt communiter omnes intelligunt, vnde glos. ibi dixit, in reliquis ferauari iura communia, non explicando quæ, vt infra dicam.

Non ex const. si quando, tit. 10. lib. 3. ubi ita Rex, & si contingere ita rem emptorem ab intestato decedere, bi ad successionem eius veniant in praedictis, qui alias possent ad successionem ejusdem ex descendenti, vel ascendi, aut collaterali linea ab intestato venire, quod si de praedictis nullus omnino superfit in eo, quod de feudo tenet ab eo, dominus feudi succedat hæc Rex: ex cuius verbis nihil pro iure Romano in dictis colligi potest.

Primò enim non loquitur individualiter de feudo: sed in eo, quod de feudo tenet; potest enim teneri res de feudo, sed non in feudum, seu iure feudi, & ut feudū iuxta dicta per Bal. in l. liberti libertaque, C. de oper. libere. Afflct. decis. 129. in l. dub. D. de Francb. decis. 161. num. 2. & 3.

Secundò, praedicta constitutio vtitur salutaribus verbis, bi ad successionem veniant ex praedictis, qui alias possent ad successionem ejusdem ex descendenti, vel ascendi, aut collaterali linea ab intestato venire non simpliciter omnes istos vocat constitutio, sed qui alias possent ab intestato venire: quod ponderat ibi Afflct. n. 4. & clarū est, quod de iure communi feudorū non solū descendants, sed etiam ascendentēs succedunt, quando coniuncti sunt ex latere, vnde peruenit feendum, vt per Isern. & alios latissimè in cap. 1. de nat. success. feu. D. de Francb. decis. 3. sed collaterales modò descendant

à primò feudi quæsitore cap. 1. de grad. succed. in feud. De istis igitur intelliguntur verba constitutionis, qui possent ad successionem venire iure feudorum, non autem de vocatis iure cōmuni Romanorum, quo ea distinctione non attenditur.

Tertio, textus ille si loqueretur passim de ascendentibus, & collateralibus, absque dicta distinctione esset intelligendus, prout illum intelligit Petrus de Mōtef. in addit. ubi ita habetur, cōmuni expositio est, quod S. iste intelligatur tantum in feudis, seu tenimentis rusticis, vt in eis, sc. cut in alijs burgensaticis, circa successionem seruetur ius commune: pro qua facit, quia horum feudorum non vere dicitur infeudatio, sed quædam locatio, seu perpetua concessio, vt supra in const. constitutionem diuæ memoria, S. excadentias, ibi, locare promittimus, non dixit infeudare, pro quo C. locati, l. viam veritatis, & de locatione prædij ciuilis. l. prædia, & ita intelligit glo. hunc S. in const. ut de success. circa princ. in glos. ex generali præfatione, in alijs feudis planis militaribus, ex quibus debetur adobha, seu militare seruitium Comitibus, & Baronibus, à quibus tenetur, quando per Regem indicitur militare seruitium, seruatur iura communia feudorum, quæ etiam in Regno seruantur, vt in d. constitut. in gls. magn. in fin. hæc Petrus, cuius verba referre volui, quia optimè, & clarissimè hanc rationem declarat, vnde dicta constitutio ex praedictis non habet locum in hoc feudo de Marchetto, quod est militare, & adobham soluit Baroni.

Non etiam iuuatur contraria sententia pro iure Romano in successione feudi plani, ex alio textu alterius constitutionis, si quando tit. 7. lib. 2. ubi idem sane si foriudicatum à Comite; vel Barone, feendum habere contingit, ipso parētes, vel liberos nō habem-

*babente, feudum ad eum, à quo ipse foriudicatus tenebat; sine contradictione aliqua redire censemus siquidem primo ille textus nihil loquitur de collateralibus, de quibus nunc est sermo, sed tantum de descendantibus, & ascendantibus, qui soli sub verbo illo (parentes) comprehenduntur iuris consultus ff. de grad. affin. et l. parētis appellatione. ff. de verbis signific. & in ascendantibus intelligunt ibi Isern. & Afflīct. num. 8 Secundo, quod similiter ea, quæ denūciatiuè sumuntur, intelliguntur prout iuris, id est, de illis parentibus qui feudorum iure ad liberorum feudi successionem admittuntur, ut suprà in alia constitutione proximè dictum fuit. Tertiò textus ille prouidit particularem foridicationis casum, ideo non extendit ad successionem.*

Nec denique obstat text. in *constit. in aliquibus, tit. 26. lib. 3. iuxta pōderationem Marin. in glo. in verbo in omnibus, in fine posita in dicta constit. ut de success. de qua infra: q. a in eo loco, vbi de glo. agā resolutur.*

*Quarta, & ultima ratio, quia ex Doctoribus, qui pro iure Romano in success. feudorū seruādo citātur, prò ea sententia non concludunt: circa quod rogo Dominos iudicātes, ut dignentur quædam obseruare.*

*18 Primò, quod non potest fieri fundamentum in illis Doctoribus, qui simpliciter dicunt in feudis planis non seruari iura Regni; sed iura communia, non explicando, an Romana, vel feudalia: quia isti sunt intelligendi prout iuris, & de iure ostensum supra est in defectum iuris Regni in feudis, primò seruanda iura feudalia; secundò Romana, &c. Doctores autem generaliter ita loquentes, quos viderim, sunt videlicet.*

*Marin. de Carum. in d. const. ut de*

*succeſſionibus, duobus in locis, nēpē in const. verbo ut de success. vbi primo dicit eā const. loqui etiam in feudo nō quaternato, ex quo debetur militare seruitiū, iubdit ceterum si feudum frumenticanum utpote ex quo debetur redditus panis, carnium, pecunia, vel annong, siue preſtatio operum, vel huiusmodi sordida seruitia villarum huiusmodi, in aliquibus locis vocantur tenacia, vel tenimenta, puto istam constitutionem cessare, & ius commune locum habere, s. 3. ut descendentes, ascendentes, et collaterales succedant, qui alias de iure communi succedere possent ab intestato, et in eorum defectum succedit dominus feudi, ut supra de Romana, l. si quando: Ecce nihil Marin. specificat de iure Romano, intelligendus igitur erit de iure feudorū, eo magis, q. a citat dictā constit. s. quando lib. 3. tit. 10. vbi ita intelligi dictum fuit, & tertio si de iure Romano intelligeretur, vtique non de feudis planis militari bus, quæ adoham soluunt, sed de rusticis tenacis, vel tenimenti, vt eam intelligit Petrus Pic. Monteſor. ibi, & in d. const. s. quando titu. 10. lib. 3. supra fuit relatus alias Marin. locus iste, ita glo. in ver. in omnibus, fol. 267. vbi ita dicit. Alia autem feuda, quæ tenentur ab alio, quam à Rege, & junt non quaternata, mortuo tenente sine legitimo successore, non devoluuntur ad filium, sed ad eum potius, à quo tenebatur, & sic corrigit, quod dixerat in prima glo. quod constitutio illa locum habebat etiam in feudis militari bus non quaternatis, subdit postea Marin. accedit etiam ad hoc supra de homin. baron. non poss. const. si quando. S. & si contingit, vbi videatur expressum, quod in alijs feudi, quam quaternatis obtineat circa successionem ius commune, videlicet, ut tūc succedat dominus feudi, quando aliquis non superest de linea descendentis, vel ascendentis, vel*

uel collaterali, qui aliàs de iure cōmuni ad successionem ueniret: ad idem facit supra de *ſi ſuccēſſ. foriur. lib. 1. ſ. ſanē ad idem facit ſupra lege proxima eſt conſtit. in aliquibus, ubi Marinus, Olim ſucceſdebāt conſanguinei quantumcunque remoti, excludit foeminis filiabus, per quam legem remouentur etiam alij conſanguinei, tunc demum quando filij, vel etiam filie ſuperēſſent, non autem remouentur, eis aliquatenus non ſuperfitib⁹, et ſic iam enī iſta veteri conſuetudine ſtatut, hæc Marinus, vbi ſimiliter nec in ſpecie de iure Romano loquitur, & ad dictam conſtitutionem ſi quando. ſ. & ſi contingere it ſe refert, vbi nō de omnibus, ſed de illis conſanguineis, qui poſſet ſuccedere loquitur. Quod vero ex conſtit. in aliquibus, qua eſt conſtit. præcedens, ponde- rat, iſtam potius conſirmat ſenten- tiam, ſiquidem ait non eſſe mutatā conſuetudinem, de qua in ea conſtitutione, quòd conſanguinei quantumcunque remoti ſuccedant non exiſtentibus filijs: hoc certè non eſt*

**11** ſecūdum ius Romanum, quo tantū uſque ad decimum gradum agnati, uſque ad septimum cognati admittuntur ſ. fin. inſtit. tit. 5. lib. 3. de ſuc-

**12** ceſſ cognat. At bene eſt ſecundum ius feudorum, quo collaterales de- ſcendētes feudatarij in feudo à cōmuni parente quæſito, uſq; ad inſi- nitum, etiam ultra ſeptimum, vel de- cimum gradum ſuccedunt, ex com- muniori, & veriori Doctorum ſen- tentia, quos citant, & congerunt moderni feudistæ, videlicet Rosent. de feud. tom. 1. cap. 7. conclus. 56. et 58. Schrad. de feudo par. 7. cap. 7. num. 1. Vulteius de feudis lib. 1. c. 9. num. 102. & 105. Hartb. lib. 2. q. 19. ex cap. 1. ſi vass. feud. priu. c. 1. vbi glōſſ. & Doct. de nat. ſuccēſſ. feud. nam ſi à primo quæſitore non deſcendunt collate- rales, vel non ſuccedunt collatera- les, vel non ſuccedunt regulariter,

vel in illis caſibus, in quibus ex pa- cto inueſtituræ admittuntur, non ultra ſeptimum gradum progredu- tur cap. 1. ſ. hoc quoq; de his qui feud. dar. poſſ. igitur ex ea conſtit. In aliquibus non ſecundum ius Romanum, ſed feudorum, etiam ad mentem gloſſatoris Marini, conſanguinei col- laterales vocarentur, eſto quòd illa non eſſet luſſedendi conſuetudo. Denique cum gloſſ. in d. ſ. in omni- bus non diſtinguat ſpeciem feu- dum ex ſe ipſa, in principio eiusdem conſtitutionis interpretabitur, vbi illud dicit non in planis feudis mi- litaribus, ſed in tenacijs, & rusticis, quale non eſt iſtud, de quo agimus. Nec de glo. Marini, circa quā ideo ſum latiū immoratus, quia eius au- toritati Romani iuriſ assertores po- tissimē innituntur, quam pro eis non facere eſt maniſtum.

**13** Iſern. item pro hac citatur ſen- tia, & de illo vti feudorum in hoc Regno antistite ſummo perè aduer- farius exultat; ille enim duobus in locis, videlicet Primo in conſtit. ut de ſuccēſſ. in princ. vbi ita ait, *Multa po- nuntur hic in gloſſ. & primo atten- dum eſt, quod hec tota conſtitutio lo- quatur in feudis quaternatis, que te- nentur in capite à Regia Curia, ut plu- ries gloſſ. dicit. In alij ſeudis de tabu- la, ſeu planis, que tenentur ab alij, ſuc- cedunt conſanguinei quantumcunque remoti, ut dixit glo. infra in ſ. in om- nibus, ex quibus Iſern. verbis nihil per ſe actor colligit, nam nec de iu- re Romano loquitur, nec in omni- bus feudis planis, etiam militari- bus, nec conſanguineos, etiam non à latere, vnde peruenit feudum vo- cari ait, & dū gloſſā ſequitur ſecun- dum illam intelligendus, qua eſt contra nos, ut ſupra eſt dictum. Quinimmo prout in expositione gloſſ. fuit dictum, dum Iſer. dicit vo- cari conſanguineos quantumcunque remotos, & ſic ultra ſeptimum gra- dum,*

E

dum, necessario intelligit vocari secundum ius commune feudorum, eos nempe, qui à primo acquirent progenitū sunt. Alter locus Isern & ut uidetur aduersario, clarior est in cap. primo, sub num. 14. uers. constit. Regni Siciliae, tit. de nat. success. feud. ubi cum dixisset constitutio, ut de success. in feudis planis, & de tabula nihil innouare circa successionem in ea feudi specie: subdit hæc uerba & uidetur intelligi, quod collaterales sunt succedant, qui sunt coniuncti à latere, unde peruenit feendum, quia cap. Papæ Honorij factum ad ampliandam successionem talem; hoc dicit, & loquitur etiam in subfeudatario, sed debet intelligi de subfeudatario tenete in capite, ut in princ. cap. dicitur, et sic per totum intelligitur. ff. de iur. & fact. ignor. regula circa fin. quia consanguinei quantumcumq; remoti in tali feudo succedunt, ut d. glo. const. illius, & bac ratione repelluntur ascendentēs, qui non sunt coniuncti taliter quos admittit glo. predicta. Item & in burgensaticis quæstis per matrem sibi, & filiis suis, quod præsumitur. ff. de probat. l. si patrum, in si. vel bæredib. ff. de patr. si tibi. S. si patrus, repellitur eadē ratione, quod non effet coniunctus ex parte matris, vnde in tali feudo sicut est in burgensaticis, sic erit successio quia iam non dicitur feendum matris, ff. de acq. bæred. l. Paulus. C. de inoff. test. l. fin. in fin. hæc sunt verba Iser. ex quorum ultimis colligit Andr. quod si in feudis planis successio est sicut in burgensaticis, sicut in istis, non attenditur honorum obuentio, sed sanguinis tantum coniunctio, vnde cunque obuenerint bona, ita in illis feudis planis, scū de tabula, & ita determinauit Iser. quæstionem, initio positam de successione collateralium, etiam non coniunctorum ex latere, vnde plana feuda peruererunt.

Sed ex pluribus, nec dicta obstat

Iser. doctrina, Primo Iser. nec eo loco specificè loquitur de feudis planis militaribus, vnde erit intelligentia non in istis, sed in rusticis & tenasijs, quæ non iure feudi censentur, quod patet, quia sequitur glos. in d. const. ut de success. vbi, ut dictum est, in his loquitur feudis, & dictum indefinitum Isern. secundum glos. quam citat, erit interpretandum, Bar. in l. non solū liberat, ff. de lib. leg. Surd. decil. 59. n. 7. & ita in indiuiduo Iser. exponit, & ait loquutum Petr. de Montefort. d. const. ut de success. sub nu. 8. cuius verba suprà retuli, reuidentur, & D.D. indiuitiè loquentes declarantur, & quando indiuitiè receptus, absurdum sequeretur, & contra rationem docens.

Secundò, de ea Iser. doctrina, quatenus militare feendum planum attingerit, nec esse curandum, siquidem primo secum pugnat, nam si consanguinei quantumcunque remoti in tali feudo succedunt, & sicut in burgensaticis, sic erit successio, non bene ex præcedentibus infertur, neque probatur, etenim cum in quæstione proposita, an in feudo plano succedant coniuncti, etiam si non sint à latere, vnde peruenit feendum, & ex cap. Papæ Honorij, vbi etiam in subfeudatario de tali coniunctione statuitur, & dum contratales coniunctos opposuisset, resolut illud cap. Papæ Honor. cuius verba eo loco paulò ante sub n. 8. vers. 6. 220. posuit Lipar. col. 1. circa med. non procedere in feudis planis hoc fundat, quia glo. in d. const. ut de success. admittit cōsanguineos quātāmcunque remotos, & ascendentēs, qui aliās repellerentur, quasi dicat glofator Marin. qui probè sciebat cap. Papæ Honorij, illos non admisisset, si forent eo cap. exclusi hac ratione: nec infertur ea conclusio, imo opposita, quia glo. ut dictum est,

est, non ita collaterales, & ascenden-  
tes vocat, ut necessariò successio-  
nem prout in burgensaticis inferat,  
sed potius, ut in feudalibus, dum  
consanguineos, quantumcunq; re-  
motos admittat. Addit Ifern. aliam  
rationem, ad probādam suam prin-  
cipalem cōclusionem prædictam,   
quod etiam nec coniuncti ex latere  
feudi admittantur, siue minus prin-  
cipalem, quod cap. Papæ Honorij  
non loquitur in feudis planis, & est  
illa posita in vers. item & in burgen-  
saticis, nempè quod mater acqui-  
rēs bona burgensatica pro filijs, cē-  
setur acquirere, & tunc morienti fi-  
lio, qui in illis matri successerat,  
etiam non coniuncti ex latere matris in  
eis succedunt, quia non amplius  
sunt bona materna, quandò ad fi-  
lium peruerunt, d. I. Paulus, volens  
ex hoc inferre idem esse debere in  
feudis, quia nec amplius dicitur feu-  
dum matris, quando iam peruerit  
ad filium, hæc ratio, pace tanti viri  
Regnicolarum magistri insulsa est,  
& nullius ponderis, nam non video  
quomodo allodialia, seu burgenfa-  
tica feudalia regulent, siquidem  
burgensatica sui natura ad quosquis  
hæredes sunt transitoria, vnde ipse-  
met Ifern. dixit, quod cēsetur mater  
illa querere pro hæredibus l. si tibi  
S. si pacius. ff. de pac. appellatione  
autem hæredum etiam extranei cō-  
tinentur in allodialibus, vnde si ad  
filium deuenerunt, rectè quilibet fi-  
lius consanguineus licet non ex li-  
nea materna coniunctus, in illis suc-  
cedet, ut ibi glof. & l. sciendum, ff. de  
verb. signif. cum alijs apud Menoch.  
conf. 80. à num. 128. lib. 1. At non  
sic in feudis, in quibus hæredis men-  
tio solum de filijs intelligitur cap. 1.  
S. & si clientulus, ubi Doct. de alien.  
feud. Nec potest quisq; succedere, ni  
si à primo acquirente descendat c. 1.  
de grad. success. in feud. non igitur bo-  
na est consequētia, In allodialibus

sucedit extraneus hæres filij succe-  
foris matri, ex materna linea non  
coniunctus, ergo etiam hoc in feu-  
dalibus, quia hæc minimi, prout illa  
ad hæredes extraneos sunt transito-  
ria, ideo non iure probatur princi-  
palis Ifern. conclusio, includens ad  
successionem feudi plani etiam non  
coniuctos ex latere, vnde obuenit  
feudum, nec alia, quod non habeat  
in illis locum cap. Papæ Honorij,  
quia illud loquitur in feudalibus,  
ad quæ non rectè à burgensaticis  
infertur, & mirum est tantum virum  
à tali argumēto moueri, quod agno-  
uit, & excusare non potuit Loffred.  
eius affecta in parab. fo. 47. col 2.  
2. circa ff. videndus, ubi eius Ifern.  
ratioincationis infirmitatem agno-  
scit, & quod nullo modo regula l.  
Paulus. ff. de acquir. hæred. quod mu-  
tatione personæ mutatur conditio  
rei, deseruit ad rhumbum, & Lipar.  
optimè alias Ifern. dilucidator, qui  
eius retrulos aperit fensus, & lupplet  
diminutos, non potuit ostendere  
fol. 222. à ter. col. 2. lit. R. Quomodo  
ex ratione mens, & conclusio  
Ifern. confirmetur. Denique dum  
Ifern. sine ratione in ea, quā aduer-  
sarius autumat esse sententia, cum  
tor, & tantos viros, & in iure, & tam  
Regni, quam feudorum consuma-  
tissimos habeat contrarios, & præter  
vnum eius interpretem Lipar. ascrip-  
tum, glebae celarem neminem po-  
tius cum illis Affict. Picc. Capic. Ca-  
mer. de Pont. de Georg. & reliquis eri-  
ditissimis viris, quam cum Iser. præ-  
ter morem contra feudales regulas  
sine lege, & ratione loquentem, &  
contra communem opinionem, &  
interpretum sententiam credo S.C.  
concurlurum Par. de Pus. de reintegr.  
feud. cap. 4. num. 8. vbi ait, ita quidem  
fea rustica sunt illa, de quibus de-  
betur redditus panis, carnium, pe-  
cunia, vel annonæ, siue præstatio  
operarum, vel sordida seruitia villa-

norum, quæ feuda aliquando appellantur tenasæ, seu tenimenta, ut dicit glof., in confit. ut de success. in I. glof. in quibus succeditur secundum ius commune ab intest., quæ feuda parua non cœlentur iure feudi, quod pro eis non sit fidelitas, nec habent consuetudinem feudi, secundum illam glo. & glo. in confit. si vnde de hom. Baro. ab ho. dema. & hoc idem cap. 9. num. 15. hec Par., nec aperit speciem juris communis, an feudorum, vel Romani, loquitur in patuis, & rusticis feudis, in quibus non sit fidelitas, nec militaribus, & se remittit, leu loquitur iuxt. gl. locis prædictis, vnde nihil est pro aduersario Loff. in paraphrasi de nat. success. feud. feud. fol. 37. col. 2. in fin. titu. col. 1. in princ. etiam ipse indistincte loquitur, nec particulariter in feudis militaribus, ac secundum Isern. loquitur doctrinam, quam tamen agnoscit inmixtam iuribus non ad propositum adductis Lipar. etiam in d.c. 1. de nat. feud. num. 15. vnde sub tali nec ipse distinguit inter militaria, & rustica; Isti sunt DD. q. ab aduersa parte adduci potuerunt, ex quibus nullus specificè ait in feudis militaribus, pro quibus sit fidelitas, & debetur seruitium, seruari ius commune Romanum, nec Isen. nec illius dilucidatores Loff. & Lipar. gloriosatur autem Marin. & Paris. secundum ius commune seruari, non habita mentione cuius Romanus, an feudal is, & specificè in tencasijs, seu rusticis loquuntur feudis, quale nostrum hoc de Marchetto non est, sed militare: Igitur cum opinio pro feudis planis militaribus, quod iure communi feudorum regulentur, nullum etiam ex aduerso adductis contradictem habeat, que verò indefinitè loquitur, tot grauissimos habeat autores lumina iuris feudal is in utroque Regno, tot rationibus subnixa nulla lege, vel constitutione impun-

gnare non video, quomodo aduersarius sola Isen. auctoritate, quando hoc expressè diceret, contra tot Auctorum sententiam audeat postulare. Magna, fateor, est Isen. auctoritas, sed non contra communem, est magna eius doctrina, sed non contra rationem: magna illius conclusio, sed non contra iura; nam si ei in hoc feudo omnes maiores nostri minime detulerunt, nec nos maiorum relinquimus vestigia, quoniam non in ore vnius, sed plurium adest veritas.

Posito igitur pro constanti in hoc feudo Marchetto veluti militari, & fidelitati facienda obnoxie seruari ius commune feudorum, constat Alexandrum Castellatum Patruum tempore contractus non fuisse Fabio legitimum successorem de iure communi feudorum.

Primò, quia non descendit à Ioan. Antonio Castellano primo acquirente, vnde à feudi succlione excluditur, in quo iure communi feudorum nemo succedit, non legitime 15 ex corpore primi acquirētis descendens, ita ex Isen. pluribus in locis, & innumeris Feudis tam Regnicolis, quam exteris fundata in prioribus scriptis car. à terg. col. 2. §. eo iure communi, & col. 1. pag. 2. vbi rationem adduxi, & secundum illam sententiam passim iudicatum tradit Schrad. de feud. par. 7. cap. 1. & Rosent. cap. 7. q. 58. nu. 7. vbi innumeris vicibus ait iudicatum ex reg. cap. 1. in fin. de duob. fratr. de benef. inuest. et ex tex. in cap. 1. §. is vero de success. frat. & grad. succ.

16 Secundò, quia iure communi feudorum in feudo nouiter quæsito, nec frater fratri succedit, iura sunt aperta in cap. 1. §. fin. autem, de his, qui feud. dar. poss. c. fin. de success. feud. cap. 1. §. si duo fratres. de feud. March. & alia iura, que cum innumeris Doctoribus citauit in primi allegationibus

bus car. 2. S. 2 ex prædictis, vnde si fratri Alexandro in hoc feudo non successisset uti proximior, nec nepoti remotiori potuisset succedere.

Tertiò. Iure item communi feudorum, nedum frater in feudo novo, sed etiam eius descendentes, signanter filiæ excluduntur, vt per *Isern. Loffred. confil. 38. sub num. 4. Frecc. glos. cit. in d. alleg. car. 2. S. 3.* Sicut ergo Fabius in hac feudi specie non successisset Alexandro, quia ab eo, si ille fuisset primus acquisitor, non descendit, nec debuit Alexander Fabio succedere propter seruaudam æqualitatem in successionibus, vt ibi ex punctualibus Doctoribus, quos citoauit, *Jacob. de Ares. Iser. Intrigl. Thom. de Mar. Ruin. & Ceph. conf. 12. n. 10. &c. 27. lib. 1. quos loco prædicto citoauit cum tex. d.c. 1. S. bis vero de gradib.*

Ex quibus manifestè patet, quod iure communi feudorum tempore gratiæ non erat Alexander Castellanus successor, nec etiam iure Regni, nec ex constitutione ut de successore, quod in hoc feudo plano militari locum haberet, vt *glos. ibi in princ. & Hier. de Ros. cit. conf. contra commun. voluerunt nec ex gratijs per Regem Catholicum, & Carolum V. Imperatorem concessis, vt latissime in primis allegationibus fundauit car. 3. & 4. usq; ad fin. quibus nihil mihi nunc addendum occurrit, non igitur tempore concessionis fuit Alexander legitimus Fabij successor.*

Secundum medium pro Barone est, quod licet fuisset, debuit tamen superiuere Fabio, vt assensus potuisset operari, & ex verbis assensus clarissimè colligi, *aut enim fiat in forma in bonis, in quibus habet successorem, citra tamen præiudicium iuri um principalis Curia quoad prætensionem deuolutionem, & aliorum quomodolibet competentium, fol. 121. in fin.*

17. Qui assensus fuit expeditus ad consultationem Doctoris Octauij Bammacarii eruditæ feudistæ, qui sciebat controversiam inter Doctores, an successor debeat extare tempore mortis vt valeat alienatio, an sufficiat tempore assensus extitisse, quain re non defuerunt, qui tempus etiam mortis attendi voluerunt, & tunc oporteret extare successorem, & hi maximæ auctoritatis, quorum antesignatus *Isern. in cap. 1. in princ. & S. hoc quoque, colum. 2. vers. si ergo viuens, de success. feud. & in cap. 1. colum. 5. vers. bat effent, de natur. success. feud. & in cap. Imperiali S. præterea ducatus, de probib. feud. alien. & in rubr. de vassall. decrep. etat. Cum. in cap. si aliquæ, vers. antiquis, num. 37. Petrus de Greg. in tract. d. concess. feud. par. 4. quas. 10. num. 24. et 45. Ideo ad tollendas disputationes voluit reseruari deuolutionem Baroni, ita quod assensus operetur tantum in casu, quando Fabius tempore mortis habuisset successorem, non aliter.*

Quod autem ea verba, *Citra, &c. circa prætenlam deuolutione aliter intelligi nequeant satis patet, quia alias nihil operarentur; illo enim tempore assensus, deuolutio à Curia prætendebatur: igitur de hoc tantum verba illa intelligi possunt, quæ tempore mortis Fabij ob currentiam successionis cōtingere potuisset, nam alia nulla excogitari potest: igitur, vt illa assensus verba operentur, & non sint frustratoria, & quia per accesse de ea deuolutione sensit assentiens, oportuit etiam tempore mortis Fabij successorem extitisse, verba enim assensus ita 18 sequēda, sicut canis sectatur vestigia Leporis Camer. cap. Imperiali, 12. liter. P. que ubi locum haberent, assensus procedet idem Camer. car. 44. lit. V. vnde cum Alexander, qui legitimus Fabio successor singitur, ei*

præmortuus fuerit, erit omnino assensus resolutus, & ita nec tempore mortis exticet successor.

Nihil autem prædictis receptio adohæ opitulatur.

Primò, fuit facta anno 1604. & 1605. quo tempore viuebant Fabius, & Alexander, ita ut non poterat de deuolutione tractari; quia omnino Fabius possedisset, & potuit transferre commoditatem, vel genutam feudi durante vita.

Sed non fuit recepta à persona, quæ circa hoc potuit Principi Bisigniani tunc sub curatore præjudicare, quia à substituto exactoris, qui si-  
cet non potuisset in præjudicium Principis assentiri expressè, ita nec tacite.

Tereid, adoha censetur recepta prout vigore assensus, quia ex hoc inuestitura debetur, itaq; si assensus est conditionalis, erit etiam omnis actus inde securus, & sic præstatio seruitij.

Ex quibus patet, assensum datum alienationi huius feudi de Marchetto, quando à Fabio Castellano transiit in Marium Capanum, nihil operari ex defectu legitimi successoris, tam tempore mortis Fabij, quam alienationis, & proinde nunc iure reintegrationis tanquam resoluta conditione, licite per Baronem Tricarici retineri, quem à petitis per Capatum spero absoluendum.

Laus Deo, & B. M. V.

Io. Camillus Cacacius V.I.D.



oooooooooooooooooooooooo

Allegationes contrariæ præfa-  
ti Domini Anelli Amati prò  
dicto Berardino Capano con-  
tra dictum Baronem Trica-  
rici:

### SVMMARIA.

- 1 Feudum planum, & de tabula, quod propriè dicatur, & quod impropriè: Andreas de Isern. iuris feud. Evangelista.
- 2 Feudum dicitur propriè ex sententia Isern quando Castrum, vel aliud cum Vassallis datur.
- 3 Feudum dicitur propriè ex sententia Isern quando Castrum, vel aliud cum Vassallis datur.
- 4 Item & quod vassalus personale prestat servitium.
- 5 Feudum dicitur impropriè quando rea lis præstatio fit sub num. 4. Item dicitur potius Empiteusis sub eod. num. 6. & 12. & sequentibus etiam siuramentum fidelitas interueniat sub nu. 21.
- 6 Castrum, prò quo non prestatur fidelitas, translat ad foeminas, ad mu-  
sum, ad surdum, & num. 6. & 7. &  
ad extraneos, n. 7. 12. ad Ecclesiam  
nu. 16. & Clericum n. 29.
- 7 Feudarius prestat servitium perso-  
nale, sed empiteusis præstatur reale.
- 8 Feudum cobaret persona, & seruitio personali naturaliter.
- 9 Seruitium est de natura feudi, non autem de substantia.
- 10 Concessio ex quibus arguatur feuda-  
lis, vel censualis? examinantur opinione Doctorum, de hac re dis-  
seruentum num. 12.
- 11 Partia concessionis non autem nomi-  
natio partis facit concessionem feu-  
dalem.
- 12 Iacobus Menochius conf. 65. nu. 4.  
vol. primo arguitur.
- 13 Leges, & consuetudines feudales de  
feudi successione loquentes, non com-  
prehendunt.

# DE IVRE ADOHÆ QUÆST. VII. 55

1. prebendunt feuda impropria, & conditionata, ex quibus aliquid annuum, vel pecunia præstatur, & nū. 17. sedius Romanorum, & nū. 18. & seqq. ad 29.
19. Leges feudorum excludentes à feudi successione quadam personarum genit., sunt exorbitantes.
20. Regni Sicilie obseruantia circa successionem feudi improprij refertur.
22. Inuestiture prima tenor attendens.
23. Fidelitas in executiuis inuestiture non operatur feudalem concessio- nem.
24. Clauses de stylo parum operantur, maxime ubi substantia actus reputat.
25. Clause heredibus, & successoribus comprehendit non solum heredes feudales, sed etiam allodiales.
26. Feudum improprium in nibilo retinet naturam proprij feudi, & secundum ius Romanorum regulatur reicta aliquorum opinione.
27. Opiniones Andreae de Ifern. Cyni, Bald. & aliorum dicentium, quod feudum improprium quoad nonnulla retinet naturam veri feudi declaratur.
28. Adoba in Regno præbatur loco personalis scrutij de voluntate Domini, & vassalli.
29. Ius commune Romanorum seruatur, cessante iure communi feudorum.
30. Marinus de Caramanico, dicens, quod in successione feudi rusticani, ex quibus debetur aliquid annum, cessat Constitutio Regni, & habet locum ius commune, intelligi debet de iure communi Roman. non autem de iure communi feudorum ex numeris seqq. 31. 35. 36. ad num. 40. ubi aperte adducuntur autoritates.
31. Ascendentes, & Collaterales de iure communi excluduntur à successione feudi.
32. Ius commune Romanorum intelligi- tur in dubio, quando de iure com-
- muni fit mentio, sine duo iura com- ra communia, sine unum ius com- mune vigeat in eodem loco nū. 33. & seqq. 35. & 36.
34. Dominus in defectu ascendentium, & Collateralium succedit ultimo morienti de iure communi, & in defectu uxoris nū. 42.
35. Indistincte loquens est intelligendus indistincte.
36. Opinio Doctoris est intelligenda se- cundum tex., quem allegat.
37. Indefinita negativa est intelligenda generaliter in omnem casum.
38. Omnino, dictio est præcisa, & nullam patitur restrictionem in omnem ca- sum, & dicitur uniuersalis.
39. Autoritati, non autem rationis hodie creditur.
40. Successio in feudis planis, & de ta- bula regulatur secundum ius com- mune Romanorum, non autem feu- dorum, & adducuntur autoritates nū. 51. 42. & reprobantur au- toritates contrarie nū. 55. 56. 57. 58. 59. & sequentibus.
43. Andreas de Ifern. in Constitut. ut de successionibus, verific. In alijs feudis distinguit feuda quaternata ab alijs non quaternatis, ut in quaternatis succedatur ex Constitutione, In alijs autem iure communi Romanorum.
44. Militare feudum non dicitur quando servitium personale non præbatur.
45. Andr. de Ifern. autoritas extollitur adeo, ut tantum queritur, an Andreas dixerit, non autem quare di- xerit ad nū. 46.
47. Andreas de Ifern. dicens in feudo pla- no, & de tabula succedere consan- guineos quantumcumque remotos, intelligi debet de consanguinitate etiā post tertium gradum ad excluden- dam Constitutionem Regni, & etiā post septimum gradum ad excluden- dum gradum ius commune feudo- rum.
48. Andreas de Ifern. non regulauit suc- cectionem feudalium à successione Alodialium.
49. An-

- 49 Andreas de Isern. nunquam fuit lo-  
quutus contrà iura feudalia, sed il-  
la interpretatus fuit.
- 50 Ius cōmune Romanorū sequendū est,  
vbi deficit ius Regni, vel commune  
feudorum in successione feudi n. 53.
- 51 Feuda plana, & de tabula militaria  
non debent omni iure censeri iure  
feudi.
- 52 Affictus non est praeferendus Andreae  
de Isernia.
- 53 Successionis feudalis casus non com-  
pribes in iure feudali remanet sub  
dispositione iuris communis Roma-  
norum.
- 54 Petrus de Monteforte vocans de iure  
communi consanguineos quantum-  
unque rematos in successione feudi  
plani, & de tabula, quod tenetur à  
Barone, debet intelligi de iure com-  
muni Romanorum.
- 55 Dottori addenti, & relato per alium,  
non est credendum, quando habemus  
alias additiones eiusdem per cum  
congestas, & n. 56.
- 56 Petrus de Monteforte in additione ad  
Constitutionem; ut de successionibus  
an dixerit, quid in successione feudi  
plani, & de tabula, quod tenetur à  
Barone, seruatur ius commune feu-  
dorum, vel Romanorum declaratur  
à n. 55. & 56.
- 61 Doctores tenentes, quod in feudis pla-  
nis, & de tabula seruetur ius com-  
mune feudorum referuntur, decla-  
rantur, & refelluntur; & n. seqq.
- 62 Affictus in Constitutione, ut de suc-  
cessionibus post n. primum loquitus  
de successione feudi plani, & de ta-  
bula declaratur de quo iure intelle-  
xit, & 64. & 65.
- 63 Afficti Commentarium super Regni  
Constitutionibus appellatur Illu-  
stre.
- 67 Antonius Capyc. in cap. Imperialē fol.  
26. col. p. loquitus de feudo plani,  
& de tabula, quod tenetur à Baro-  
ne, declaratur an loquatur de illius  
successione.
- 69 Aloysius de Leo in l. leges nu. 27. C.  
de legib. quomodo intelligi debeat de  
successione feudi plani, & de tabula  
declaratur.
- 70 Marinus Frecc. de differentijs feud.  
quatern. & planis, & de tabula n. 4.  
27. & 28. declaratur.
- 71 Franciscus de Ponte. de posest. Pro reg.  
tit. de assens. Reg. 9. 2. nu. 15. & 16.  
loquens de feudo plano, & de tabu-  
la declaratur.
- 72 Item declaratur Ioseph. Cum. in Rub.  
de successionibus feudi. n. 72.
- 73 Nicolaus Intrigl. de feud. p. 7. q. 45.  
nu. 50. declaratur.  
Item Ioannes Andr. de Georg. in re-  
petit. feud. cap. 9 n. 8. declaratur.
- 75 Item declaratur Cesar Vrsill. ad Af-  
fict. decis. 2 18.  
Hyeronymus de Rossi item refellitur,  
& declaratur sub eod. nu.

**A**gitur de successione subfeu-  
di inhabitati nuncupati Mar-  
chetto, pro quo Baroni Tri-  
carici, à quo recognoscitur  
soluitur annua pecunaria unifor-  
mis præstatio; Quæritur in illius  
successione, an ius commune feu-  
dorum, vt pars contendit, an au-  
tem ius commune Romanorum, vt  
D. Berardinus Capanus afferit, sic  
attendendum.

1. Tota huius cōsultationis vis in eo  
versatur, nū subfeudū, de quo agi-  
mus verè feudum dici possit, ita ut  
in eo omnes leges feudales locum  
habeant; An vero impropriè, &  
abusivè feudum dicatur, itaut po-  
gius burgenſatricorū, seu emphiteu-  
ticorū bonorum retineat natu-  
ram, vt in eis ius commune Ro-  
manorum seruandum sit.

2. Pro cuius articuli resolutione cō-  
clusiū loquendo, antequā ad ex-  
teros p̄grediar, ab Andrea Isernien-  
se iuris feudorū Euangelista initiū  
sumam, is enim in cap. 1. col. pen. in  
prin. Quis dicitur dux, ita formaliter

- 3 ter scribit. Propriè ergò est feudū, quando terra datur puta Castrum, vel aliud habens vassallos. Hacten-  
nus ad rem ille; subfeudum itaque  
vassallos non habens.
- 4 Itē ad hoc ut propriè feudū dicatur, requiritur etiam quod teneatur  
vassalus ad personale seruitium, alioquin nō erit propriè feudum, si  
realis aliqua præstatio fiat, ita Cyn.  
in auct. ingressi col. fin. nu. 13. C. de sa-  
crof. eccl. inquiens eo calo succe-  
dere ecclesiam, quod est contra na-  
turam feudi cap. qui clericus si de-  
feud. fuer. controu. sequitur Bald. in l.  
liberti libertaq; num 36. vers. Item  
nota, quod si instrumentum C. de oper.  
libert. inquiens esse magis contra-  
etum emphiteuticū, nec cēseri iure  
feudatarij, idem Bald. in cap. fin.  
ante nu. 2. ibi, idem in feudis de caus.  
poss. & propriet. inquiens Castrum,  
5 pro quo non fidelitas præstatur  
(sub qua seruitiū personale conti-  
netur) sed aliquid annūū, non pro-  
bari feudum, ideoq; trāsire in quē-  
libet hæredem etiā ad fēminas, vbi  
quod ita in quæstione facti respon-  
dit idem Bald. in tit. de pace cōstant.  
6 in vers. libellarie in fin. inquit in-  
feudis ecclesiarum Lombardie, pro  
quibus non præstatur seruitium,  
sed census pecuniarius, succedere  
mutum, & surdum à nativitate, &  
quemlibet hæredem, & in c. si cau-  
tio in fi. de fid. instrum. Aret in l. Gal-  
lus. S. etiam si parente num. 56. vers.  
nam hic videtur, ff. de lib. & posth.  
Rimin sen. conf. 305. nu. 24. & infr.  
vol. 2. Alex. in l. vtrū nu. 5. ff. de verb.  
oblig. inquiens Cyn. dictum esse  
singularissimum, sequitur Aff. in  
Conf. Constitutionem aiua memoria  
n. 64. ver. item & tertio, et decis. 129.  
in 1. quest. latè probat, Alex. conf.  
136. num. 3 & 4. vol. 1. inferens ex  
7 prædictis posse succedere hæredem  
extraneum, & alios, qui à feudi suc-  
cessione repelluntur, cum non sit

verè feudum, sed potius res emphite-  
teotica, vel censualis Dec. cons. 138.  
nu. 7. & in l. vni. num. 13. vers. secus  
autem. C. unde vir. Iaf. in prælud.  
nu. 8. cum seq. & nu. 62. cons. 155. col.  
pen. vers. 5. facit, & conf. 156. nu. 2.  
vol. 2. Curt. Iun. in tract. feud. part. 1.  
in 6. q. n. 15. Capy. decis. 103. n. 3. Fri-  
der. Schen. in cap. 1. §. in primis, col. 2.  
vers. Quare si diploma, inquiens &  
mutum, & surdum, etiā à natura, &  
quēlibet hæredē ad talium succe-  
sionem admittendum fore, latè  
probat Socci. sen. conf. 257. col. 3. et 4.  
& per totum vol. 2. cum Bald. etiam  
Capy. in inuest. in verb. feudorum ac-  
quisitio fol. 18. col. 5. in princ., & in c.  
imperiale. fol. 26. vers. tertia conc.  
Guer. Pisonus, in prælud. feud. sub rub.  
seruitia certa, quae dicantur. col. 2.  
vers. sed an pro feudo, fol. mihi 199.  
Claud. Scyfell. de feud. sub rub. de dif-  
finitione, & inuentione feudi, fol. 49.  
vers. iuxta præmissa, Paris. conf. 4.  
num. 12. & conf. 12. nu. 21. vol. 1 Ce-  
phal. conf. 1 num. 24. vol. 1 & conf.  
152. nu. 20. vol. 2. Burfat. conf. 85.  
num. 2. vol. 1. & conf. 150. nu. 4. &  
59. vol. 2. & in hoc præcipue emphite-  
teotam à feudatario differre inquit  
Borcholt. de feud. cap. 3. nu. 44. vers.  
4. emphit. vt ille præstationem rea-  
lem soluat, iste seruitium persona-  
le exhibeat & cap. 4. num. 33. quod  
procedit etiam si vtatur concedens  
verbo inuestimus, pro recipiente, &  
descendentibus ex corpore, Iac. de  
Aiell. Reg. Cam. Praefid. in tract. de  
adoha, & releu. num 68.

9 Ratio autem præmissæ conclu-  
sionis patēs est, nam feudum magis  
coheret personæ, quam patrimo-  
nio, & causa feudi iudicata est in per-  
sona scilicet in seruitio personali,  
ita Bal. in auct. si quas ruinas, num.  
5. circa med. vers. 5. probatur, ibi,  
licet feudum, C. de sacrof. eccl. , &  
alijs cōprobat, Iaf. in prælud. feud.  
nu. 8. & Aff. ibi nu. 35. in sup. inest.

.n. feudo seruitium, etiam si non exprimatur, ut cumulat Schrad. par.

10. 6. num. 4. Licet .n. seruitium ( ex veriori, & receptioni opinione) non sit de substantia feudi, est tamen de ipsis natura, à qua dum receditur, desinit esse propriè feudū, cum à propria natura degeneret, Curt. d. par. 1. q. 6. n. 28. Schrad. d. par. 2. cap. 4. nu. 60. Ioann. Borcholt. de feud. cap. 1. num. 29. in fin. Guerinus Pisonius in prelud. feud. sub rubr. seruitia certa, quæ dicantur in fin. vers. mibi placet.

11. Et licet maxima sit inter scribentes contentio, an contractus iste sit verè censendus emphiteuticus, an censualis, an autem feudaliss? vt ex præcitatibus doctoribus constat. præcipue Seysell. tit. de diffin. feud. vers. iuxta præmissa, & reassumit Menoch. d. conf. 65. nu. 1. & infra vol. 1, maximè vbi expressum dicitur, quod conceditur in feudum, vt eo casu à verbis contractus non sit recendum, vt aliqui putant. l. fideiussores magistratum. §. 1. de fideiuss. l. 1. S. si is, qui nauem, ff. de exerc. act. cum simil.

12. Attamen casus, de quo agimus extra omnem dubitationem, ac doctorum controversiam positus est, cum, quavis attenta opinione, pro DD. de Capano iudicandum sit, Etenim siue primam, siue secundam opinionem per Menoch. relatam firmemus, clarum est in re emphiteutica, vel censuali omnes extraneos hæredes ad successionem admitti, nec leges feudorum posse ad hæc bona applicari, vt per Bar. in l. ut iurisurandi, §. si liberi, num. 4. ff. de oper. libert. post Iacob. de Beluis. in c. 1. an agnat. qui hoc sibi sentit, col. 3. vers. de iure communi, & cum Bart. communè asserit, Couar. var. resol. lib. 2. cap. 18. vers. 5. conclusio, quod apud præcitos Doctores, & alibi, vt indubiatum supponitur.

Si verò tertiam opinionem sequamur, vt feudalis res censenda sit, vbi in specie dictum fuit rem in feudum concedi, adhuc clientis causa, dupli ratione, in tuto est.

Primo, ipsorum opinio communis opinioni repugnat, cum Bal. locis superius relatis expressum loquatur quando res in feudum specialibus verbis concessa est, & tam non rem fendalem, sed emphiteuticam, vel censualem appellat, vt per eum in d. l. liberti libertaque in d. c. fin. de causa poss. & propriè in d. s. libellarij, & in c. si causio in fin. Ias. in prelud. num. 8. & d. conf. 155. & 156. vol. 2. Rimini sen. d. conf. 305. num. 24. & infra, & alij superius citati fere omnes, & si forte aliquis non explicet, adhuc idem eos affirmare dicendū est, cum mouentur ex doct. Bald. secundum quam intelligendi sunt ex Bart. in l. non solum §. si liberannis. ff. de liber leg. in l. cum quidam circa med. ff. de his, quibus, ut indign.

Nec ipsorum ratio quicquam vallet, dum asserunt expræssim in feudum rem fuisse concessam, nam imd 73 partium nominatio nihil ponit in esse, nec ipsorum assertioni est standum in his, quæ iure disposita sunt, sed attendenda est rei natura in contractum deducere, & pactiones in eo apposita cuinam contractui magis adaptetur l. si uno vers. sed & si verbo ff. locati. l. insulam ff. praescript. verb. l. ubi ita donatur ff. de donat. cauf. mort. Bal. in rub. C. de iur. emph. in ff. verba. n. magis deseruiūt naturæ contractus, quam natura verbis, idem Bald. in l. 2. n. 2. in ff. C. commod. in l. gde. post nu. 7. & in l. licet in 5. quest. C. locat. Deci. conf. 159. num. 2. 163. nu. 3. 189. col. 3. vers. 6. hoc idem 304. nu. 2. 682. num. 11. Tiraq. in l. retr. §. 32. glo. vni. num. 34. Menoc. de presump. lib. 3. cap. 105. num. 10. & in casu de quo agimus, expræssim post alios tradit Seysell. loc. præcit. ver.

ver. sed aduertendum, & alij, & Bald. in propria materia cons. 291. ad cūdētiam p̄mittendum est, post nu. 6. vol. 2. in nou. inquit realitatem potius inspiciendam, quām nuda rerum vocabula.

14 Ex quibus constat oscitanter loquutum Menoch. d. cons. 65. nu. 4. dum paucis Doctoribus relatis, ac re penitus in discussa, inquit opinionem hanc scilicet quōd sit feudum, esse veriorem, & receptionem, nam imò contraria verior, & reception ex p̄missis appareat, nisi ipsum intelligamus de feudo impropriè, & abusiuē sumpto.

15 Secūdo principaliter cessat difficultas, & eorum auctoritas, qui in contrarium citantur, nam imò & ipsi p̄ nobis faciunt, cum fateantur omnes nō esse propriè feudum, sed conditionatum, seu impropriū, ex quo inferunt, leges seu consuetudines feudales, quæ certas tātum personas ad feudi successiōnem vocant, non habere locum in his feudis improprijs, seu conditionatis, pro quibus pecunia, vel aliud annum p̄statur, sed succedere omnes tam masculos, quam fœminas, tam clericum, quam laicum; & mutum, & surdum à natuitate, & pariter etiam extraneos hæredes, alioquin à feudi successione exclusos, & præter Bald. & alios, qui veluti ad rei burgenfaticę successionem p̄dictos admittunt, adhuc idem affirmant ij, qui hoc feudum esse dicunt, ita expr̄ssim

16 firmat Cyn. in d. auth. ingressi inquiens ecclesiam succedere, cum non sit proprie feudum, quē huius opinionis antesignanum citat Menoch. d. cons. 65. num. 4. Ceph. cons. 1. num. 23. idem firmat Socc. d. cons. 257. col. 3. & per tot. p̄cipue col. 4.

17 ver. aliquando, & 2. vol. 2. respondens feudorum iuribus, quibus successio limitatur, vt ad feuda propria

restringaneur, in alijs autem impro-  
prijs illarum dispositio ceslet, & ad ius primeuum commune Romano-  
rum reuertamur cap. 1. de feud. cogn.  
ita Socc. d. cons. 257. col. 3. vers. igitur  
iura id pluribus probans, Primò  
19 quia iura feudalia excludentia per-  
sonas priùs ad successionem voca-  
tas, sunt exorbitantia, ideoque ad casum verum, & proprium sunt re-  
stringenda, non autem in feudo im-  
proprio l. si vero. 9. de viro ff. sol.  
matr. l. si extraneus ff. de cond. caus.  
dat. sunt enim verba propriè, & stri-  
ctè intelligenda in contractu feu-  
dali, vt probat idem Socc. cons. 165.  
nu. 8. in princ. vol. 2. Item iura prohi-  
bentia successionem feudi etiam in  
gradu à lege communi compræhen-  
so, debent intelligi in feudo simpli-  
citer, & non secundum quid l. hoc  
legatum ff. de leg. 3. & l. Quinstus, ff.  
de auro, & arg. leg. Subdit, & tertio  
quōd cum feudum mixturam ha-  
beat cum alio contractu, lex corre-  
ctoria loquens in casu simplici, non  
trahitur ad casum mixtum l. si ita  
scriptum cum ibi not. ff. de lib. et postb.  
l. vim passam 39. S. præscriptione ff. de  
adult. not. in l. 2. ff. de verb. oblig. Ad-  
do quartò q̄ hæc interpretatio redu-  
cit nos ad ius commune primuū,  
ideoque faciliū admittenda erit,  
cum hoc sit fauorabile Glos. in c. Sta-  
tutum in ver. numerandū de præben.  
in 6. l. si vñs S. pæctus ne peteret ff. de  
pæct. ibiq; Ias. num. 6. & Rim. Iun. n.  
41. & propriè in materia interpreta-  
tionis nostraruū Cōstit. Regn. arguit  
Paris. cons. 2 1. nu. 20. volum. r.

Et cum Soccin. resoluunt etiam Cephal. cons. 1. num. 23. & seq. vol. 1.  
& consil. 151. num. 37. & infra vol.  
2. Ruin. cons. 18. num. 17. infin. vol. 1.  
cons. 24. post num. 7. cod. vol. post Al-  
uar. in c. 1. S. quin etiam num. 2. vers.  
Et intellige p̄dicta in tit. Episcopum  
vel Abb. ubi etiam Bald. num. 1. circa  
med. citantes Iacob. de Beluis. in fin.  
dict.

20 dicit. & ita in Regno Siciliae serua  
tum vidisse testatur, *Paris. conf. 12.*  
*n. 29. vers. nā ut dicit vol. I. Schrad.*  
*de feud. tom. I. par. 2. cap. 4. n. 66. post*  
*Curt. Iun. de feud. I. par. q. 6. n. 32.*

21 Et procedunt præmissa etiam si  
huic feudo fuerit fidelitatis iura-  
mentum adiectum, ut probat *Socc.*  
*d. conf. 257. & post eum Paris. conf. 4.*  
*nu. 20. vers. nec obstat si dicatur vol.*  
I. & *d. conf. 12. nu. 29. vbi contra-*  
*rium hoc resoluūt, & Cephal. d. conf.*  
I. *nu. 27. post Ruin. conf. 18. num. 17.*  
*Bursat. post alios d. conf. 84. nu. 26. &*  
*seq.*

Quod multò magis procedit in  
casu nostro, vbi originaria inuesti-  
tura (cui est standum) non exhibe-  
tur, & quamuis de fidelitate men-  
tio fiat in confirmatione Inuestitu-  
ræ anni.

22 Attamen non probat, cum pri-  
mæ inuestituræ tenor sit attenden-  
dus ex *Bald. in l. vnic. C. quando non*  
*petens. part. post num. 31. Deci. conf.*  
*192. num. 4. conf. 262. col. 2. conf. 445.*  
*num 23. & 468. nu. 27. & alibi scrib.*

23 Itē non operatur, quia adiecta ver-  
ba fidelitatis sunt in verbis executi-  
vis assensus, de quæ tantum ageba-  
tus, quo casu verba non attendun-  
tur *Clem. I. in fin. de præbend. Dec.*  
*conf. 304. num. 5. & 6. addit. ad Dec.*  
*conf. 226. in ver. Alexand.*

24 Item sunt clausulæ, quæ de stilo  
apponuntur in omnibus assensibus  
ideoque parum operantur, *Dec. di-  
cto conf. 304. num. 3. circa med. ibi, &*  
*quia talia verba post Ang. conf. 254.*  
*& post num. 4. ex doctr. Bart. in l. I. q.*  
*6. in fin. ff. de iur. codic. Dec. conf. 179.*  
*col. pen. 379. num. 3. 394. post num. 8.*  
*500. num. 12. 521. num. 15. maximè*  
*vbi natura, vel substantia contra-  
etius repugnat, scilicet quod non*  
*præsumatur feudum, vbi fit præsta-  
tio in pecunia, tunc enim constat*  
*verba illa non esse conformia volun-  
tati contrahentium, qui aliud age-*

re voluerunt d. *clem. I.*

25 Præmissa clariū procedunt, vbi  
inuestitura cantat pro recipiente, ha-  
redibus, & successoribus (ut in casu  
præsupponitur) quo casu cum ver-  
bum hæredibus comprehendat om-  
nes descendentes ad proprii feu-  
di successionem vocatos; verbum  
successores (ne ludibrio appositorum  
videatur) comprehendit alios suc-  
cessores, etiam si à successione feu-  
di essent alias repellendi, quod la-  
tè comprobatur *Socc. d. conf. 275. num.*  
5. & *infra vol. 2. cuius rationes cum*  
*videri facile possint non transcribo,*  
*sequitur Menoch. conf. 504. num. 42.*  
*vol. 6. maximè vbi plus habet ex na-*  
*tura allodij, quam feudi, ut probat*  
*Berous conf. 65. num. 78. vol. I. quod*  
*satis ad casum applicatur, vbi non*  
*sumus in feudo habente vassallos,*  
*ut per Andr. quis dicatur Dux, & nullum*  
*præstatur personale seruitium,*  
*ut ex prædictis.*

26 Ex quibus facilè resolui potest,  
quod apud scribentes controversū  
videtur, cum plures afferant feudū  
non habens in aliquo propriā feudi  
naturā ex vi specialis pacti, adhuc  
tamen in ceteris propriā feudi vim  
obtinere, iuxta text. in c. I. de feud.  
non hab. prop. nat. feud. & per Curt.  
Iun. de feud. par. I. q. 6. Alijs verò (&  
fortè magis communiter, ut ex  
præmissis constat) afferentibus feu-  
dum impro prium, ac in aliquibus  
veri feudi naturam non habens, à  
iure communi Romanorum, non  
autem feudorum esse regulandum.

27 Prima, n. opinio procedit in feu-  
do proprio, scilicet habente vassal-  
los secundum *Andr. in d. c. I. quis*  
*dicatur Dux*, in eo enim non potest  
cadere coniectura, quod sit conce-  
sio in emphyteusim, & tunc pactum  
appositorum contra naturam feudi,  
in eo tantum mutat feudi naturam,  
in alijs verò etiam quod ad succes-  
sionem veram feudi naturam reti-  
net,

net, & habent in eo locum omnes leges feudales, Alia verò opinio procedit in feudo, & multò magis in subfeudo non habente vassalos, in quo nullū præstatur personale servitium, & tunc loquuntur Cyn. Bald. & alij, vt præsumatur res in allodium cōcessa, & iura feudalia in eo applicari non possint, in quibus terminis verè Doct. loquuntur, & hanc credo veram distinctionem ex mente omnipiū scribentū decerp̄ta.

28 Nec præmissis obstat, si dicatur, q̄ imò etiā in feudis propriam natu-ram habentibus, fiat præstatio ado-hæ in pecunia, vt in hoc Regno: nam respondetur illud ex voluntate utriusque contingere, scilicet domini, & vassalli, cæterum uno ex eis repugnante, seruitium personale præstandū erit, quod est in obliga-tione, cū aliud pro alio, in uito cre-ditore, præstari non possit, ita tradit Andr. in c. 1. in fin. quis dicatur Dux cir-ca fin. ibiq; add. in ver. nam Dominus.

29 Cessante itaque in hoc feudo communi feudorum iuris disposi-tione, ad ius commune Romanoru-m erit recurrentum, vt ex eo successio reguletur cap. 1. de feud. cogn. & tra-dunt præcīt. doct. dum assentunt suc-cedere clericū, fœminā, mīlē à na-tura, aliosq; etiā extraneos iure feu-dorū à successione exclusos, vt post alios tradit Capb. d. cons. 151. nu. 40.

30 Quod clarius auctoritate emi-nētissimorum Doctorum compro-babitur quiequid conetur D. Ad-versarius, vel subterfugere, vel im-probare, cuius responsionibus bre-uiter, sed plānē, verèq; occurram.

Primo probatur ex glo. Marini de Caramanico in Const. Regn. ut de suc-cess. glo. 1. in princ. vers. cæterum, inquiens in feudis rusticis, vbi de-betur redditus pānis, carniū, pecu-niæ, vel annonæ, cessare constitu-tionem, & ius commune locum ha-bere, scilicet vt descéntentes, ascen-

dentes, ascendentes, & collaterales succedant, quod aliás de iure com-muni succedere possunt ab intesta-to, & in eorum defectu succedit Dominus feudi. Hæc glo. Apertissi-mis itaque verbis concludit ascen-30 dentes, & collaterales vocari, quos tamen constat iure communi feu-dorum esse exclusos cap. 1. in prin. de nat. success. feud. & cap. 1. S. fin autē de bis qui feud. dare poss. cū sumit.

Respondet D. Adersarius intel-ligi de iure communi, scilicet feu-dorum, non autem Romanorum.

Hæc responsio ex pluribus falsa apparet, Primo quia generaliter, & indistinctè dicit succedere ascendē-tes, & collaterales, ideòque genera-liter est intelligenda, etiam si maior ratio sit in uno casu, quā in alio ad sex. in l. 1. S. generaliter ff. de leg. præ-stan. l. 1. S. quod autē ff. de alea lusu, es alea, nec distingui potest, vbi lex indistinctè loquitur l. de pretio ff. publi. in rem act.

32 Secundò appellatione iuris com-munis venit ius Romanorum, S. sed ius quidē inst. de iur. nat. Bart. Veron. in l. nominis, & res S. verbum ex le-gib. n. 13. ff. de verb. sign. Bald. in l. sed & si S. questum n. 5. vers. quaro ulte-rius. ff. si quis caut. Socc. conf. 271. nu. 4. vol. 2. Det. conf. 685. nu. 4. & 7. & conf. 469. num. 12. vers. sed breuiter Mandos ad Roman. conf. 219. in ulti-ma addi. in fin. vers. 3. quia & in pro-pria materia additio ad d. confit. vt de successionib. relata per Gram. ibi num. 32. fol. mihi 98. à terg. Et quā-vis non ignorem plures adesse contradicentes, vbi versamur in statuto particulari alicuius loci, vbi res controuertitur, vt eo casu célea-tur quis ad ius statutarium certi, & proprij loci se referre, vt post alios tradit Ripa in l. heredes mei S. cū ita n. 79. ff. ad Trebell. et alibi scribēt. Atta-33 mē pcedit cōtrariū, vbi ius particu-lare in p̄pria patria viget cōtra ius

cōmune, tūc n. illud dicitur ius cōmune illius loci, vt per Andr. in c. l. in fin. de eo, qui sibi, vel bar. suis.

In casu autem proposito vtrunque ius feudale. s., & Romanum est vniuersale, tunc enim cessat ratio, vt ad proprium particularē ius quis censeatur se referre, cum vtrumque sit generale, ideoque ad ius cōmune Romanorum censemur habita relatio, & ita procedunt prēcitatī Doct. quod est de mente addit. ad Deti. d. conf. 685. in verb. Romanorū.

Item contrarium procedit ex tacita mente disponentis, vt sentit Rip. in d. S. cum autem num. 79. vers. effet enim, & præsumpiō hāc facile tollitur, vt per Craues. confil. 250. post num. 2. quod nedum ex coniecturis, quinimò expressè constat de iure Romano intellectisse, cum etiam ascendentēs, & collaterales generaliter, & indistinctē vocet, quod non iure communi feudorum, sed Romanorum permittitur, vt in Auth. defunctio ad S. C. Tertull.

34 Tertiō, hoc idem ex subsequentibus verbis deducitur, dum inquit glof. & in eorum defectū succedit Dominus feudi, & sic existentia ascendentis, vel collateralis indefinitē excludit Fiscum, prout iure communi Romanorū statutū est, vt not. in l. vnic. ff. & C. unde vir. & uxor.

35 Quartō, hoc idem deducitur ex ead. glof. in d. conf. in verb. in omnibus vers. Alia autem feuda, inquiens, In alijs feudis, quām quaternatis obtainere circa successionem ius commune, videlicet, vt tūc demum sucedat Dominus feudi, cum aliquis non superest de linea descendenti, vel ascendenti, vel collaterali, & quamvis verba sint clara, & generaliter, & indistinctē loquatur, & dum bis per eadem verba ascendentēs, & collaterales admisit, si distinguere voluisset, dixisset vtiq; quod cum, non expresserit, noluisset

censemur!. vnic. S. fin autem ad deficiētis, C. de cad. toll. verba enim geminata non recipiunt restrictionem de habilitate, vt post alios probat Bellon. conf. 8. num. 11. & 12.

36 Quintō, idem clarissimus deducitur ex tex. per glof. allegat. secūdum quē eius opinio intelligi debet ex doctr. Bart. in d. l. non solum S. si liberationis ff. de liber. leg. allegat enim tex. in cōstit. si quando coningerit sub rubr. de homin. Baronum, vbi postquam descendentes, ascendentēs, & collaterales vocasset ad huius feudi suc cessionem, excluso Barone, (vt etiā glof. inquit) subdit Constat. Quod si at. prædictis nullus omnino Super fit, & sic non contentus Imperator Federicus indefinita indistincta, & generali vocatione coniunctorum, ad Domini exclusionem, subdit, quod si nullus, quæ sunt verba vniuersalia, & si in vno falsa reddantur, in omnibus vitiatur dispositio l. si is qui i 1. S. vtrum ff. de reb. dub. Natt. conf. 624. num. 3. vol. 4. Rimini. Iun. conf. 481. n. 8. & 9. vol. 5. Imò indefi-

nitia negatiua generaliter est intel ligenda in omnem casum, glof. in l. hoc genus in fin. ff. de condit. & demonstr. Dec. conf. 617. Adeò plenē n. 4. Et deinde subdit, omnino, quæ dictio est præcisa nullā recipiens restri ctionem, glof. 1. in l. si possessor. ff. de petit. bāred. & comprehendit omnē casum Bart. in l. si cum exceptione S. quatenus nu. 1. ff. quod met. Ruini. conf. 150. n. 1. vers. Es primo quia, vol. 2. in quiens esse præcisam, & vniuersalē, & significare indistinctē, & totaliter Rimini. Iun. conf. 5. nu. 89. vol. 1. conf. 652. n. 26. n. 6. & 655. n. 33. eadē vol. & alibi, quod in casu nostro clarissimus procedit vbi adeō dictio geminata scilicet nullus, omnino, ad not. in l. Balista ff. ad Trebell. in l. cum scimus, C. de agric. & censit. lib. 11.

39 Præmissa adeō clara sunt, vt ultius immorari superuacuū videatur, ne

- ne solem facibus videar adiuuare; Cæterum cum ad eam deuenierimus temporum fecem, ut viuis rationibus ab aliquibus non credatur, nisi etiam particulari Doctorum auctoritate confirmetur, ut inquit Curt. Iun. cons. 96. post nū. 5. Adduco 40 addentes ad Andr. in c. 1. post nū. 14. in verb. Item, & in burgensatis in fin. de nat. success. feud. Et adduxit hoc simile de burgensaticis, quia glos. in Constit. ut de successione in ver. in omnibus dicit, in hoc Regio in feudis planis, & de tabula Ieruarij ius commune (subdit) videlicet ius commune Romano-rum, non ius commune feudorum hactenus illi. Specificè declarantes glos. illam dum se refert ad ius commune, esse de iure Romano intelligentiam, non autem feudorum, & loquitur indistinctè in omnibus feudis, quæ non sunt quaternata.
- 41 Idemque explicat idem Glossator in d. Constit. si quando in verb. nullus omnino in fin. inquietus, nota ex hac lege fitcum esse ultimum successorem, & tunc succedere cum nullus superest ex descendenti linea, vel ascendentis, vel collateralis, ut hic dicit (& ad tollendam prætentem dubitationem subdit) & concordat iuri Romano C. lib. 10. de bonis vacan. l. vacantia. Si itaque expressè inquit haec successionem in his feudis esse concordem iuri Romano, allegando tex. in d. l. vacantia, ergo non concordat cum iure feudorum, ut pars perperam glossare dextruendo conatur, nec aliud est nisi exponere album, id est nigrum Ideoq; summa cum prudentia D. Aduersaris huic auctoritati nullum accommodauit responsum, cum satiis clarè loquatur.
- 42 Secundò, hæc eadem opinio cōprobatur auctoritate feudorum. Euangelistæ Andr. Isern. qui ubique semper idem firmavit in ead.

confit. ut de success. in princ. ibi, in alijs feudis succedunt consanguinei quantumcunq; remoti dicit glos. infra in S. in omnibus, & iterum infra glos. in verb. in omnibus, & latius idem firmat in c. 1. nu. 14. vers. Constitutio tamen Regni, & infra de natur. succ. feud. in d. constit. si quando in princ. vers. Item innuit glos. vbi etiam vxorem admittit ad Fisci exclusionem.

43 Nec iuuat dicere, quod sit intelligendus Andr. in feudis rusticis, at tenasijs, non autem in feudis planis militari bus, hoc enim nec somniauit Andr. sed tantum distinguit feuda quaternata à planis, scilicet de tabula, ut in illis Constit. vigeat, in istis autem, quæ ab alijs tenentur, detur successio quocunq; gradu sive successores remoti, & sic loquitur in omnibus feudijs non quaternatis, quæ ab alijs feudatarijs tenentur, ut detur in eis successio in infinitu. Item hæc distinctio subfeudi rusticis à militari iure non probatur, ut inferius dicā, ideoq; erubescimus cum sine lege loquimur S. consideremus aut. de trient. et sem. l. illa C. de collat.

44 Item, quod subfeudum, de quo agimus, sit militare, non video quomodo fundetur, cum nullum præstet seruitiū personale, ut per Andr. in d. c. 1. col. fin. quis dicitur Dux, sed tantum annuam pensionem in pecunia soluat, quo casu non dicitur feendum, nec feudi naturam retinet.

45 Videns D. Aduersarius primam responsionem sublineti non posse, & attenta Andr. opinione eius clientis causam defendi non posse, oblitus Andr. auctoritatis, ac eminentis doctri næ, illum ea contrarieitate notat, & insulte loquitur assertit, & nullius ponderis eius verba esse: cū tamen cōstet tanti ponderis tanti viri verba esse, ut plurimum insudarint peritiiores Feudistæ in eius uerbis explicandis, & signanter.

super illis verbis, per eum positiis in c. i. S. & s. libellum num. 5. in fin. de alien. feud. pat. cetera pacta non, vti constat ex Loffred. consil. 3. & 9. Cannet. fol. 161. Camer. fol. 31. col. 1. lit. A. & Consil. Ann. consil. 41. & Hart. Pift. in tom. 2. 1. par. q. 1 post nu. 82. inquit Andr. verba à Sigism. Loffr. Camer. et reliquis exactissimè obseruari, atque examinari, et alibi sapd scribentes, Tati autem viri auctoritatem omnibus vbiique locorum cognitam extolle-  
re superuacuum est l. 1. in fin. ff de dot. præl. vnum tantum dicam, quod Camer. asserit in eius sollemini, & famigerato dialogo inter ipsum, & Eiscum post Cannetij opus impresso fol. 370. col. 1. in fin. quod quemadmodum D. Thomas inquit plus credendum Mariæ veraci, quam turbæ Iudæorum fallaci, ita plus Andreæ fides præstanda, quem veluti Euangelistam in Regno sequimur, quam cæteris omnibus, ei aduersantibus cuius meminit Hart. d. q. 1. nu. 82. & vt unico verbo concludam tanta est huius viri auctoritas in Regno, ut  
46 tantum queramus an ille dixerit, nec querendum sit, quarè dixerit Camer. in c. Imperiale fol. 68. col. 4. in fin. & Conf. de Georg. in repet. feud. cap. 9. num. 26. qui idem de glos. constit. testantur.

Sed ne tanti viri auctoritas (quæ tamen ex se ipsa defenditur) indefensa remaneat, friuolis oppositionibus breuitè occurrat.

47 Primo, nō obstat quod dicitur Andreæ sibi ipsi eodem in loco aduersari, dum primò inquit consanguineos quantumcunque remotos succedere, subdens, vnde in tali feudo sicut est in burgensaticis, sic erit successio, & sic se restringit ad decimū gradum: non possum non admirari de tali oppositione, cum verba illa quantumcunq; remotos posuerit Andr. ad excludendam constitutianem, quæ ad tertium gradum tantum admitt-

tit, & ius commune feudorum, quod ad septimum limitat, vt etiam ultra hos gradus consanguineus admittatur quantumcunque remotus, ad instar burgensaticorum, & sic verba illa vniuersalia ad habiles tantum successores in burgensaticis intelligenda, prout se ipsum explicat, Glos. in l. 1. in fin ff. de eo, quod certo loco l. qui autem S. fin. ubi glos. in verb. quibuscunque ff. de constit. pec. l. ut gradatim S. 1. ff. de muner. & honor. Andr. quibus modis feud. amitt. num. 14. in fin. in c. 1. num. 2. de contr. feud. apud par. term. & alibi; alioquin esset dicendum Andream institutionum iura ignorasse; scilicet tex. in S. fin. de success. cogn. res quidem risu digna, & adhuc constat tex. illum citasse in c. 1. nu. 2 1. in 1. rubr. feud.

48 Nec secundo obstat quod obijcitur Andream à successione allodialium regulasse successionem feudaliū, quam tamen constat diuerso iure centeri, quod est indubitatum. Sed vereor ne D. Aduersarius, vt causa inseruat, finxerit Andream, non intellexisse, cui enim sani capitatis suaderi poterit? Iserniensem, qui in omnibus tam feudorum, quam Constitutionum Cōmentarijs, aliud ferè non egit, nisi feudorum successiones in methodum redigere, ac juris civilis discrimina, & rationes explicare, & quod in re, quæ lippis patet, & tonsoribus, defecerit, absit, me de tanto viro talia nec somniare: Intelligentus est itaque Andr. (prout verè, & expresse loquitur) in his feudiis improprijs, quæ secundum naturam feudi non regulantur, sed magis allodialibus accedunt, ut ex præmissis constat.

49 Sed adhuc animus non quiescit, cum viderim contrà Andream tam audacter inuehi, vt contra feudales regulas sine lege, & ratione, & contraria communem opinionem hac in re lo-

loquatur. Sed quæso quænam feudalia iura eius opinioni repugnant? quisnam tam liberè ne dicam audacter asserere audebit Iserniensem, qui omnia feudalia iura omnium admiratione, & sequela interpretatus est, & quæ irrationabilia quandoque videbantur ad iuris consonantiam redigit; illius regulas ignorasse, & vt hoc obiter dicam, videatur quesò quæm diuersè loquatur ipse Andr. in *prælud.feud.num.13.* ibi, in alijs nolui autoritati tantorum magnorum (quia nec potui) derogare, malens aliena vetere cunde discere, quæm propria impudenter ingerere, nè itaque tam primum, & execrandum iuditium proferatur, affirmare iuuat Isern. iura feudalia non ignorasse, nec contra illa loquutum, sed interpretatum, vt in *prælud.d.nu.18.* affirmat, & quæ de feudis rigidè loquebantur ad propria feuda, non autem impropria ex veris iuris principijs esse trahenda, & sic nec legi, nec rationi eius dicta pugnare, quinimò utriusque conformari, vt expressissim constat.

50 Ex his etiam rationes aduersus Iserniensem deductæ remanet sublatæ, & sigillatim breuiter teipsondendo, dum ex aduerto dicitur capas feudales secundum iura Regni decidenda, quibus deficientibus ad ius commune feudorum recurrendum ex eodem Andr. in *c.1.de feud.cogn.* sed sciens Andr. vitrumque ius in casu deficere ad ius commune Romanorum configit, iuxta dispositionem eiusdem *tex. in d.cap.1.de feud.cogn.*

51 Secunda ratio corruit, dum dicitur feuda hæc plana, & de tabula militaria pro omni iure feudi cæteri p[ro]ci p[ro]ue ex *Afflct.in d.const.us de successionibus*, nam præterquam aliter sit *Afflct.* intelligendus, vt tuo loco explicabo, Attamen pro nunc di-

cimus hoc esse, de quo disputamus & preferre autoritatem *Afflct.* ipsi Andr. est mærum somnum, & contra omnes doct. qui Andr. prò Evangelista præcipue in feudal[i] materia habuerunt, & ipsius solius auctoritatem esse omnibus alijs anteferendam, vt ex *Camer.* & *Hartb.* diximus. Item negatur hoc subfeudum, pro quo pecunia præstatur, posse militare dici.

53 Nec tertio vrget, quod nulla lege, vel constitutione cautum sit, vt in his feudis succedatur iure Romano, nam etiam ex præmissis resolutione patet, cum enim leges feudales, & constitutiones hunc casum non comprehendant, remanet subdispositione iuris communis Romanorum *d.c.1.de feud.cogn.* illud enim est ius generale, quod vbiique viget, cessante aliqua particulari lege, vt ex *Andr.in prælud.feud.q.2.*

Imo (quod est fortius) expressissima Regni Constitutione hoc sanctum est in *d.Const.* si quando contigerit, ubi glos. & Andr.

54 Tertio principaliter ad hanc fundandam opinionem affertur auctoritas Petri de Monteforte in *d.Const.us de successionib.pag.5.verj.* querendo an patruus inquiens *Constit.* illam locum habere in feudis quaternarioris, quæ tenentur à Rege, vel alijs quæ tenentur sub territorio Baronis, conceduntur tamen per ipsum Regem, subdens, in alijs autem feudis non quaternatis, quæ sub Comite tenentur, dicta *Constitutio*, successiōnem restringens, non vendicat sibi locum, imò in eis remanet ius commune, vt succedant consanguinei quantumcumque remoti.

Quod autem intelligatur de iure communii Romanorum constat cū vocet consanguineos quantumcumque remotos, & ex auctoritatibus per ipsū allegatis, vt superiùs dixi.

55 Scio eiusdem Petri auctoritatem,

ex alijs eiusdem (vt supponitur) verbis pro contraria parte citari ex relatis per Gram. in add. ad d. const. ut de success. pag. n. 8. ibi, & sic huiusmodi.

Sed certè allegatio hæc apocrypha est, & opus non exhibetur talia verba continens, ideoque nullum potest in eis fundamentum fieri nisi exhibeat Dec. cons. 258. col. 3. in principio, & post n. 4. Rimin. Iun. Inst. de donat. in rub. nu. 13. Menoch. de presumpt. lib. 2. presumpt. 71. nu. 42. & cons. 677. nu. 13. L. in testamento in fin. 27. ff. de cond. & dem.

Secundò cum habeamus Petri cōmentarium insertum inter Consit. Regni fol. mibi 251. illi standum erit, non autem transumpto, Bart. in l. Sempronius nu. 3. ff. de leg. 2.

56 Tertio non video vnde colligi possit, quod verba illa, sint Petri de Monfarte, nam Thomas Gram. plures congescit apostillas, cum ipsiusmet, cum aliorum veterum, & recentiorum iuris consultorum, vt ex tit. libri constat, item habemus Petri Apostillas inter Regni Constit. insertas, vbi præfata verba non leguntur, ideoque hoc dictum non erit attendendum, arg. d. l. in testam. 27. in fin. de cond. & dem. Item in apost. ad Consit. postquam dixit Petrus in his feudis succedere consanguineos, quantumcumque remotos, statim ad propositam questionem reddit, num patruus succedat nepoti in feudo quaternato, qua explicata, sequitur eius subscriptio, scilicet Petrus de Monteforte; cum itaque habeamus integrum ipsius commentarium, quod ibi non legitur, ab alijs additum fateri necesse est, probatur enim negativa ex inspectione libri l. Titia textores ubi Bart. ff. de leg. 1. & in l. fin. C. de reb. cred. Itē probatur ex vers. sed Petrus pag. nu. 8. vbi legitur sed Petrus in d. Consit. si quando, quæ verba non possunt

esse ipsius Petri, etiam quia ibidem num. 11. in fin. dicitur sed iux. premisa videatur mibi Petro Piccolo.

Premissa potius ad veritatem indagandam, quam prò causa tute la dixi, nam etsi concederemus verba fuisse nedum Petri, sed (quod plus est) Andreæ, certè nihil ad causam, de qua agimus, inquit enim, sed in planis, & de tabula non quaternatis, quæ tamen propriè feuda sunt, non succedunt aſcendentes; Etenim si probetur ex aduerso rem de qua agimus esse propriè feudū, obtinere debebit, sed cum plenè, planèq; probauerim hoc esse impropriè feendum, etiam quia vassallos non habet ex Andr. in d. cap. 1. in fin. quis datur Dux, clarè sequitur leges feudales, vel Regni Constitutiones, quæ feudorum successionem contra ius commune restringunt in his feudis, quæ magis burgensis, ticas accedunt, locum non habere ex Soc. d. cons. 257. & alijs, successorum enim materia amplianda cum sit favorabilis non coangustanda est Rimin. Iun. cons. 499. n. 63. vol. 5.

57 Accedit 4. auctoritas Luca de Penna in l. 1. n. mibi 50. vers. & hoc credo verius C. de impon. lucr. descri. lib 10. inquiens succedere consanguineos quantumcumq; remotos ex præcitat glo. inquiens esse casum in d. const. si quando S. eiſſe contingit.

58 Quinto ad idē additio (vt assertur) Matthei de Porta relata per Gramm. in odd. ad dictā Constitutionem, ut de successionibus num. 30. inquiens succedi in his feudis sicut in burgensaticis.

59 Sexto, idem firmat post glo. & Andr. Loffred. in parapbr. feud. in d. c. 1. de nat. success. feud. col. 4. fol. 47. in 2. col. in princ. et infra, ibi, vnde in tali feudo plano, & de tabula, vt ego intelligendum puto, erit successio, prout est in burgensaticis, & sic quod alij dicunt succedi secundum

ijs

ius commune , isti explicitant succēdi sicut in burgensaticis , ex quo clarius conuincitur partis explicatio; vt ius commune intelligatur feudorum , nam illud in burgensaticis non viget .

60 Septimò ; idem laciūs firmat *Lipar.* in add. ad *Andr.* in d.c. 1 sub nu. 14. in ver. unde in tali feudo , inquiens *Andr.* clare concludere , quod in tali feudo. piano , & de tabula erit succēsio sicut in burgensaticis , & in fine ita concludendum putat , quod idem affirmat paulò ante in verb. *Item* , & in burgensaticis in fin. cui non modica adhibenda fides , is enim nedium proprijs viribus , sed alienis . quoque laboribus adiutus omnium doctissimorum virorum additiones collegit , suisq; in locis cum alijs ab eo editis reposuit , nouem annorum spatio multis fudoribus , & vigilijs opus verè memorandum complexit ,

61 Superest vt auctoritates ( auctoritate tamen longè inferiores ) ex aduerso allegatas remoueam .

Adducitur itaque primo *Afflīct.* in d. *Conflit.* vt de succēss. post num. 1. vbi postquam firmasset *Conflit.* illā intelligendam in feudis quaternatis , quæ nedium in capite , & immediate tenentur à Rege , sed etiam à Comite , vel Barone , ad collationē tamen Regis , post *Glos.* & *Andr.* Hæc verba subnecit , non autem loquitur de feudis planis , vel de tabula , vel rusticis , vel feudis , quæ dicuntur attenazis , vel feudis quæ omni anno præstant ceterum redditum in pecunia , vel in alia re , quæ tenentur à Comite , vel Barone , & ipsi faciunt inuestituras , nam in istis feudis est succēsio secundum ius commune feudorum , vt firmat hic *glos.* in ver. in omnibus autem Hactenus ille .

Sed hæc *Afflīct.* auctoritas faciliter remouetur , nam cum sequatur

*glos.* & *Andream* , qui expræssim de iure communi Romanorum intellecterunt , si contrarium ipse ( nulla ratione , vel auctoritate adducta ) firmat , remanet eius opinio absque fundamento , quo sublato , etiam eius opinio corruit e. cum *Paulus* 1. q. 1. *Crauet.* pluribus probans *conf.* 91. in fin. & ego *conf.* 93. n. 54. bonus tek. in d. *in testamento in fin. ff. de condit.* & d. *onfrat.*

63 Cæterum nè tanti viri videar auctoritatē contemnere , qui præcipue in Constitutionum commentarijs doctè adeo , copiosè , & ordinate scripsit , vt Illustrium commentariorum nomen ab improbati nominis auctore promovererit , audacter , sed verè dicam verbum illud non feudorum , vt legitur , sed Romanorum esse scribendum quod credo Typographi errore contigilse . Hoc autem pluribus apertissimè probatur .

64 Primo , quia mouetur auctoritate *Glos.* & *Andr.* tam in d. *Conflit.* quā in c. 1. de nat. succēss. feud. quos constat de iure communi Romanorum , non autem feudorum intellectissime , & propterea secundum illorū auctoritatē erit eius opinio intelligenda , vt per *Bar.* in d. S. se liberationis , & in l. cum quidam , ff. de bis quib; vt ind. facit sex. in S. 1. ante fin. auth. de filijs ante dot. instr. nat. ibi oportere ea quæ adiecta sunt per interpretationem in illis valere , in quibus , & interpretationis legibus sit locus , & *Andr.* in eod. c. 1. num. 22. in fin. de nat. succēss. feud.

65 Secundò , ineuitabiliter probatur ex eo , quod sub eodem verborum periodo complectitur *Afflīct.* feuda plana rustica ea , quæ vocantur attenazis , & ea , quæ nullum præstant feudale teruitum , sed eorum redditum in pecunia , vel alia re . Cum itaque respectu feudi rusticis , attenazis , & eius , pro quo annua aliqua præsta-

præstatio soluitur; constet non ius feudorū, sed commune Romanorū attendi, & in eis succedit prout in ceteris burgensaticis, ut D. Adversarius etiam fassus est, Ergo & respectu feudi plani idem erit dicendum, ex reg. l. iam hoc iure ff. de vulg. l. quamvis C. de impub.

Alius autem Afflīct. casus in §. & quia post num. 3. vers. Hodie autem cum sequatur Glos. & Andr. iuxta ipsorum opinionē intelligi debet, vel si aliud diversum, vel contrarium dicit, remanet absque fundamento, ut per Grauet. d. cons. 91. in fine, & supra dixi.

66. Secunda Petri de Manforte auctoritas, necum nobis non aduersatur, quinimò nostram validè probat sententiam, ut supra dixi.

67. Tertia auctoritas Capyc. in c. Imperiali fol. 26. col. 1. non obstat, imò nobiscum firmat, nā in princ. primæ colum. inquit rem cōcessam in feudum sub præstatione anni redditus non esse feudalem, sed habere naturam allodij ex d. Conſtit. si quādo, & Andr. dum itaque polteas subdit in vers. Primum est, quod feuda plana, & de tabula, pro quibus præstatur militare seruitium, iudicantur per omnia iure feudi, hoc sanè intelligi debet in feudo piano existente in territorio Comitis, vel Baronis, cuius collatio ad Regem spectat, illud enim sub propria feudi natura continetur. Ceterum si à Comite conferatur, non dicitur propriè feudum, & confunditur cum alijs feudis rusticis, attenasijs, & alijs, quæ aliquod annum soluant. Ita ferè ad literam declarant, Afflīct. in d. Conſtit. ut de success. num. 1. in princ. & sic istud dictum non aduersatur, & primum prò nobis omnino est.

Præterea loquitur in feudo, pro quo soluitur militare seruitium, quod non est in casu, nec aliquid

circa successionem dicit, de quā nos agimus; & Doctores prò nobis specificè loquuntur.

68. Quartò adducitur Alay. de Leo. in l. leges num. 27. C. de legib. qui Capyc. sequitur, & propterea secundum eum intelligi debet, ut supra dixi, Imò vbi aliquid certum recenseret, in nihil eius prodest auctoritas, cum sit Apostillator, & nihil de suo scribat, apostilla enī sunt ad reminiscendum, non autem ad aliquid determinandum, ideoque nullum potest in eis fieri fundamentum, R. uin. consil. 83. num. 6. vol. 1. Et tandem quanta sit huius auctoritas potissimum contra Marin. de Caram. & Isern. opus ipsum exhibet.

69. Quintò assertur Camer. in c. 1. num. 33. & infra de success. feud. pri- mò responderet loqui in proprio feudo, in quo leges feudales vigēt, secus in feudo, de quo agimus, pro quo sit annua præstatio in pecunia.

Item perfunctoriè loquitur; & nihil dicit de iure communi Romanorum, de quo nos disputamus, sed vt absolutum supponit vigere in eis ll. feudales nihil penitus scribens quoad ius commune Romanorum, quod est contra Marin. & Andr. a quo ipse recedere non solet, ob tanci viri doctrinam, & auctoritatem, ideoque nullum potest fieri fundamentum in opere posthumo, & incompleto, quod satis differt à repet. ab eo, impressa in cap. Imperiali, opinio autem Doctoris perfunctoriè loquentis non erit attendenda, Fulgos. cons. 101. col. 3. vers. namque, Socimi. Iun. consil. 119. num. 30. vol. 1.

70. Sextò adducitur Frecc. de differ. inter feuda quaternata, & plana, num. 4. 27. 28. 29. & 33. vbi firmat in feudis planis succedi secundum ius commune feudorum, sed si rectè perpendatur, apertissimè prò nobis

nobis firmat num. 29. in *ibid.* & nisi in rebus particularibus concessis sub Canone, vel redditu, & non sub onere feudal, ut tunc seruetur ius commune Romanorum. Talis enim est res, de qua agimus.

Præterea in d. *quest.* 21. n. 27. et 28. præsupponit in feudo, de quo ipse agit, viui secundum ius commune feudorum, quo casu nulla est dubitatio; nos autem principaliter contendimus num in feudo, de quo agimus vigeat ius feudorum, an autem ius Romanorum, de quo in d. *quest.* nec verbum quidem, & si forte aliud sentiret, nullum posset in eo fundamentum fieri ex *Fulgo.* *de conf.* 101.

71 Septima auctoritas D. *de Pont.* *de auctb. Pro reg. sit. de assensib. Regis* S. 2. nu. 15. & 16. nihil penitus ad rem facit, cum tam dicat per clausulam quod teneatur in capite à Barone, censeri recessum à dispositione *Constit.* post mortem, & attendi ius commune feudorum. Hoc nihil commune habet cū quaestione de qua agimus, nec aliquid ille tangit, & adhuc posset aliter ex præmissis responderi.

72 Octava Cumia auctoritas in rub. *de success. feud.* nu. 72. loquitur in bonis, quæ sub lege, & natura feudi tenentur a Comite, vel Barone, & sic in his, quæ veri feudi naturam habent, in quibus (nè hoc prætermittam) fallitur, nam loquitur contra *Andr.* & *Afflitz.* in d. *conf.* ut de successionib. nu. 1. ubi quod habet locum *Constitutio*, non autem ius commune feudorum; sed in rebus concessis ad certum redditum, expressè firmat attendi ius commune Romanorum, ut subdit ibi nu. 74. sequendo *glos.* & *Petr. de Monforte.*

73 Intrigl. in 1. part. q. 45. num. 50. dū expressim loquitur in feudis, intelligēdus sanè erit in veris feudis, verā feudi naturam habentibus, ut

supra dixi, secus in ijs, quæ verè feuda dici non possunt, quia vassalos non habent, & recognoscunt Dominum in annua pecuniaria præstatione, quod ut omnino clarescat videatur quæso *Afflitz.* (quo ipse inter alios mouetur) in *Conf.* *Constitutionem diuia memoria* nu. 64 in fin. & 65. ubi in specie limitat in feudis propriam naturam habentibus, secus in ijs, quæ annum aliquod soluunt, ut per eum.

74 Regius *Conſiliarius de Georgio* non meruit in proposito allegari in *repet. feud.* c. 9. n. 8. dū inquit ius *Conſtit.* Ut de successionib. vigere in feudis quaternatis, in alijs autem non immutasse ius commune feudorum, quod sane intelligitur in eo, quod ius feudorum disponit, ceterum in casu per ius feudorum omisso quodnam ius seruandum sit, nihil dicit, & sic nihil penitus ad causam facit, & ita etiam loquitur ibi nu. 12. & num. 18. inquit *Constitutionem reliquise ius feudorum incorrectum*, ergo ius commune feudorum excludit patrum à successione horum subfeudorum, negatur consequentia.

75 *Vrsill.* verò ad *Afflitz.* addi debet alijs, prò nobis superius citatis, nam in loco per partem allegato, tamè dicit in his feudis non habet locum *Constitutio Regni*, quod fateor, sed nihil pro parte, sed statim prò nobis subdit imò plus, quod feudalia transeant ad quoscunque hæredes etiam extraneos, & sic expressè prò nobis firmar.

76 Tandem *Hieronymus de Rosis Adūcatus Aquilanus* (quisquis is sit) in *conf. post decis. Viuÿ* 225. impresso, loquitur ex proprio marte, & contra omnes Doctores, & D. *Aduersarius* met illum improbat. Et quatenus ex aduerso ponderatur, quod tacitè innuit iura Roma.

Romanorum in eis locum non habere, fateor, sed pariter sentit non habere locum ius commune feudorum, quod parti palam aduersatur. Ex quo colligi potest, quam mendicatè auctoritates D. Adversarius peruestigauerit, ut incognitum doctorem contrà *Andream*, & communem omnium scribentium obloquentem per tacitum subauditum intellectum induxerit, quod argumentum nec à gloriolumere licet secundum *Alex. in l. 1. n. 28. vers. non multum ff. de leg. i.* & alibi & adhuc contra ipsum eodem modo facilè inducitur ut dixi.

Ex quibus constat opinionē pro Domino Capano legibus, rationibus, & auctoritatibus eminētissimorum Iurisconsultōrum, principiū feudalem materiam callentium compbatam; ea vero, quæ ratione, vel auctoritate ex aduersario fundantur facilè resolvi, & si qui aliquid dicunt contrà *Iserniensem*, quem vult Euangelistam sequimur, non esse audiendos; Quæ tamen inter Iudiciarios tumultus furtius horis scripsi, Doceissimorum DD. Iudicantium correctioni lubens subijcio.

His tamen licet eruditè, & sapiēter allegatis non obstantibus, fuit decussum contrà Berardinum Capanum in fauorem Baronis Tricarici, prò ut refert in sua aurea, ac Perillustri decisione *Reg. Rouitus decis. 42. n. 32.* de quo D. Scipione Rouito consultiū puto de eius meritis silentio pertransire, quam non affatim, & sufficienter dicere, quæ *decisio est ut sequitur*; Die Lunæ 25. Maij 1626. q[uod] fuerat addicta à D. Prorege pro huius causæ expeditione, verba autē decisionis sunt v3. Cōgregatis Domino Fælice de lañuario pro Præsidente, D. Mattheo Patigno, me Scipione Rouito Commissario, D. P. Antonio Carauita, D. Gregorio Angulo, Domino D.

Fráncisco de Ocampo, Domino Andrea de Iañuario, Domino Iosepho Brandolino, Domino Scipione Theodoro, de quibus Dominus Patignus Ego, D. de Angulo, D. Brandolinus, & Dominus Theodorus eramus. Iudices ordinarij eiusdem Aulæ, Reliqui vero adiuncti dati de ordine Domini Proregis scū Collateralis Cōsilij ad instātiā Actoris.

Discusso articulo ferè per tres horas, fuit conclusum, quod feudū hoc lo Marchetto esset feudum plānū, & de tabula, quod recognoscitur à Curia Baronali Tricarici in capite sub onere fidelitatis, & militaris seruitij, scū adohæ, & proinde in eo successionem regulandam esse secundum consuetudines feudales, seu de iure communi feudorum, & non Romanorum, & per consequēs in hoc feudo novo acquisito per Ioannem Antonium Castellanum, cui legitimè successit Fabius filius per mortem Fabii sine descendentiis non potuisse succedere Alexandrū eius patrum iuxta tex. rotundum in cap. primo §. bis deficiētibus de duobus fratribus, & grad. succed. in feud. & in cap. primo §. primo ver. cum Conradus, de his, qui feud. dar. poss. & proinde assensum impetratum à Curia Baronali sub assertione quod Fabius haberet successorem Alexandrum eius patrum fuissè subrepticiè impetratum, sed per mortem D. Fabii absq[ue] legitimis successoribus feudum fuisse legitimè devolutum ad Curiam Baronalem, & sic ad directum Dominum.

Et ex prædictis fuit absolutus Baro Tricarici conuentus.

Venerunt etiā in manus nostras sequentes allegationes quendam Domini Iulii Cesaris de Kubeis V. I.D. & viri nobilissimi, nec non allegationes cōtrarie Octavii Bābacarii optimi feudistar, quas mihi dedit admodum R. Pater D. Petrus de Rubeis

Rubeis Clericus regularis frater dicit quondam Iulii Cesaris, qui mihi iniunxit o nus defendendi causam prædictam, in quibus allegationibus, quia tractatur de cognoscendo feudo plano, & de tabula simplici, vel secundum quid, & de solutione annua quantitatis, & seruitii, & adohæ, ideo uolui illas ponere.



**Allegationes Iulij Cesaris de Rubeis V. I. D. Aduocati, & viri nobilissimi prò ipsomet Julio Cæsare contra Detium Mirandam, & alios Terræ Octaiani.**

### S V M M A R I A:

Factum ponitur, & prima oppositio.

- 1 *Demanalia concedi non possunt absque Regis assensu.*
- 2 *Affensus est subreptius, si in memoriali subasseratur, rem esse de Demanio.*
- 3 *Demanalia sterilia, ac nemora tantum ad certam partem fructuum concedi possunt, non autem in pecunia.*
- 4 *Demaniale tanquam pars quotitativa feudi quaternati dicitur quaternatum.*
- 5 *Feudum, de quo agitur, est quaternatum secundum quid, & recensentur omnes DD. hoc tenentes.*
- 6 *Verba in affensi ab eo, et sub eo, quomodo interpretantur.*
- 7 *Intellectus ad Isern. in Constitutio- ne, si aliquis Baro.*
- 8 *Verba ab eo, & sub eo, quando sunt necessaria in affensi ad finem quaternandi.*
- 9 *Responsio ad Affici in decif. 282. & alios in contrarium allegatos.*
- 10 *Intellectus duo ad Frecciam ist. de Orig. Baron. n. 53.*
- 11 *Omne Castrum dicitur feudum quaternatum.*
- 12 *Rex assensendo concessioni feudi plani, & de tabula, nihil dat.*
- 13 *Rex assensendo concessioni Demanialium dat.*
- 14 *Regius assensus habet vim inuestitu- ra.*
- 15 *Apud Regem quid remaneat in subfeudo quaternato secundum quid.*
- 16 *Dominus de Ponte concordat opinio- nes, videlicet quando assensus qua- ternat.*
- 17 *Feudum dicitur quaternum ex eo, quod est descriptum in quinterni- nibus.*
- 18 *Quinternionum liber in quo differat à libro Cedularij.*
- 19 *Affensus quare restringatur.*
- 20 *Clausula, per quam dicitur quod regis tristretur, habetur prò apposita, ut solita.*
- 21 *Feudum quaternatum potest consi- stere in possessione.*
- 22 *Feudum rusticum non dicitur, dum soluitur pecunia.*
- 23 *Adoha de feudo quaternato secun- dum quid soluitur Baron.*
- 24 *Quæ spectant ad Regem in feudo prædicto?*
- 25 *Enumerantur nonnulli casus, in quibus affensus non quaternat.*
- 26 *Affensus utriusque, & Regis, & Baroni etiam in alienatione feudi plani, & de tabula non soliti con- cedi requiritur.*
- 27 *Solitum concedi quando dicatur.*
- 28 *Verba apposita in inuestitura, vide- licet seruata forma consuetudinis Octauiani, quomodo intelligantur.*
- 29 *Consuetudo quando non est probata.*
- 30 *Affensus Regis interpositus super tra- sactione non obstat.*
- 31 *Felix concessionarius non fuit com- prebensus in transactione.*
- 32 *In transactione tractabatur de rebus diuersis à feudo, de quo agitur.*

Verba

- 33 Verba indefinita restringuntur ad: res in transactione deductas.
- 34 Consuetudo contraria colligitur ex assensu.
- 35 Assensus Baronis non fuit impetratus in vita.
- 36 Assensus non probatur per assertio- nem factam in contractu.
- 37 Adoha non appareat soluta in vita contrabentium.
- 38 Assensus Baronis, quando solus non sufficit, non presumitur spatio 30. annorum.
- 39 Impugnatur opinio Paridis, & Af- flicti.
- 40 Opinio Regentis Fornary.
- 41 Assensus impetrari non potest facta reuocatione, etiam si dicatur, non obstante reuocatione.
- 42 Venditor tenetur exprimere emptori qualitates facti, non iuris.
- 43 Emptor qui decipitur circa ius, dici- tur in mala fide.
- 44 Hæres presumitur ignorare qualita- tem feudi.
- 45 Relatio ad priuilegia quid operetur.
- 46 Priuilegia peruererunt in posse con- uentorum.
- 47 Prescriptio ex pluribus non obstat.
- 48 Iultus nunquam ratificauit.
- 49 Conuenti tenentur ad restitutionem fructuum.

**Q**uoniam Fabritius Maramal dus Baro Octayani die 20. Aprilis 1549 concessit in feudum quond. Felici de Rubeis Regio Consiliario quodam territoriū modiorū sexaginta de De manio Baroī Octayani, saluo Iure adhoꝝ carl. decē p dicit. Felicem debēdos, quoties in Regno Adhoa generaliter indicetur, cum potestate vendendi in totum, vel in par tem, seruata forma consuetudinis terræ Octayani, saluo Assensu Ba ronis, ac Regis quatenus opus est fol. 23. à tergo.

Super qua concessione fuit im-

petratus per d. Baronem Regius Af sensus registratus in Quinternionibus Regiæ Cameræ sub die 21. Oc tobris 1549. præcedente ordine, quod registretur fol. 24. & 25.

Quod feudum cum suis est alienatum in anno 1578. per quondam Scipionem de Rubeis filium, ac hæ redem d. quondam Felicis, ac ven ditum Felici de Admirato, à quo peruenit mediante persona quond. Saluatoris Marigliani secundi em poris in posse Detij Mirandæ ho die possessoris, absque Baronis, ac Regis Assensu, Iulius Cæsar de Ru beis Actor filius d. Scipionis reuocauit præfatas alienationes vigore Cōstitutionis Regni Cōstitutionē diuæ memoriæ, instetitq; in S.C. cōdēnari tā d. Detiū hodie possessorē ad relaxationem feudi prædicti vna cum fructibus, nec non condemnari possessores, qui pro tempore fuere ad restitutionem fructuum sive eo rum prætium vt fo. 1.

Super quo, compilato processu, quinque principaliter opponuntur ex quorum resolutione laris Acto ris intentio fundata remanebit.

Et primò, quod feudum, de quo agitur, non sit quaternatum simpli citer neque lecūdum quid, in cuius alienatione negare nō potest quod utriusque requiratur Assensus Ba ronis, scilicet, & Regis, sed præsup ponit, quod sit feudum Planum, & de Tabula, ac Rusticū in cuius alie natione dicit Baronis tantum Assen sum sufficere, quod fundare inten dit ex eo, quod in eius concessione facta per quondam Fabritium Ma ramaldum quondam Felici de Ru beis, sive in Regio Assensu de super impletato non fuerunt apposita illa verba, vt ab eo, & sub eo teneatur quæ necessaria esse ad Quaternandum feudum colligunt Affictus Ca pius, ac Freccia &c. concludentes quod resultaret absurdū si quilibet Regius

Regius Assensus quaternares, quia nunquam planum, & de Tabula dareur, cum in eius constitutione etiam requiratur Regius Assensus.

Tum, & secundò, quia non est feudum nobile cum vassalis, sed tantum Territorium, quod per prius erat incultum, ac nemorosum, quod poterat per d. Baronem concedi absq; Regis Assensu, ne dum ad certam partem fructuum, sed etiam in pecunia, & sic Regius Assensus de super interpositus tanquam non necessarius non quaternat.

Prò cuius quidem resolutione infrascriptas indubitatas conclusiones de iure verissimas prænotandas censui.

1. Et primò, quòd in concessione Demanialium, quæ sit per Barones sit ita necessarius Regius Assensus, ut absq; illo nulla, atq; inqualida sub infeudatio reddatur, ut per Afflct. in Conf. Conf. Diuæ Mem. nu. 89. & in Dec. 305. n. 8. Capys. in sua inuestit. in verbo feudorum Assensus vers. vide Lucam fol. 78. & iterum in verbo feudum Dant S. infeudat. in 6. limitatione fo. 155. Freccia in 1. Auth. Baronum num. 4. fol. 101. Francis decis. 154. nu. 1. & ideo Paris in cap. incipiente Demanialia fol. 3. num. 12. affirmat, quod si Baro cōcedit Bonà Demanialia nō ad meliorandū, sed simpliciter ex certa scientia, & mœra liberalitate, prout in casu nostro nō valeret talis Cōcessio, absq; Regis Assensu. Etest adeò necessarius d. Regius Assensus, vt sit necesse in memoriali exprimere rem concessam esse de Demanio, aliás erit Assensus subreptitus; ut per Paridem fol. 116. in cap. Benemeritis nu. 10. & Capycius in d. cap. feudorum Assensus vers. vide Lucam fol. 78. idē in verbo feud. Clausula vers. quæ de Demanio fol. 104. Liparulus ad Isern. in c. Imperialem nu. 4. in verbo debet lit. F. fol. 248. à ter. Mastrillus

ad Petrum de Gregorio par. 1. quest. 5. de conc. feud. vers. quid in Barone, & ideo in d. memoriali Assensus interpositi super d. inuestitura fuit expressum quòd d. territorium erat de Demanio Baronis Octayani.

3. Quod ampliatur ut procedat etiam si d. Demaniale consistat in memoribus, vel tētrulis, quæ nullo modo per Baronem concedi possunt, nisi ad meliorādum, & ad certam partem fructuum, non autem in pecunia prout expressè deducitur per capitulū positū in Registro Imperatoris relatū ab Isernia in c. 1. in fine an ille, qui interfecit fratrem Domini sui fol. 189. à ter. isdē Isern. in c. 1. in addit. d. Capit. Conradi, n. 8. fol. 198. & in Conf. Cōf. Diuæ Mem. post glo. col. 7. nu. 10. Afflctus in ead. Constitut. in 2. notabili num. 13. & in Dec. 129. in fine n. 14. in 5. dubio Paris in c. incip. aliqua verò sunt bona fol. 3. n. 10. Camerarius in c. Imper. in princ. 8. col. f. 4. vers. 6. affertur, Loffredus in sua paraprapha fol. mihi 57. 2. col. in fine vers. ibi item Dominus, Capycius in cap. feudorum alienationes in vers. limita fol. 35. & in cap. Imperialem vers. limita tamē, & in Decis. 156. Faber in S. aded institut. locati, Iacobus. de Franobis. in c. 1. 3. col. vers. scias tamē fol. 9. de bis, qui feudum dare possint, Thomas de Marinis in titulo de feudo ex pacto & prouidentia in c. Constitutio fol. 127. nu. 29. inter tractatus, Franciscus de Amicis in tit. de his qui feud. dare possunt fol. 45. n. 1. tandem ad plenum Dominus de Franobis dec. 561. rogo legatur, & ita else de cōsuetudine testatur Raynaldus in c. 1. §. 1. de probibita feudi alienatione per Federic.

Nec huic ampliationi obstabunt Freccia, & alijs in contrarium allegati, loquuntur enim in concessione excidentialium, non autem Demanialium. Nec corum opinio etiā

in his excadentialibus erit tuta, cum validè optimis medijs impugnetur ab Anna in repet. c primi de vassallo decrepita etatis nu. 77. immò idem Anna in repet. d constitutionis constitutionem nu. 198. testatur videlicet in Regia Camera fuisse relata feuda vilia, consistentia etiam in redditu vicualium, ob defectum Assensus.

- 4 Hinc sequitur secunda conclusio, quod ideo est necessarius d. Regius Assensus, quia dictum Territorium Demaniale concessum, tanquam pars quotitatiua feudi Octayani erat quaternatum simpliciter, prout erat d. terra Octayani ut per Aff. in constitutione statuimus nu. 54. usq. ad finem fol. 105. quem sequitur Cumia in c. s. aliquem in verbo in capite nu. 22. fol. 77. a t. post Petrum de Gregorio in tractatu concessionis feudorum parte 2. quest. 7. in principio, ac Guiglielmum de Perno in cons. 1. Intrigliol. in prima cent. quest. 45. num. 71. & 72. Balzar. in c. imperialem nu. 6. et in c. t. de controuer-  
fia feudi apud par. term. num. 18. fol. 180. i. col. & sicut per prius tene-  
batur immediatè, & in capite à Re-  
ge, ut per Capycium in c. Imperia-  
lem fol. 24. col. 2. in fine, & Regi sol-  
uebatur adoha, & aliæ obuētiones,  
hodie per subinfeudationem cum  
restaurazione adoha per Baronale  
5 Curiā factam, cum Regio Assensu  
de feudo quaternato simpliciter, est  
effectum feendum Quaternatum se-  
cundum quid, quam opinionem  
tanquam verissimam firmauerunt,  
& primò.

Camerarius in c. Imperialem fol.  
68. lit. B. cuius sola authoritas satis  
esset pro decidendo Articulo, cum  
primum post Iserniam teneat locum  
teste D. de Curtis in sua prima par-  
te diuers. feud. fol. 53. a t. nu. 105. &  
etiam sequuntur.

Franciscus de Amicis in tit. de-

bis, qui faudum dare possunt nu. 2.  
fol. 87. qui quamuis in loco in con-  
trarium allegato, videatur contrari-  
um sensisse, tamen pars non consi-  
deravit, quod in eo loco non loqui-  
tur de subinfeudatione, sed de assen-  
su interposito super contractu lo-  
cationis.

Liparulus ad Isern. in d. cap. Im-  
periale in verbo de Controuerſia fol.  
243. lit. K. & in c. t. de controuerſia  
feudi apud par. term. num. 9. in ver-  
bo Quaternatum fol. iii. a terg. lit.  
A.

Intrigliolus in sua prima Centu-  
ria de Fauidis quest. 45. nu. 23.

Freccia de subfeudis in tit. de diffe-  
rentiis inter feuda Quaternata cum  
bis, que plana, & de tab. nuncupan-  
tibus num. 1. fol. 238. a ter.

Bottis in Constit. s. quis Baro. fol.  
227.

Capycius in sua Inuestig. in capitulo  
faudorum genera in vers. ponit An-  
dreas fol. 230. Idem in c. feudo-  
rum Assensus S. effectus fol. 82. &  
licet ibi in fine dicat, quidam intel-  
ligunt Andream, ut tunc sit quater-  
natum, & Rex videatur dare, quan-  
do est dictum in Assensu, ut ab eo, &  
sub eo teneatur, nihilominus ipse  
residet in prima opinione, nam quan-  
do Doctor recitat plures opiniones  
licet videatur residere in ultima  
opinione, nihilominus hoc limita-  
tur, quando dicit alii dicunt, nam  
tunc non videtur tenere ultimam,  
ut per glof. in l. qui filium S. Sabinus  
ff. ad Trebelleyanū, & ibi Bart. q. uos  
allegat, & sequitur Anna in repet. tit.  
de vassallo decrepita etatis, nu. 374.  
item quando dicit quibuidam vi-  
detur, vel quidam intelligunt, pro-  
ut in calu nostro, ut per Dom. de  
Franchis in dec. 696. nu. 2. in fine, &  
num. 3. idem in decis. 550. num. 10.  
quod declarat idem Capyc. in dict. c.  
feud. genera fol. 230. ubi posuit quod  
simplex Regius Assensus quaternat.

De

*De Franchis dec. 154. nu. 1. dicit esse de indubitibili, hoc esse feudum quaternatum secundum quid rogo legatur.*

Tandem *Regens de Ponte* hoc pro firmo tenuit in *præludijs feud. let. prima num. 99. in tractatu d. potestate Proregis.*

Et quamvis pars eum prò se ponderet in eodem loco, vbi in fine dicit, quòd hæc recipiunt declaratio nem ex possessione sequenti, videlicet si tale feudum fuerit postea alienatum cum solo Assensu Baronis, vel variisq. cum ex hoc cognoscatur an sit quaternatum, vel nè planum.

Tamen pars non aduertit, quod d. limitatio ad factum male adaptatur, cum in actis non constet de continuatione solius Baronis in assentiendo, vt infra fundabitur nu. 30., & quatenus fuisse probatum (quod negatur) ad huc non sufficit, nisi probaretur scientia, & patientia Regis, quæ necessariissimò requiritur ad acquisitionem incorporalium, ut per text. in l. 2. C. de seruitut. & aqua & Affl. qui alios allegat in decis. 282. nu. 2. & Brunum consl. 98. & per Capyc. in verbo feud. diuilio 6. limitatione, & prima sublimitatione fol. 165. vbi tenuit quod d. scientia in Rege non præsumitur, immò ignorantia, quod etiam firmat Rosenthal in c. 9. membro primo concl. 58. nu. 56. quam Regis scientiam in d. limitatione præsupponit interuenisse idem de Ponte citato loco, dum se remittit ad ea, quæ dixerat in titulo de Assensibus Regis S. 2. vbi dixerat, quod hæc sequens possessio declarat intentio nem Regis, quæ intentio colligi non potuisset, nisi fuisse præsupposta Regis scientia, & propterea Affictus in constitut. post mortem nu. 4. fol. 37. a t. lib. 3. tenuit, quòd neq. Rex constituitur in quasi possessio-

ne conferendi, ex eo quod solus contulerit feudum planum, & de Tabula, nisi probata scientia, & patientia Baronis.

Remanet igitur ex istis validissimè fundatum ad constituendum feudum quaternatum secundum quid, non esse necessarium, quòd in Assensu adjiciantur illa verba ut ab eo, & sub eo teneatur, quæ verba explicantur per Frecciam in tit. de origine Baronum nu. 45. fol. 10. a t. & in 5. Auth. n. 3. & 4 & in 39. Auth. num. 5. fol. 229. a t. v3. Baronem immediatè, & in capite cognoscere, ita etiam declarat *Liparulus ad Andr. c. 1. S. similiter in addit. nu. 21.* in verbo ab eo de Cap. qui Cur. vendidit fol. 229. lit. C. ita etiam explicat Affl. in Confit. si aliquis Baro, & Anna in tit. de vassallo decrepitæ etatis num. 39. fol. 130. a t.

Et quòd in præsenti casu non sint necessaria d. verba in Assensu fundatur ex verbis Andreae in constitut. si aliquis Baro ibi, et potest quis habere plura feuda, & tunc si sunt quaternata vel non, det unum aliij cum consensu Regis ut sub eo, & ab eo teneatur, & erit Baro, Consensus enim Regis quaternabit istud, quia Rex confirmans, videtur donare, forma lia verba Andreæ.

Et sic benè, more solito, in loco citato dixit Andreas, quòd Assensus cum d. verbis quaternat quod per prius non erat quaternatum, nam dum dixerat si habens plura feuda quaternata, vel non, & subsequitur assensus, quaternabit istud, ergo loquitur de non quaternato, cum verbum istud secundum grammaticam necessariò referri debet ad proximum, quod nedum colligitur ex modo orationis, sed etiam palet ad sensum, quòd de feudo quaternato loqui non poterat, cum non sit assensus, qui illud quaternet, vel ne, stante quòd per prius iam

G 2 erat

erat quaternatum, idem dixit Andreas in c. i. §. similiter de capit. qui  
7 curia vendidit. vbi ita eum intelligit,  
& declarat Liparulus fol. 229. in verbo cum consensu lit. B. ac Dom. de Ponte  
in præludij feudorum lec. i. num. 58.  
cum seq. post Aſſt. in c. i. de contro-  
uersia feudi apud par. term. num.

8 Et sic appetit manifeste, quod illa verba ab eo, & sub eo, sunt ne-  
cessaria ad quaternandum feudum  
non quando subinfeudatur Deman-  
iale, quod, ut diximus supra num.  
4., erat quaternatum per prius; sed  
quando fit per Baro hem concessio  
feudi plani, & de tabula, & soliti  
concedi, ratio est quia in hoc casu,  
ideo simplex Regius Assensus  
absq; d. verbis non quaternat, quia  
non cognoscitur animus Regis vo-  
luisse quaternare, quod non erat  
quaternatum, nisi per d. verba, vel  
equipollentia, & hanc opinio-  
nem cum hac distinctione indi-  
stincte tenet D. de Ponte citato lo-  
co.

9 Quæ opinio (ni fallor) non ha-  
bet contradictem: Nam Aſſt.  
in decis. 282. loquitur de Concessio-  
ne feudi, quod per prius erat pla-  
num, & de Tabula, ut ibidem est  
videre.

Nec obstat Capetus in loco su-  
pra citato ex supra dictis, tanto ma-  
gis, quod loquitur quando Regius  
Assensus interponitur super con-  
cessione rei allodialis, non autem  
quando interponitur super conces-  
sione rei demanialis, prout in casu  
nostro.

10 Solum remanet Freccia in ej. de  
Orig. Bar. nu. 53. qui si bene intelligatur,  
nec à prædicta opinione dis-  
sentit, dum enim ponit casum in ha-  
bente Castrum, & illud subinfeudat  
cum Regis assensu, tenet quod non  
efficerit Baro, & verum dicit, nam  
ad hoc ut quis dicatur Baro, non  
sufficit habere subfeudatarium ha-

bete feudū quaternatū, pro ut dixit.  
idem Freccia in eod. tit. n. 41. vbi di-  
xit, quod licet feuda quaternata,  
quæ tenentur ab alio, annotari de-  
beant in quaternionibus, non ta-  
men ex hoc creetur Baro: sed  
oportet amplius, ad hoc ut quis  
creetur Baro, quod remaneant pœ-  
nes se alia feuda, ut dixit Andr. in  
d. confit. si aliquis Baro.

Et dum dixit, quod nequæ effice-  
retur feudum quaternatum per su-  
binfeudationem cum assensu, ve-  
rissimum etiam dicit, quia isto ca-  
su non est assensus, qui quaternat,  
sed remanet Castrum quaternatū,  
prout prius erat de sui natura, &  
ideo non dixit Freccia non est feu-  
dum quaternatum, sed vslus est ver-  
bo efficeretur, & quod ita intelliga-  
tur, ex alio colligitur, cum firmis-  
sima sit conclusio, quod omne

11 Castrum in Regno etiam si à Baro-  
ne teneatur est quaternatum, prout  
tenuit idem Freccia in differentiis  
inter feuda quaternata, & plana, &  
de Tabula. num. 34. & in 29. Auth:  
Baronū nu. 3. & alijs allegati ab Anna  
in cōf. 129. n. 25. ergo si Freccia alias  
intelligeret, esset sibi contrarius,  
& loquutus fuisset contra regulas  
iuris, per quas est prouisū, quod na-  
tura primæa feudi nunquā altera-  
tur, nisi in expressis, quomodo nunc  
voluisset tenere, quod dictum Ca-  
strum per simplicē assensum inter-  
positū super subinfeudatione mu-  
tasset naturam? & de quaterna-  
to efficeretur planum, & de Ta-  
bula? quod nullo modo est dicen-  
dum.

Alius & secundus intellectus da-  
ri posset, v3. quod dicit, licet non  
efficeretur feudum quaternatum,  
id est quaternatum simpliciter, sed  
non per hoc dicit, quod non erit  
feudum quaternatum secundum  
quid, cum verba intelligatur in suo  
potiori significatu, ut per Loffre-  
dum

dum conf. 1. num. 214. & per Frecciam in tit. quis dicatur subfendatarius num. 6. & quando Freccia voluit loqui de feudo quaternato secundum quid, illud nominavit subfeudum quaternatum, non autem feendum, ut est videre pereundem in 4. quest. num. 8. fol. 129. imò idem Freccia in tit. quis dicatur subfendatarius dicit, quod appellazione feudi non venit subfeudum, ut fol. 69.

Quod etiam colligitur ex subsequentibus verbis eiusdem Authoris, vbi tenet quod Regis Vicarius non posset assentire, & adducit rationem, quia quod ad hoc videtur donare, quod non venit in generali mandato, & est ratio assignata ab Andrea in d. const. si quis Baro nempe, quod qui confirmat dat, si ergo in casu per ipsum proposito Rex assentiendo dat, ergo feudum erit quaternatum sicut secundum quid,

12 cum Rex assentiendo in concessione feudi plani, & de Tabula nihil dat, ut per Andr. in c. I. qualiter vasallus iurare debeat fidelitatem nu. 4. vers. quia etiam Camer. in c. Imperiale fol. 74. col. 4. & tunc assensus praeditus tamquam non necessarius nihil operatur, & habetur prout verba superflua in stipulatione  
v3. Arma, virumque cano, ut per Isern. in c. I. S. sed nec est alia iustior, quæ sit prima causa beneficij amittendi, de Ponte in preludijs feudorum. let. I. num. 76. & D. de Franch. dec. 4. num. 15.

13 Sed quando interponitur super concessione rei demanialis, tunc Rex assentiendo dat, ut per Afflict. in dict. constit. Constitutionem num. 89. fol. 11. & in dec. 248. num. 6. & decis. 282. nam quando actus est nullus, ille, qui confirmat dat, Bare. in l. more maiorum num. 5. ff. de iurisdict. omnium iudicium, & sic per dictum Regium assensum

videtur concessio facta per ipsum Regem, non autem per Baronem, ut per D. de Curtis in sua prima parte diuersorū fol. 17. à ter. num. 18. Lanarius conf. 13. num. 4. et conf. 17. Frecc. in lib. 2. subfeudorum in tit. quis dicatur subfendatarius num. 13. fol. 69.

14 Imò dictus Regius assensus habet vim inuestituræ, ut per eundem Lanar. conf. 8. num. 15. & conf. 13. num. 15. post Afflict. in c. Imperiale S. propterea lo primo num. 1. de prohib. feudi alienat. & alios allatos per eundem Lanarium conf. 18. num. 6. & conf. 82. num. 22. & per Frecciam in 2. Aubor. in cap. qui incip. hic quero. fol. 180. num. 12. & sic per subinfeudationem cum Regis assensu videtur Baro ius utilis dominij in manu Regis remittere, & breui manu à Rege in concessionarium iuxta tex. in l. singularia si cert. pet. ut per Præpostum, ac Bal. quos allegat, & sequitur Lanarius confil. 15. num. 3. Freccia in 14. quest. num. 3. fol. 142. à terg. & d. Ponte in tit. de refut. feud. S. 6. num. 24. & 25. & apud Regem remanet directum dominium, aliaq; iura, in quibus sibi non præiudicauit propter assensum praeditum, stante præcipue clausula, iuribus Curiæ semper saluis, cum Rex nunquam præsumatur remittere ius suum, ut per Capc. in cap. Imperiale in 6. conclus. fol. 28. 2. col. & per Zafum in tit. de feudis par. I. nu. 44. fol. 316. à ter. inter tractatus, idem Capc. in vers. feudales assensus S. effectus fol. 82.

16 Propterea Io. Franciscus de Ponte, relatis omnibus opinionibus, tenet quod quando subinfeudatur pars feudi quaternati cum regis assensu, simpliciter præstiti, tunc non est assensus, qui quaternat, quia iam erat quaternatum, nec constituet eum planum, & de Tabula, si id non expresserit, sed per dict.

G 3 subin-

subinfeudationem, cum regis assensu formabitur feudum quaternatum secundum quid, ea ratione quia in hac alteratione utriusque assensus interuenit, & est propriè punctualissima doctrina ad casum nostrum, rogo legatur in prima lect. feud. nu. 96.

17 Tertia sit conclusio, quod feudum dicitur quaternatum ex eo solo, quod sit descriptum in quaternionibus Regiae Cameræ, à quibus denominatur quaternatum *Affl. decis. 282.* *Capys. in c. feudorum genera vers. quaternatum* fol. 230, & propterea omne feudum, etiam quod à Barone teneatur, quando est descriptum in quaternionibus, dicitur quaternatum secundum quid, *ut per Affl. in consit. post mortem* nu. 2. *Rebuffus in declarat* *feud. num. 44. fol. 303. intertractatas.* *Cumia in c. si aliquem in verbo in capite num. 14. fol. 77.* cum feuda plana, quæ à Baronibus teneantur, nullo modo in quaternionibus describuntur, *ut per D. de Ponte in praludijs* *feud. lect. 1. num. 60.*

18 Qui liber quaternionum multum differt à libro cedularijs, cum in libro quaternionum registrantur priuilegia feudorum, sed in libro cedularijs notatur taxa pro seruitio, sive adhoæ, quæ debetur Regiae Curia, *ut per D. de Curtis in sua prima parte diuersorij* *feudalis* fol. 41. nu. 56 *post Iacobum de Gello in tract. adhoæ,* & *Camer. in d. c. Imperialem* fol. 69. lit.

19 Et ideo assensus predicti registrantur in quaternionibus ad finem sciendi, quæ feuda ex consensu Regis teneantur, *ut per Cam. in d. cap. Imperialem* fol. 69. lit. D. *Franciscus de Amic. in tit. de his qui* *feudum dare possunt* fol. 87. *Freccia in d. lib. 2. quis dicatur Baro* fol. 70. nu. 2. *usque ad 3.* & *in tit. de origine Baronum* nu. 41. *Cumia in c. si aliquem in vers. in capite* nu. 5. fol. 76. quæ registratio est

necessariissima, ut per *Liparulum in d. c. Imperialem* in ver. de contouer-*sia*, cum feuda, quæ tenentur à Re-*ge* sunt necessariò notanda in quaternionibus, non autem ea, quæ tenentur à Barone, ut per *Freccia in tit. de differentijs* *feudi quaternati* cū his, quæ plana, & de *Tabula nun-  
cupantur* nu. 1. fol. 238. à ter. Et ideo feudum prædictum reperitur regi-*stratum* in quaternionibus Regiae Cameræ, ut fol. 55 à ter.

Nec obstat partis oppositio, quod hoc procedat quando fuit fa-*cita registratio* precedente ordine, ex Capycio, qui practicam refert in concessionibus Regalibus clausulam apponi solere, quod infra annū registrantur, nam respondetur, Pri-*mò* quod in casu nostro adest ordo quod registratur, d. fol. 25, & quando nos adest, adhuc dum esse clausula solita apponi, deberet ha-*béri* pro apposita, *ut in proprijs ter-  
minis traddidit* Io. Fräscicus de Amic. *post Andr. in tit. de his qui* *feudum dare possunt* fol. 17. num. 1. Alex. cons. 147. vol. 2 num. 21. *Affl. decis. 285.*

Sed quod hæc clausula sit nece-*saria*, iure non probatur, cum in dis-*tincte* omnes teneant per solam re-*gistrationem* censeri feudum quater-*natum*, & ad exuberantiam fuerunt producti multi assensus regi-*strati* absque clausula prædicta fol. 48. 5 1. à ter.

21 Nec prædictis obstat quod dictum feudum non consistat in Castris, sed in Territorio, nam ut plurimū sub-*feudum* quaternatum, quod tenetur à Barone, solet consistere in posses-*sione* aliqua, aut territorio, in quo non habitant homines, ut punctualiter traddidit Freccia in d. lib. 2. *subfeudorum in tit. quis* *dicatur Bara* fol. 70. num. 2. Idem Freccia in d. lib. 2. in 29. *authoritate* num. 2. fol. 219. vbi dicit, quod feudum quod tene-*tur* à Barone, etiam si sit parua pos-*sessio*,

seffio, & etiam quod sit redditus  
vnius Galliarum, nihilominus dicitur  
quaternatum ex eo solo, quod est  
descriptum in quinternioribus.

22 Nec ullo modo rusticum feudū  
prædictum à parte nominari mœ-  
ruis, cum soluat adoham in pecu-  
nia, & vbi pecunia soluitur, nunquam  
feudum rusticum reputatur. Cum in  
d. c. se aliquem in verbo in capite  
nu. 25.

23 Nec aduersæ parti aliquid op-  
erulatur quod adoha soluatur Baro-  
ni, cum ea propria sit natura istius  
feudi, ut ram adoha, quam relevium  
Baroni soluantur, ut per Camer. in  
d. c. Imperiale fol. 67. lit. S. et fol. 68.  
lit. Q. & 70. lit. C. Affl. in S. præterea  
na. 41. de Cap. Corradij. Et in consti-  
tu. post mortem nu. 1. Freccia in 5.  
auct. Baronum n. 2. in fine Intriglio-  
bus lib. 1. quæst. 45 num. 26.

24 Codatio vero, concessio, ac assen-  
sus super alienatione spectant ad  
Regem, ut per optimè declarat id  
Erc. in d. c. 2. subfeud. in tit. de dif-  
ferentij inter feuda regalia, ac titu-  
latas fol. 46. n. 13. & 14. idem 28. autb.  
fol. 2. & 6. à t. Cumia in c. si aliquem in  
verbo in capite fol. mibi 77. num. 10.  
que omnia ad Regem spectant ra-  
tione directi dominij, quod pœnes-  
se remansit, ut supra dictum est nu.  
14. & per Affl. in d. const. post mor-  
tem nu. 6. lib. 3. fol. 38.

25 Tandem nec allegatum absurdū  
ullo modo subsistit, cum sit dare  
instantiam in multis casibus, in qui-  
bus, non obstante quod interuenie-  
re regis assensus super concessione  
facta per Baronem, nihilominus  
concessum remanet planum, & de  
Tabula, non autem quaternatum,  
ut puta quando assensus interponi-  
tur super re solita concedi, vel quā-  
do in erectione feudi Baro exprese  
dixerit velle constituere feudū pla-  
num, ut per D. de Ponte in præludij  
feud. leçt. 1. num. 95. vel tandem quā-

do in tali erectione Rex dedisset vas-  
salo licentiam alienandi in quem  
vellet absque regis assensu, videlicet  
de Ponte in tit. de assensibus regijs d. c.  
num. 35. usque ad nu. 36. post Capyc.  
in verbo feud. alienationes 3. limitat.  
fol. 34. & in c. feudorum clausulæ in S.  
prost. & quibus dederit, & in c. feud.  
assensus vers. limita. fol. 70. & ideo  
idem Capyc. in dec. per conuentum al-  
legata dicit licet per fuctorie quod  
feudū planū, & de Tabula formiter  
erectum cum regis assensu; & quæ se  
quuntur, & ministeriole adiecit illud  
verbū, formiter, ut puta quādo cō-  
cessio est facta in uno de modis su-  
pradicatis ergo cessat partis absur-  
dum, quia in prædicatis casibus da-  
retur feudum planum non obstante  
assensu super erectione interposito.

26 Quarta fit conclusio, quod assen-  
sus utriusq; né dum est necessarius  
in alienatione feudi quaternati secundum  
quid, ut per Camer. in d. c.  
Imperiale fol. 69. lit. I. verum  
etiā in feudo plano non solito con-  
cedi, quam opinionem tenuit An-  
dræas in tex. constitutionis in verbo  
licentia vbi reprobando glo. dicit  
quicquid dicat glo., hodie utimur  
per hanc constitutionem ut Rex  
consentiat, & Dominus etiam Ba-  
ro, vel Comes, à quo tenetur, nec  
dicatur quod ibi Isernias loquatur  
in feudo quaternato secundum  
quid, nam inferius querit utrum sit  
idem in feudo quaternato, quod  
tenetur à Barone, hanc eandem  
opinionem per prius tenuit Glosa-  
tor Caramanicus in d. const. in verbo  
iustitia, ac Petrus de Monteforte in  
d. verbo licentia, qui amplius testa-  
tur de communi obseruantia, ut ut-  
riusq; requiratur assensus, hoc et iā  
pro firmo tenet Camerarius in  
repetit. d. c. Imperiale fol. 73. lit. K.  
Anna in const. diuæ mem. 196. &  
199. Guglielmus Hannetonus lib. 3.  
iuris feud. 10. fol. 175. Iacob. de

Ar-

*Ardizono in vīsibus feudorum in verba nūquid sufficiat c. 103. fol. 242.*  
*Blancbus in Epitome feudali lib. 2. nn. 74. circa medium usq; ad 75. fol. 279.* *Iacobin de Sancto Giorgio in verbis. & cum pacto nū. 22. vbi testatur hanc esse communem opinionem, & non esse tutum in iudicando ab ea recedere. fol. 299. inter tractatus.*

Nec *Afflictus in decis. 243.* moeruit à parte in contrarium allegariam ibi loquitur de feudo plano, & de Tabula solito concedi, ac ex accidentalib; prout colligitur ex principio d. decisionis, & etiam loquuntur alij in contrariū allegati, nam tunc non negatur quod solo Baronis assensu possit alienari, & si alias inteligeretur *Afflictus* esset sibi contrarius, dū in decis. 282. prout fimo tenuerit in alienatione feudi plani vtriusque regni alsēsū, prout tenuit etiā in c. Imperiale in num. 46. imo idem. *Affl. in const. constitutionem num. 86.* & 35. testatur ita vidisse seruatum in iudicando.

Ita has opiniones concordat *Liparulus in d.c. Imper. nū. 9. in vers. refutari. fol. 254. līt. C.*

27 Solitum autem concedi dicitur, vel quando Barobis absq; regis assensu concessisset cum cursu 30. annorum, vt per *D. de Curtis in sua 1. par. diuers. fol. 44. nū. 37. usq; ad 44.* vel quando fuit item concessum cum assensu regis, & postea Baroni reuersum, & iterum per ipsum solum concessum, vt per *Affl. in dicta const. constitutionem num. 67.* licet hoc ultimum fortiter impugnetur à *Camerario in d.c. Imperiale fol. 73. a 1. lib. 1.* quorum vtrumq; deficit in feudo, de quo agitur.

Et ex his remanet resolutus primus articulus, quod siue feudum praedictum sit planum, & de Tabula non solitum concedi, quod expressè negatur, siue sit quaterna-

tū secundū quid, prout realiter est, est subiectū dispositioni constitutio- nis praedictæ, & proinde recto iure ob defectum assensus processit reuocatio.

Rursus pars inuenit cōcessionem d. feudi fuisse factam, seruata forma consuetudinis Terræ Octayani, in qua vigere consuetudinem affirmant, vt similia feuda alienari pos- sint cum solo Baronis assensu.

Sed praedictis facilis erit respon- sio, & primo si recte inuestitura in- spiciatur quamvis adsint dicta verba, seruata forma consuetudinis

28 Terræ Octayani, actamen dicta verba respiciunt præcedentia, nem- pe circa alienationem in totum, vel in partem, vt puta si vigebat con- suetudo in dicta Terra, vt viueretur de iure francorum, non poterat in partem alienari, securus si viueretur de iure Longobardorum, non autē referuntur ad verba subsequentia, videlicet circa alienationem cum Assensu veriusque vel silius Baro- nis, quod clarè colligitur ex subse- quētibus verbis, dū expressè fuit in inuestitura reseruatus regis alsēsus in alienatione feudi praedicti, quod potius fuisset contra d. assertam consuetudinem.

29 Nec talis asserta consuetudo fuit probata ex verbis enunciatiis ap- positis in memoriali regij assensus, interpositi in transactione inter Ba- ronem Octayani, & vniuersitatem super lite, inter eos vertente super reintegrazione nonnullorū feudorū absq; alsēsu alienatorum, & primo quia dicta verba cum sint enuncia- tiua inter alios prolata, nullam de iure inducunt dispositionem con- tra tertium, imo & secundò quando essent dispositiua, neque proba- rent, cum non dicatur fuisse proba- tum, sed tantum productum, tanto magis, & tertio quod ibi tractatur de territorijs concessis ad censem, siue

sue redditum, non autem de Demanialibus concessis in feudum, salvo iure adohæ, prout in calu nostro.

Et quod plus, etiam si fuisse probatum per mille vices, Barones solos consueuisse assentire alienationibus consimilium feudorum, neq; ex hoc fuisse probata consuetudo, ut per Capyc. in inuestit. in verbo feud. alienationes in 22. limit. fol. 39. necesse enim fuisse amplius scientiam, ac patientiam Regis, cuius requiritur consentitus ad inducendam consuetudinem legi contrariam ut per eundem Capyc. in verbo feud. diuino 6. limit. & 1. sublimat. Graues de antiquit. tempor. par. 4. nu. 18. & 19.

30. Nec parti refragatur assensus regius interpositus in dicta transactio-  
ne, dum Baro in uno ex capitulis dictæ transactionis petierat, ut bona concessa, & infuturum concedenda in feudum, possint alienari cum assensu ipsius Fabritij, & eius haeredum, & Rex respondet moderando, ut intelligatur de concessi-  
onibus illud cuiusque factis, quo verò ad infuturum concedendas non siant, nisi cum regis assensu, sub qua verborū generalitate presupponit fuisse inclusam concessionem dicto qu. Fælici de Kubeis, tunc temporis fa-  
ctam.

31. Quia assensus predictus non po-  
test aliquo pacto nec personam di-  
cti quond: Fælicis de Rubeis, sec  
territorium comprehendere, quia Felix nèdum non ad fuit in transac-  
tione, hmo tempore litis in anno  
1546. fol. 167. a t. neq; obtinuerat  
concessionem, quam postea in anno  
1549. obtinuit, cum transactionis  
contractus tanquam stricti iuris nō  
potest comprehendere alios ibi nō  
nominaços. L. 2. C. res inter alios acta  
sicuti nec d. assensus, qui sequitur  
naturam contractus, super quo in-  
terponitur Freccia lib. 2. quest. 2. nu.

11. & ideo non potest extendi de persona ad personam, neq; de re ad rem ut per Cam. in d. c. imperiale fol. 44.

32. Et propterea nec ratione rei ex-  
tendi poterit, cum in dicta transac-  
tione, ac lice agebatur de territo-  
rijs concessis ad censem, siue redditum fol. 145. & 146. & de concessis ad meliorandum, & in augumen-  
tum feudi, & de bonis habitis pro  
liberis, ac Burgensticis fol. 227. &  
a t. & de solitis concedi in feudum  
per Barones à tanto tempore, cuius  
memoria in contrarium non adest  
ut fol. 226. à terg. Nos autem su-  
mus in territorio Demaniali con-  
cesso in feudum, salvo iure adohæ,  
qui termini satis differunt, cum  
Demaniale dicatur ad differentiam  
soliti concedi, ut per Lanarium  
quest. 34. nu. 11. Paris. de reintegrat.  
feud. c. demanialia regis, & Baronis  
nu. 5. fol. 3. Affl. in c. Imperiale S.  
præterea Ducatus 3. not. de prohibita  
feudi alienat. per Fed. num. 24. & 26.  
& solitum concedi intelligitur de  
eadem re non autem de consimili  
ut per Cam. in d. C. Imperiale fol.  
73. lit. L.

33. Nec dicatur, quod verba sunt  
indefinita, nam restringuntur ad  
causas, ac res in transactione dedu-  
ctas ut per Neap. in consuetud. si filius  
fam. n. 4. Lanarius, qui alios allegat  
q. 66. nu. 31. & Fabius de Anna q.  
100. n. 10. & 11.

34. Hinc infero, quod ex predictis  
scripturis potius probatur non ad  
fuisse talem consuetudinem, cum  
per d. regium assensum interposi-  
tum super d. transactione prohibe-  
tur alienatio feudorum in futurum  
concedendorum absq. regio assen-  
su, ex quibus colligitur non fuisse  
probata taalem consuetudinem,  
alijs si fuisse probata, assensus re-  
gius, qui semper gratia est, ut dixit  
Freccia in 4. quest. num. 10. contra-  
rium

rium fuisset operatus effectū, quod nullo modo est dicendum, & sicut ex prædictis remanet resolutum secundum dubium.

Tertiò pars supponit quòd & si in alienatione talis feudi requiratur consensus utriusq; attamen dicit sufficere fuisse impetratum assensum Baronis in vita contrahentium, cum regius assensus possit etiam post mortem impetrari *ex Doct. Paridis, & Afflitti.*

35 Et pro resolutione, primò negatur factū, s. assensum Baronis in vita impetratum, & ideo ad ipsum probandum pars producit contractum, in quo Felix de Ammirato primus emptor confessus fuit receperisse memoriale assensus præstiti per D. Iuliam de Medices super venditione eidem facta, cui assertioni nulla fi-

36 des est adhibenda, cum simus inter personas prohibitas, quæ non poterant liberè disponere de feudo prædicto absq; assensu *ut per Bart.* in l. ss. forr. C. de Castrensi peculia, & quod plus, quòd neq; Notario asserti interuenisse assensū creditur, vt in proprijs terminis per supradicta decedit Frecc. in tie. de subfeudis lib. 2. 25. quæß. sicuti etiam in simili dicimus in assensu Episcopi, qui licet probari possit per testes, Nihilominus per assertionem in contratu à partibus factam non probatur, *ut per Annam in allegat. 14 nu. 10.*

Rursus quando produceretur d. assensus, neque parti prodesset, cū ex eodem instrumento appareat, quod aderat clausula in d. memoriali, dummodo expediatur in forma infra annum, alias habetur prò non præstito, quod colligitur ex eodem contractu, in quo ipse emptor promisit expedire priuilegium in forma infra annum, alias quòd Scipio venditor, qui in primo contractu promiserat expedire assensum, ad nihilum teneatur ex causa

assensus prædicti, & quidem si d. Memoriale assensus fuisset simplex absque d. clausula, Scipio ipsum assignando parti ad nihilum remansisset obligatus, verum quia aderat clausula prædicta, & Scipio remanebat obligatus, & fuit expreisè pactum *ut supra*, vt ad nihilum teneatur.

37 Nec præsumptus assensus ex adohæ pceptione, vlo modo obstarre poterit, cùm numquam appareat fuisse solutam tempore, quo videbat Scipio venditor, sed tantum post mortem ipsius, quo tempore sicut nec expressus, ita nec tacitus subsistere potest in præiudicium hæredis, cui fuit ius quæsitus.

38 Nec ex spatio 30. annorū præsumi potest, qui tunc forsan præsumitur, quādo solus in alienatione sufficit, sed quando Baronis assensus non est de perse sufficiens, sed ulterius requiritur Regis assensus ad illū confirmandum, tunc nunquam ex tempore præsumitur, pro vt sunt cæteri actus, qui confirmatione indigent, *ut per Annam in conflict. Conf. Diu. mem. n. 3. per tex. in l. 1. d. confirmatio tut.*

Verū quando produceretur hodie Baronis assensus validus, ac impetratus in vita Scipionis, neq; ei prodesset, cùm opinio *Paridis, & Afflitti*, vt possit impetrari Regis assensus post mortem sit cōmūniter reiecta, & contrarium tenuerunt.

39 Camerarius in c. Imperiale fol. 90. lit. D. ex textu in l. fin. C. comm. præd. qui re uera tergiuersari non potest, quem allegat, ac sequitur de Ponce in decis 40. coll. conf. nu. 115. licet alibi per eadem iura contrarium teneat, eandem opinionem sequitur. Liparulus in d. cap. Imperiale nu. 8. in prima addit. lit. C. ac Surdus in sollemnissimo consil. 382. n. 92. qui hanc tanquam communem ample-

amplectitur: quem rogo videri, eo præcipuo fundamento, videlicet, cum sit speciale in dote, ut possit post mortem assensus impetrari, ergo contrarium erit in omnibus, & sic in casu p[ro]dicto.

Et quidem opinio contrarium tenentium substantari non potest, cum in eo solo fundetur; quia habita causa mediata valida, intelligendo de assensu Baronis, non curamus de immediata inualida, intelligendo de assensu Regis, quod tamē expresse negatur, cum nunquam assensus Baronis dicatur cedula immediata valida absque Regis assensu, cum Baro assentiendo dare videatur, ut per Isern. in c. Imp. nu. 9. & Camer. fol. 65. lit. A.

Prò quorum conualidatione adduximus allegationes originales D. Regentis Fornarij, & eius manu subscriptas p[ro]nes D. cauli Commissarium, cuius verba formalia cū sint tanti viri, visum est subijcere.

40. *Affl. & Paris* loquuti sunt contra terminos feudales, assensus Domini immediati erat ita necessarius pro suo interesse sicut Domini immediati pro suo, allegando Andr. in c. Imp. col. 4. & quādo duoru[m] consensus in actu requiritur, si unus tantu[m] cōsentit; actus est in p[ro]denti, donec alter consentias, et ideo mutato rerum sensu per morte contrabentium, vel alio modo, consensus alterius non potest actu[m] conuadare.

Immò maior contemptus consideratur respectu Regis Domini immediati, inspecta grauitate personæ, quam domini immediati, quando feudum absque assensu alienatur, ut per D. de Ponte in tit. de Assensibus Regijs S. i. nu. 7. post Capycium, & Andr. & alios per eum allegatos.

41. Demū cessabit omnis difficultas ex eo, quād Paris, & Affl. non loquuntur in casu, quo fulser facta reuocatio, quo casu licet alijs pos-

sit post mortem contrahētis impenetrari assensus regis, nihilo minus, facta reuocatione, non licet, prout in dote, cuius fauore, ut diximus, est speciale ut possit post mortem assensus impetrari, nihilominus, facta reuocatione, non procedit, ut per Affl. in c. Imperiale in 29. quest. num. 30. fol. 164. & per Camerar. in d. cap. fol. 91. lit. D. ubi etiam Capyc. & Lanar. const. 73. num. 7. Quod in tantum est verum, ut procedat etiam si in assensu dicatur, non obstante reuocatione, ut per eundem Paridem in tit. de reintegrat. feud. in cap. assensus post reuocat. fol. 158. & Freccia in lib. 2. in limitat. Constitut. Regni fol. 119. à ter. nu. 86. & in 30. quest. nu. 8. fol. 159.

Quartò pars opponit de mala fide Scipionis venditoris, ex quo in contracto venditionis reseruauit assentum Baronis, nulla facta mentione de assensu Regis, cum tenebatur exprimere qualitates rei venditæ; & per hoc Iulius Actor tāquā hæres tenetur de euictione ex consil. 14. Alex. lib. 5. ac Affl. dec. 278.

42. Sed quidem facillima erit responsio, si distinctione veemur, nam verissimum est de iure, quād venditor tenetur explicare emptori qualitates rei venditæ, sed qualitates, quæ in facto consistunt, ut puta si res, quæ venditur sit feudalis, vel burgenlatica, non autem eas, quæ in iure consistunt, videlicet cuius requiratur assensus in alienatione, ut punctualiter tradidit Iser. in c. Imperiale, & in S. Imperator Lib. & in S. callidis nu. 20.

43. Imò potius emptor dicitur in mala fide constitutus, quando decipitur circa ea, quæ in iure consistunt, cum contra legum interdicta mercatur, quia constitutiones Principum ignorare non licet, ut per Iser. in citato loco, & in c. i. de inuestitura de re aliena facta ubi dixit quod dum

dum emptor sciuuit rem esse feudalem, si emerit absq; consensu Domini; ab illo, qui non poterat vendere, lege prohibente, tunc non agit de euictione etiam si specialiter conuenisset, nihil enim refert ignorauerit vendor, vel sciuuerit, nec refert decipiatur emptor scientia, vel calliditate vendoris, formalia verba Andreæ.

Ex quibus Ilerniæ locis, Anna in allegat. 125. nu. 19. hanc colligit distinctionē videlicet, aut emptor est in bona fide, qui tunc dicitur esse, quando ignorabat factum, scilicet, rem esse feudalem, quia credebat allodium, quo casu vendor tenetur de euictione, & procedit decisio Affl. 278. aut verò emptor est in mala fide, quia sciebat rem esse feudalem, etiam quòd ius ignorasset, & tunc ne dum non consequitur interesse, sed nec prætium per eum solutum, ut per Ann. loco citato.

Cum ergo Scipio Venditor asseruit in contractu ventionis rem esse feudalem, necessariò sequitur Iulium Actorem ad nihil teneri, prout ultra allegatos tenet Capyc. in vers. feud. emptores vers. male fidei, de Ponte in tit. de assensu super dose num. 4. & Curt. Iun. in 4. par. n. 119. vbi de cōmuni testatur Intrigliolus, qui alios allegat in 2. centur. de feudis art. 5. nu. 457. cum seq.

Et sic decisio Affl. ac Alexandri Consilium ne dum non aduersantur, sed pro Iulio Actore faciūt, dum in fine concludunt, quòd si in casibus per eos adductis vēditor re esse feudalem asseruisset, vtq; tuus fuisset, vt habetur in fine d. consil. quem ita intelligit ac declarat Surdus in decis. 265. nu. 68. in fine.

44 Quæ tanto magis procedere debent in Scipione venditore, qui tanquam hæres quondam Felicis primi concessionarij præsumitur ignorasse qualitatem dicti feudi, & proinde non fuisse in dolo, ut per Frecc-

ciam lib. 2. subfeudorum num. 6. fol. 101. qui non tantum reseruauit assensum Baronis, verum etiam, & ea, quæ ex natura feudi débentur, sub quibus verbis etiam comprehenditur Regis assensus, cum de natura feudi sit, ut non alienetur absq; consensu diecti Domini, ut per Capyc. in vers. feudorum genera fol. 213. in vers. carens propria, et D. de Ponte. in tit. de assensibus Regis S. 2. nu. 35. & num. 49. & id, quod ex sui natura inest, semper videtur expressum, ut per Frecc. de Orig. Baro- num n. 49 fol. 11. à ter.

45 Insuper Scipio vendidit, seruata forma priuilegiorum, ac concessio- nis factæ per quondam Fæbritium Maramaldum d. quondam Felici de Rubeis, ut fol. 41. ex quibus verbis videtur eorum tenorem expressisse, ut per Dec. conf. 19. nu. 3. Freccia quæst. 15. num. 2. fol. 243. Fabius de Anna conf. 113. num. 7. quod pro- cedere etiam in his, in quibus spe- cialis expressio requiritur, dixit idem Freccia in loco citato, cum vi- deantur contrahentes cogitasse de contentis in eis, ut per Dec. conf. 63. nu. 6. cum ergo ex priuilegijs ap- parebat feudi natura, sibi imputet emptor, si nō impetravit ex negligencia, quæ oritur nè dum ex vera, sed etiam ex præsumpta scientia, ut per Dec. conf. 64. nu. 5.

46 Quæ priuilegia in posse eorum peruererunt, præcedente promis- sione facta per Scipionem de illis consignandis, quæ sola promissio per se esset sufficientissima, ad ex- cludendam quamlibet malam fidem venditoris, cum una præsumptio aliam tollat, ad tex. in l. Diuus, de restitut. in integrum, imò ex dicta promissione potius bona fides ipsius præsumi debet, & in tantum est verum quòd dicta priuilegia peruererunt in posse conuenti, quòd eorum tenorem articulauit in

In lite vertente inter ipsum, ac Baronem Octayani ut fol. 42. a t.

Tandem pro conuento opponitur, quod Actor est excludendus exceptione tricennalis præscriptio-nis

Sed quidem exceptio hæc, nullo modo, potest ipsum iuicare ex pluri-bus.

47. Et primò, quòd non sunt verifi-cata requisita in *constitutione consuetudinem* videlicet præsen-tia Actoris in Regno, & licet pre-supponat debere præsumi allegans D. de Giorgio, nihilominus dicta opi-nio est contra Affl. in *constit. consue-tudinem* nu. 4. ac Angelum, & Alex. in *consil.* 118. num. 11. lib. 2. vbi dat cautēlam Aduocatis in probando talement præsentiam, alias deficerent in salutari suo.

Secundò, quòd dicta præscriptio fuit interrupta per litem intētamat in anno 1602. in Regia Camera Summariæ per Baronem Octayani super relaxatione feudi prædicti, ob defēctum assensu, vt ex actis fol. 45. a t. in qua idem Baro vigore constitutionis constitutionem re-uocauit omnes alienationes feudi prædicti, absq. assensu factas, vt fol.

47. a t.

Tertiò, quòd dempta minori æta-te Actoris de medio, non sunt trans-facti dicti anni triginta, cum tem-pus adultæ, ac minoris ætatis sit de-trahendum, quo tempore durante, dormit præscriptio l. sicut C. de præ-script. 30. ann. Isern. & alij, quos re-fert, & sequitur *Intrigia*. in l. cent. de feudis c. 7. n. 34. cum seq. post Affl. in d. const. consuet.

Nec obstar, quod Iulius Actor maior factus non reuocando, vide-tur ratificasse venditionem prædi-ctam, tum stante taciturnitate per quinquennium, tum recipiendo interius ium prætij d. feudi vēdit. 48. Nam responsio est clara, cum

non sit verum de iure, quod per lapsum quinquennij post minorem ætatem sit inducta ratificatio, cum termini d. l. finalis C. si maior factus procedant, quando maior approba uit gesta in minori ætate, quo casu nō debet audiri nisi in illis quatuor casibus tantum à glo. in d. l. enumera-tis, ultra quos non extenditur, quæ ratio in præscriptione cessat, quia illa currit absq. voluntate ac cōsensu eius, contra quē præscribi-tur secundū glo. singularem in l. 1. S. pen. vers. nisi tamen ff. de dolo, quam ad hoc comēdat Bal. in l. cum qui C. de iuris, & facti ignorantia, vt per Caldas. in l. si Curatorem in vers. in-fra legitima tempora nu. 19. C. de re-stitut. in integrum.


Neq. appetet receptio pecuniæ per Actorem facta, & quando ap-pareret, neq; operaretur contra-diclus nulli confirmationem, quia creditor recipiendo intelligitur re-cipere vt tanto minus perdat, vt per Innoc. in c. super hoc de renunciat. Bart. Paul. de Castro, & alij relati per Lanarium consil. 33. nu. 11. & iura in contrarium allegata loquūtur in soluente, vt per eundem Lanar. loco citato.

Imò dicimus, quòd si nè dum ta-cite d. Iulius ratificasset dictam venditionem factam per quond. Scipionem eius patrem, sed etiam expræssè, equidem neq; ei obesset stante reuocatione per ipsum facta vigore constitutionis Regni ante impetrationem d. regij assensu.

Ex quibus omnibus vndiq; con-cludendum, quòd dum feudum prædictam est quaternatum secun-dum quid, & in eius alienatione deficit vterq; assensus Regis, ac Bar-onis, quòd legitimè processis reuocatio vigore præfatæ constitu-tionis, ex quo nec consuetudo con-traria est probata, nec assensus su-per transactione obstat, mala fides

in Scipione venditore nulla considerari potest, Assensus regis post mortem nullo modo impetrari permittitur; & proinde condēnandos.

49 Cōuētos ad relaxationē feudi vna cū fructibus perceptis à die alienationis, tanquā malefidei possessores ad text. in l. s. p. rādiū C. de prādijs minorum, & alios allegatos per Aff. in decis. 278. nu. 5. & per Capycium in d. c. Imperiale in verbo unde Imperator vers. 3. queritur fol. 41. & 42. ac Menochius in tit. de recuperanda possessione remed. 15. nu. 611. prout sic pronunciandum spero per prāstantissimos, ac integerimos ius dicentes, qui cætera suppleant.



Allegationes V. I. D. Octauij Bammacarij feudistæ Maximi, contra V. I. D. Iulium Cesarem de Rubeis, Pro Decio Miranda, eiusq; Authoribus laudatis.

### S V M M A R I A.

- 1 Venditio subfeudi quaternati secundum quid absq; Regis assensu facta an possit revocari vigore Const. Constitutionis Diue Memoriae.
- 2 Assensus Regis quaternat subfeudum venditum cum illo, & nu. 3.
- 4 Bartolomeus Camerarius dices, quod assensus Regis super subfeudo impetratus quaternet illud, declaratur quomodo procedat, et n. 3. 6 et seqq. Opinio Camerarij declaratur procedere quando adest clausula, ut subfeudum teneatur immediate, & in capite à Regia Curia sub eod. num. 4. & quando adest clausula, ut ab eo, & sub eo teneatur, et num. 7.
- 7 Rex per assensum non alienas, sed

- alienantem non impedit, nec de novo concedit.
- 9 Assensus Regis super alienatione subfeudi Baronis tollit obstatum Constitutionis Diua Memoriae, & perfectionat actum.
- 10 Assensus Regis prima vice impetratus super alienatione subfeudi, a semper requiratur.
- 11 Quaternatio feudi quando inducatur.
- 12 Praeses de Franch. 'decis. 154 nu. primo de feudo quaternato loquens, loquitur perfunctione.
- 13 Reuocatio per Cōst. Constitutionē Diue memoriae non procedit in subfeudis Baronum.
- 14 Possessio, & multiplicata alienationis cum solo assensu Baronis declarat subfeudum, & si quaternatum, ut possit alienari sine assensu Regis.
- 15 Consuetudo loci in alienandis subfeudis Baronum cum assensu Regis, vel sine assensu, an attendatur, & an valeat, & num. 16. & 17.
- 18 Assensus Regis, an requiratur quando conceditur res nemoroja, vel parum utilis etiam in pecunia, & nu.
- 20.
- 19 Marinus Freccia auth. 19. dices ex cadentialia, non debet reprehendi à Fab de Anna. conf. 51. sed est intelligendus secundum Andr. de Iser. quem allegat.
- 21 Assensus Regis quando possit impetrari post mortem alienantis, qui impetraverit assensum Baronis.
- 22 Assensus Regis postea impetratus venit cumulatue ad assensum Baronis.
- 23 Baro in subfeudo quaternato secundum quid dicitur causa immedia- ta.
- 24 Assensus Baronis, an possit prestari, solo verbo, vel alio modo, vel an requiratur forma Cancellaria.
- 25 Pragmatica sub tit. de fide memoria- lium non procedit in negotijs Baronum.

Adobs

- 26 Ad oba receptio inducit assensum tacitum etiam recipiatur ab Aerario sive Castaldo, vel procuratore Baronis n. 27.
- 28 Assensus ap., & quando possit imputari, sit pendente.
- 29 Assensus omni tempore impetrari potest, quando non datur reuocatio vi-gore alicuius legis.
- 30 Rex quando cepit apponere manus super assensu impetrando, Baro non potest reuocare.
- 31 Venditor tenetur exprimere qualita tem rei venditæ specificè.
- 32 Qualitas feudal is debet exprimi per verba specialia, & non sufficit per verba generalia.
- 33 Qualitas feudal is non dicitur expressè, si dico, vendo tibi iuxta formam meorum priuilegiorum.
- 34 Taciturnitas venditoris in non exprimendo qualitatem feudi quaternati secundum quid, iuuat em-priori, ut non possit dari reuocatio, & n. 36.
- 35 Venditor non exprimens qualitatem feudalem tenetur ad interesse em-priori, etiam si ex ignorantia non expessisset, & n. 37.
- 36 Venditor rei feudal is tenetur ad totalem interestem, non obstante quod contractus feudal is sit nullus ex defec-tu assensus.
- 39 Prescriptio longissimi temporis convalidat contractum inualidum ex defectu assensus, quod declaratur.
- 49 Receptio interessuri post minorem etatem tacite validat contractum.
- 41 Minor etas non subtrahitur, quando postea factus maior approbat contractum tacite, vele expressè.
- 42 Reuocationi ex Const Constitutionem Diua memoria prescribitur spacio 30. annorum.
- 43 Petens res steriles nunc melioratas, & tot annis non debet audiiri.

**P**Rætendit Dominus Iulius Cæsar de Rubeis legitimè reuocasse venditionem, per eius patrem factam in anno 1578. territorij subfeudalis Curiæ Ottiani, ex eō, quia in ea deficit assensus Regis, & quod assensus Baronis super ea impetratus non sufficiat. Eius prætensio fundatur auctoritate Camer. in l. Imperiale fol. 69. col. 2. litera F. in magnis, qui tenuit opinionē quod Regis assensus impetratus super concessione subfeudi Baronis quaternat feudum, & dicitur quaternatum secundum quid ex verbis Iser. in const. si quis Baro ibi consensus regis quaternabis istud, quia Rex confirmans videtur donare, & consequenter subfeudum, de quo agitur, fuit effectum quaternatum, dum in anno 1549. fuit concessum primò Domino Fælico de Rubeis, cum onere adohæ carolenorum decem soliæ Curiæ Baronali Ottiani, & super hac concessione fuit impetratus Regis assensus, & venditio deinde facta in anno 1578. per Scipionem filium Fælicis de dicto subfeudo requirebat etiam Regis assensum.

Conuentus quinq. opponit principales exceptiones, seu quinque medijs! se defendit, ex quibus, & quolibet ipsorum venit absoluendus.

4 Dicit primò quod opinio Camer. non est intelligenda secundum le-gitiram partis, & ita simpliciter, vt pars aduersa illam intelligit, sed cū distinctione, vt procedat in casib; in quibus in assensibus adest clausula, vt subfeudum teneatur immediatè, & in capite à Regia Cur. quo casu ex consensu patti, & Regis subfeudum efficit quaternatum. Sed deficiente clausula prædicta (vt in facto deficit) nunquam assensus simpliciter impetratus ad tollendum obstatulum, tunc quaternat feudu,

& ita intelligi debet Camer. alias eius opinio non esset vera.

Prædictam conclusionem firmauerunt infra scripti Doctores.

*Affl. decis. 282.* in primo dubio quod per S.C. ita sollemniter testatur decisum, causa plenè discussa, & In c. i. de contro. feudi apud pares terminan.

5 *Vrfill. ibide col. ibi, quod sum fali lit, quando simpliciter assensit, nam per simplicem assensum Regis in contractu venditionis, seu concessionis Baronis non sit feudum quaternatum.*

6 *Iser. clatis verbis de capita, qui Cur. vendidit nu. 21. vers. baronia vero est Castrū, ibi propter hoc quis haberet plura feuda, det unum aliū cum consensu Regis, ut sub eo, & ab eo teneatur, & erit Baro.*

*Lipar. ibidem litera B. vers. cum consensu Regis, qui allegat.*

7 *Capicum in cap. feudales assensus vers. effectus fol. mihi 82 ibi quidam intelligunt Andream in d. Conf. vt tunc sit feudum quaternatum, & Rex videatur dare, quando est dictum in assensu, ut ab eo, & sub eo teneatur, & ad hoc refert verba.*

8 *Bald. in c. que in Ecclesiarum de confitu. col. 5. vbi dicit, domino autem contentiente omnis concessio valet: nec dicitur dominus alienare, sed alienantē nō impedire, & ius eius prorogare, nō de novo concedere l. si pater §. fin. de manumis. vind. & huic loco se remittit. Capic. quando hac de re loquitur in cap. feudorum genera vers. quaternatum verbo ponit Andreas in Cōfīt. quis baro fol. 230. idem Liparulus ad hoc allegat.*

*Dominum Marinum Frecciam, præteriti seculi feudorum Aurigam in capitulo de origine Baronum nu. 39. & 55. & post. alios.*

*Dominus Marchio Murconi in tie. de assensibus Regis §. 2. nu. præsertim 11. et 12. vbi rationes refert istius ve*

re cōclusionis, quas non repeto. sed reuideri quæso à Dominis Iudicibus.

9 Addo ego ad hoc insignem doctrinam Francisci de Annis, de bis, qui feudum dare possunt fol. 29. vers. secunda autem questio, vbi declarando Iser. in d. confit. quis Baro, & in alijs locis, formata prædicta quæstione, concludit cū *Affl. decis. 282.* subdens, quod assensus Regis in concessione subfeudi facta per Baronem, dupliciter considerari solet. Vno modo ut tollat obstaculū sublocationis prohibitorum per Constitutionem Regni Conf. diue memoriae alio modo ut assentiat pro perfectionando, & informando actum. Primo modo consideratus assensus, nil de novo inducit, sed facientem non impedit, remouendo. obstaculum l. si pater in fine de manumissis vind. assensus iste id facit, & inducit, quod induceret consuetudo infeudando, reducendo membrum. istud, in quo dispensatur ad ius commune, ad quod facilis est transitus l. si unus §. quod in specie de pacis, id etenim, quod facit consuetudo præscripta operatur dispensatio, & dicetur quasi præuenta consuetudo, & eis doctrina reassumpta ex Camer. fol. 7. col. 4 litera S.

10 Item eumdem Capic. decis. 156. num. 20. vers. non obstat quintum, qui optime dicit, quod subfeudum concessum per Baronem cum assensu Regis, poterit deinde passim alienari cum solo assensu Baronis.

11 *Ioseph. Cumia in t. si aliquem verbo subfeudatarium n. 14. simpliciter allegat, & sequitur Affl. d decis. 282. & hæc opinio, & distinctio fuit per eumdem Baronē Ottaiani practicata, & recepta, quia in alia cōcessione subfeudi facta Mario Saxo, fuit in supplicatione, & assensu apposita clausula, q̄ teneatur immediate à Regia Curia, & non à Baronali, ergo vbi nolle-*

- voluerunt quaternare dixerunt arg.  
l.unica s.fin autem ad deficentis.C.de  
eadiuis toll. hic non dixerunt partes  
neque Rex, ergo voluerunt quater-  
uare, & hoc est etiam clarum, quia  
solucio adohæ fuit promissa Baroni,  
non Regi, ergo nullo iure assensus  
simplex contra mentem contrahen-  
tium potuit quaternare subfeudū.
- 12 Nec parti opitulantur verba Do-  
mini de Franchis decis. 154. num. 1.  
qui perfūctoriè loquitur, nec in ca-  
su, de quo agitur, quia Affict. decis.  
282. non allegat, neque articulum  
disputat, ex quibus liquet hanc ve-  
ram communem, & per S.C. recep-  
tam esse opinionem, & minimè sunt  
mutanda, quæ certam interpretationem  
habuerunt, l.minimè de legi-  
bus, & S.C. magna est auctoritas De-  
cio teste conf. 379. Preses de Franch.  
decis. 238. nu. 3.
- 13 Reuocationem vigore l. Regni  
Constitutionem diue memoria non  
dari in feudis planis, seu in subfeu-  
dis Baronum, est indubitatum. Af-  
fict. ibidem num. 23. Marinus in ver-  
bo pluribus modis limitatur, nu. 38. &  
39. & in tit. de feudis quaternatis, &  
planis, & de tabula num. 6. Io. Thom.  
de Marinis de gener. & qualit. feudo-  
rum in tit. de feudo ex pacto, & prou-  
identia antiquo vers. Constitutio Regni,  
nu. 18. fol. mihi 126. in 10. tomo tract.
- 14 Secundò principaliter se tuetur  
conuentus ex possessione interpre-  
tatiua subsequenti, quia in tribus  
alijs alienationibus subsequenti-  
bus istius subfeudi nunquam fuit  
referuatus, nec impetratus Regis af-  
sensus, sed solius Baronis, & cum  
hac possessione interpretatiua de-  
cursi sunt anni 30. quæ interpretati-  
ua possessio omnē resoluti difficultatem,  
declaratq; tam Regis, quam  
partium intentionem, & est talis po-  
tentia, ut non requirat longi tem-  
poris præscriptionem. Bart. conf. 56.  
commune Spoleti D. de Ponte conf. 21.
- n. 23. & 29. & in d. 5. 2. de assensib. n.  
13 14. post alios.
- 15 Tertium principale mediū, quo  
se tuetur possessor, est antiqua con-  
suetudo terræ Ottiani deducta, &  
probata, cuius virtute Barones in-  
distinctè absque alio Regio assensu  
demanalia feudi parùm vtilia, &  
inculta concederunt, & concedere  
potuerunt, & cum misterio in prima  
concessione facta per Baronē quon.  
Felici de Rubeis in anno 1549. di-  
ctum fuit iuxta vsum, & consuetu-  
dinem Terræ Ottiani, quæ consue-  
tudo de illicito facit licitum, l. Im-  
peratores in fine de pollicit. Isen. in c. si-  
militer de cap. Conradi, et in cap. Quo-  
niam de probib. alien. per Lothar. Af-  
fict. in l. Imperiale. S. præterea du-  
catus num. 16. de probib. alien. per Fri-  
der. D. Marquiss in limit. ad confis.
- 16 Regni num. 79. limit. 23. vbi specifi-  
cè inquit, quod consuetudo est pro  
assensu, & consuetudinem alienandi  
feuda absque assensu dominorum  
valere, post Io. Raynaldum. latè pro-  
bat Iacobinus in verbo, & cum pacto  
de non alienando, nu. 16. vers. sed hic  
cadit pulchra dubitatio, fol. 198. tomo
- 17 10. tractat. vnde, stante dicta con-  
suetudine, per necessè pars negare  
non potest assensum illum Regium  
impetratum in prima concessione  
anni 1549. non fuisse necessarium,  
& eius impetrationem fuisse, vel ad  
maiorem cautelam, quæ obesse non  
debet. l. testamentum. C. de testam. vel  
intercessit pro obligatione feudalium  
promissa per Baronem, pro euictio-  
ne, vel superfluuus iudicatur, & nil  
operatur. Isen. in c. 1. S. sed nec est  
alii iustior post num. 38. quæ sit prima  
causa benef. amitt. fundat D. de Ponte  
conf. 95. nu. 18. Item assensus Regis  
non erat necessarius, quia poterat  
Baro rem nemorosam, & sterilem,  
ac parù vtile cōcedere etiā in pecu-  
nia ut vinea plantaretur, ut pbat la-  
tiūs D. Frecc. auct. 19. cuius doctrina

procedit in bonis demaniaibus. sequitur *Cumia post Pos. de Greg. in vers. in capite nu. 24. & 25. & nouissime Fab. de Ann. cons. 5 i. n. 1. 2. & 3.* qui temerè ausus est corripere d.  
 19 Marinum, qui & si proferat verbum in bonis excadentialibus, tamen dum allegat pluribus in locis *Iser.* qui loquitur de bonis demaniaibus, secundum eius doctrinam, quam allegat, erit intelligendus, & exemplum obiter prolatum non restringit regulam, nec imaginare possumus nos tantum virum ignorasse differentiam bonorum excadentialium, & demaniaium.

*Additio.*

20 Et quod in Regno nostro bona demania feuda sterilia, & parum utilia concedi possunt, ut plantentur, & ad culturam redigantur cum proportionata pensione in pecunia, nisi pessimo esset exigua adeo, ut fraud argueretur absque Regis assensu optime *Camerar.* fol. 6. col. 2. lit. H. verific. Ex quibus colligere poteris, qui ad id allegat *Luc. de Pen.* & *Affili. dec.* 126. in fine, *Parid. de Puteo cap.* 34. n. 9. *Capyc. in cap. feudorum alienationes limit. 5. in sua inuest. feud.* & sunt expressa verba *Isern.* ad hoc in *Constit. Regni Constitutionem Diue memoria in verbo minuendis ibi feudatarius terras parum utiles de demanio feudi potest locare, ut plantentur, & portio fructuum reddatur Domino in pecunia, nec tam modica, ut presumatur fraus.* Et notandum est illud verbū in pecunia, ex quo declaratur doctrina eiusdem incap. primo an ille, qui interfec. fratr. Dom. sui, & in cap. primo de capitul. *Conrad.* nu. 8. ibi non pecunia, ut illa negatiua corrigi debat in pecunia, ut loquitur in dict. gloss. minuendis sequitur *Lyparul.* (quamvis non sit sua ista declaratio) in d. cap. primo an ille qui interfec. fratr. Dom. sui in fin. lit. V. in verbo amiclit.

Andr. Capanus.

21 Quartò principaliter dicit possessor, data, & non concessa lectura partis, quod assensus ille fecisset iam feudum quaternatum secundum quid, adhuc venditio non potuit renocari per Constit. Regni, & assensus Baronis impetratus in uita alienatis huc producit effectum, ut etiam post mortem subsequi possit Regius assensus ex ratione, quia actus coepit esse perfectus in uita alienantis per assensum Baronis impetratum, quia Baro est causa proxima, & immediata, & magis vrgens quam causa mediata, & sic assensus Baronis est potentior hoc casu, quam Regius *Anna post Bald. & Camer. allegat.* 45. num. 6. & 8. & quod præcedente assensu Baronis in vita post mortem alienantis possit impetrari assensus Regis, est punctualis decisio *Affl. in lege Imperiale in cap. incipiente vigesimo quarto quero.* q. 36 nu. 50. fol. 165. de probib. feudi alien. per Feder. post *Paridem de Puteo de reintegra. feudorū.* c. 276. incip. an si quod feudum, fol. mihi 368. quos refert, & sequitur, nemine ex his, quos haec tenus vidi, dissentiente, *Dominus de Ponte.* S. 2. de assensibus, num. 22. in tracta. de potestate Proregis reddunt rationem, quia habita causa immediata valida, non attenditur causa remota, & mediata inutilida l. dedi S. subtilius de cond. ob causam Bal. optimè in l. de quibus nu. 49. ff. de legibus, & contentus Regis post mortem præstitus transbitur ad tempus congruum scilicet consensus præstiti per Baronem, quia Regis consensus venit accumulatione in consensu Baronis, & accumulatione sapit naturam illius, cui accumulatur arg. l. i. S. si quis, ff. ut legat. nomine caueatur, sunt verba *Paridis de Puteo* loco citato, & in feudis causa proxima potius attenditur, quam remota *Camer.* fol. 73. post Curt. & Bal. cumulatos per D. 23 de Ponte, Baro in subfeudo quaternato.

nato secundum quid est causa immediata; quia ab eo immediatè tale subfeudum tenetur, & eidem correspondet de annuis carolenis decem pro adoha, ergo dato assensu Baronis in vita alienantis impetrato, ut in facto est deductum, legitime potuit Regis assensus post mortem impetrari, prout impetratus fuit.

Duas facit oppositiones pars aduersa, dicit primo quod nos non habemus assensum Baronis validū, quia memoriale expeditum per D. Iuliam de Medicis sub die ultimo lunij 1578. non fuit deinde extensus in forma Cancellariæ.

24 Tripliciter respondetur huic oppositioni, primo de iure communi, Barones solo verbo possunt praestare assensum, & praestare solent, per rescripta seu memorialia, & ita in pluribus magnatibus practicari videtur, & praesertim in domo Principis Bisiniani Nicolai Berardini Sanseverini, & eius curatorum, vbi per annos quindecim interueni in consultationibus, & expeditionibus memorialium sub dicta forma, & est notorium dominis Iudicibus, &

24 Pragmaticæ sub iur. de fide memorialium disponentes, quod non creditur memorialibus absque priuilegijs in forma Cancellariæ, & sigillo, loquuntur in Regijs negotijs non Baronum, & in prima Pragmatica exprimitur ratio, ne fraudentur directus Secretarij, & sigilli Regij, quæ cessat in Baronibus.

26 Secundò, nos habemus assensum tacitum per receptionem adoharum factam à Barone per annos 30. ex certa scientia, quia in Regia Camera comparuit Baro, & condemnari fecit dictum Miranda, & suos predecessores ad adohas, quas deinde recepit pluribus vicibus continuatis, & receptione adoharum inducit tacitum Baronis assensum, qui sufficit,

post alios latè probat, *Amadeus de Ponte de Laudemij s. 16. arg. h. quidam ex parte de cuiuslibet, cum alijs iuribus, per eum allegatis, Dominus Freccia in tit. de differentijs feudi quaternati à planis, & de tabula differentia undecima, & 25. Fab. de Ann. cons.*

27 113. nu. 1. Inquit quod seruitia, seu adohæ essent praestita non Baronii, sed Procuratori Aerario, vel Castaldo cum cursu longi temporis, adhuc censeretur praestitus assensus tacitus Baronis, idem *Freccia in prima auth. q. 28. in fine vers. quid si Dominus Procurator*. Tertio respondetur quod Baro absentij in anno 1605. in amplissima forma emptionis factæ per Detium possessorem subfeudi, quod fuit illorum de Rubeis, nec dicat, quod fuit praestitus post mortem alienantis, quia in subfeudis Baronum per mortem alienantis, nō inducitur reuocatio, quia ex *Regni Constitutionem diuina mem. loquitur in feudis quaternatis simpli- citer, ex quibus liquet, quod nos habemus triplicem assensum Baronis, duos s. expressos, & unum tacitum per receptionem adoharum.*

28 Secunda oppositio partis est aduersus Regium assensum, quod sit impetratus, lite pendente, sed ultra Afflictū, Paridem de Puteo, & alios supra allegatos, quod etiam lite pendente, imo cauta forte conclusa, possit impetrari assensus Regius, & alias Decisio Sacri Concilij in causa Antonij Palmianæ cum Duce Ariani habuit assensum pro valido testatur Capic. & ipse sequitur in inuestitura c. feudorum excusationes verbo ex causa iudicati vers. & quid si actum sit iudicio hipotecaria fol. 195. & aliqua decif. 51. nu. 10. fusiūs Ioannes de Amicis conf. 150. num. 6. et sequentibus, qui contrarijs responderet, 29 & vbi non datur reuocatio assensus, omni tempore impetrari potest, ut in dote, cuius favore etiam post mortem

- mortem impetratur Dominus Frecia limitat. 22. ad Constitutionem Regni. & cæteri passim, in casu isto actus per assensum Baronis cæpit statim esse perfectus. Ergo in eo non cadit reuocatio, & sic potuit post mortem, & litem motam subsequi
- 30 assensus regis. Alio similicoroboratur, quia quando Rex cæpit apponere manus super assensu, dicendo Intimetur parti, ergo non potest amplius contractus reuocari, quia cæpit esse perfectus per appositionem manus, & ita practicari testatur Dominus de Ponte de potestate Proregis. in tit. de assensibus Regij.
- 31 Quintum principale medium est, quod in hoc casu etiam si esset feudum quaternatum secundum quid, vel simplex, & requireretur etiam Regius assensus, adhuc reuocatio partis non procedit, & in hoc rogo pariter animaduerti, nam viua ratione pars aduersa conuincitur, dum hoc subfeudum vendidit, & non expressit, sicut i ex iuris censura exprimere in hoc contractu bonæ fidei tenebatur, dicti scudi qualitatem, sed illam tacuit, non enim certiorauit emptorem, quod feudum erat quaternatum secundum quid, quodque nedum Baronali, verum etiam Regio opus erat assensu; quo casu callide, & dolosè, cum Reuententia, se gessit, decipiendo emptorem in tacendo prædicta, colligitur ista conclusio apertè ex text. in l. queritur, S. si vendor ibi nisi sciens vendor consultò reticuit, ff. de adilit. edict. per quem tex. glof. in l. pacisci, ff. de pact. tenet vedorum esse obligatum exprimere, & declare defectus emptori ignotos, alijs succurritur emptori per text. in l. 1. S. fin. ff. de act. emp. & l. queritur. ff. de adilit. edict. & facit ad casum nostrum tex. in d. l. 1. S. fin. ibi scire vendorē, & celare sic accipimus, non solum si non admonuit, igitur tenetur admonere, & certiorare qualitatem rei, & exprimere illud, quod potuisse alteram partem de veritate certioratam, à contractu retrahere, alijs dicitur esse in dolo, ut egregie docet Berous in conf. 177. num. 41. cum seq. vol. 1.
- 32 Nec excusat venditorem qualitatem rei tacentem, etiam si millies per quæcunque verba generalia, se ad aliquid nolle teneri dixisset, quæ verba deficiunt in casu nostro, adhuc tamen vendor teneretur iuxta tex. in l. tenetur, S. fin. ff. de act. emp. et tex. in l. Julianus, S. idem Julianus, ff. cod. & dum vendor tacuit, quod erat feudum quaternatum secundum quid, & quod requirebatur assensus Regius, dicitur esse in dolo, & ratione doli tenetur ad totale interesse, facit optima additio ad decisionem Cappel. Tholos. 360, in ver. quod si est factum pactum.
- 33 Ex quibus clarè patet venditorem se iuuare non posse sub prætextu, quod dum territorium hoc alienauit, dixit iuxta formam suorum priuilegiorum, quasi sub ipsis verbis expresserit qualitatem feudi quaternati secundum quid, referendo ad priuilegia, vt relatum sit in referente, nam responsio est clara, post quam de iure vendor per verba clara, & non obscura, & sub inuolucro verborum tenebatur monere emptorem de omnibus oneribus, & qualitatibus rei emendare, ad quod allego punctualem decisionem Regentis Lanar. in conf. 15. nu. 34. vbi rogo legatur.
- 34 Præterea mala fides vendoris sole clarior liquet, dum hoc territorium vendidit, non reseruato assensu Regio, si erat feudum quaternatum secundum quid, vtique assensus Regius requirebatur secundum lecturam partis, & proinde de necessitate ab eo saltim erat in contractu reseruandus propter honorem

rem Domini ita Camer. in d. cap. Imperiale pag. bona enim fides tunc argueretur, quando saluo assensu Regio contraxisset, alias tacendo fuit euidenter in mala fide iuxta tradita per Annam in repetit. saepius citatæ constitutionis diuæ memoria num. 166. ibi in versc. quando esset dictum, & iterū hoc repetit nu. 191. vers. quia in Regno, adeòque mala fides vendentis est inexcusabilis, & in hac materia de iure præponderat culpa venditoris in tacendo culpæ emptoris in non inuestigando qualitatem rei venditæ

45 Alex. conf. 14. vol. 5. & in specie, quod emptor non aliter qualitatem rei emendæ inuestigans, possit agere ad interesse, optimè firmat Capic. in inuestit. feud. in tit. feudorum emptores vers. amplia. 3. fol. mihi 182. Et Episcopus Lipar. in addit. ad Andr. in cap. Imperiale, S. Imperator nu. 18. vers. vellet de probib. feud. alien. per Feder. & alia notabilia circa hoc cōgessit præfatus Reg. Lanar. omnino videndus in citato conf. 15. nu. 34. Et in conf. 48. nu. 2. 3. & 4.

Dico plus, quod in hac materia non curatur si dolo, vel ignorantia venditoris decipiatur emptor, etenim in utroque casu venditor siue sciens, siue ignorans fuerit, semper erit obnoxius ad totale interesse ex tex. expresso in l. 1. S. iam vers. neque enim interesse, ff. de adiit. edict. per quem tex. scribentes etiam inferunt quod si venditor per ignorantiam, & non per dolum vendidisset, rem feudalem uti allodium, quod ad pretium rei quanti nunc valet res, & ad totales interesse obligatus remansisset iuxta decisione Sacri Conf. 278. relatam ab Affl. defumpta ex doctrina Bal. Aluar. Prepos. Et aliorum in c. si vassallus se de feud. defun. controu. cum sim.

36 Ex his pariter duæ vere eluce-

scunt conclusiones, Vna est quod venditor eo ipso, quod feudum hoc vendidit saluo assensu filius Baroni, non specificè declarando, quod erat quaternatum mixtum, nec reseruando assensum Regium, procul dubio fuit in dolo, quo casu venditor priuatur facultate revocandi vigore constitutionis, ut Mar. Frecc. in limit dictæ constit. num. 4. copiosè docet.

37 Altera verò conclusio est, quod in isto casu venditor tenetur ad tantuadem, & ad pretium rei, prout nunc valet territorium, etiam si ignoranter egerit, quia vel est dolus ex proposito si sciuit, & tacuit, vel si ignorauit, est dolus re ipsa, & utroq; casu tenetur ad interesse, non n. interest quo modo emptor decipiatur si dolo, vel ignorantia venditoris, quandoquidem in utroque casu, ut dixi, venditor omnia damage emptori resarcire debet iuxta notata in d.l. 1. S. causa in ver. neq; enim interesse ff. de adil. edic. Et ibi Doc. omnes.

38 Et licet ob parentiam Regij assensus contractus videretur nullus (quamuis re vera non sit nullus in casu isto) tamen ex eodem contraetu nullo nascitur ista actio emptori bonæ fidei ad interesse, ut post Jacob. de Beluif. tradit. Affl. in d. cap. Imperiale in 3. not. num. 111. nullitas enim consideratur quantum ad translationem dominij feudi tantum, non quantum ad praedium vendentis feudum mala fide, ut in casu isto, ita eleganter Capic. in inuestit. feud. in tit. feudorum emptores in 2. amplia. fo. 182. multis alias optimas auctoritates cumulat Reuerendissimus Dominus de Anna Episcopus Bouinenfs. in suo feudali responso num. 57. Et 58. quod est impressum post secundum vol. allegationem Vincent. de Anna in ultima impressione, ubi expressè concludit

dit venditorem teneri ad totale interesse etiam ex isto contractu nullo, & pro hoc totali interesse iam est compilatus processus aduersus actorem.

39 Præterea cōuentus præscriptio-ne longiss. temporis se defendit, dum tamdiu subfeudum prædi-ctum bona fide, præsēte aduer-tario in hoc Regno, cum p̄festatione de-signari seruitij pecuniarij pacificè, & bona fide, spacio xxx.annorum, & plūs possedit, quo casu contra pri-uatum proculdubio præscribitur feudum, ut cauetur in *constit.* incip. *confuetudinem prauam in tit. de rei act.* quam intelligit glo. ibi in vers. alij debeat, procedere etiā si super titulo nō adsit Regius assēlus, quia quando interuenit assensus Regius, possessor ab initio est dominus, & præscriptione non indigeret, sed ad supplendum defectum tituli, inducta est ista præscriptio per Regni le-ges in odium negligētis, & pro pu-blica vtilitate, ne dominia rerum sint in suspenso, est verum quod contra fiscum maior præscriptio requirebatur, ut in sequenti consti-tutione quadragenalem in tit. de pro-rogat. præscript. habetur etiam per Andr. in constitutione Regni incip. si dubitatio sub rubrica de probat. per in-scrum publ.

40 Nec opitulatur aduersario dum replicat præscriptionem hanc tri-ginta annorum non esse comple-tam, deducendo tempus suæ mi-noris ætatis; quo ipsa dormit iux. tex. cum simil. in l. sicut, C. de præ-script. triginta, vel quadraginta annorum, nam ipse minor postea fuit maior effectus, & dupliciter venditionem prædictam ratam habuit, tum quia per annos quin-que, & plus tacuit, tum etiam quia recepit interusurium pretij dicti territorij, & sic recipiendo pre-tium expressè ratificauit paternam.

venditionem ad tex. in l. quidam ex parte ybi Bal. not. ff. de cuiet. & l. sed Julianus, l. fin. & ibi glo. in ver. ces-sabit Senatus consultus, ff. ad Maced. quæ quidem ratificatio, fictione iuriis trahitur retro ad tempus contra-ctus, l. fin. C. si maior fac. rat. al. bab. ibi quasi ab initio, legitimo decreto fuisset res alienata Alex. in conf. 117. nu. 2. Ant. Fabr. lib. 3. commu. opin. tit. de minor. concl. 4. num. 2. & Dec. conf. 219. nu. 4. vers. præterea etiam, vnde sequitur quod semper venditioni prædictæ actor cōlensisse vide-tur, & ob id eò vehementius illa conualidata remansit, latè scripsit Anna filius in conf. 29. num. 19 & 20. & idcirco in hoc casu nequaquam erit tractandum de aliqua minori ætate subtrahenda, secundum Bal-dum in tract. de prescript. in 6. & vle. par. in 23. casu car. mihi 65. vers. po-stremo circa, ut nō ab re Loffr. in conf. 11. num. 48. recte affeuerauerit in 41 isto casu, data ratificatione, de mi-nori ætate non esse disceptandum quia ratificatio prædicta operatur prout ex tunc, ac si ab initio facta esset, & sic actus ab initio inexpugnabilis redditur, ita Octau. Simon-cel. in tract. de decret. lib. 3. sit. 9. n. 16. & Sforz. Od. in tract. de in integr. re-sist. par. 1. quest. 25. nu 48. quo circa ex vi etiam istius legitimæ præscrip-tionis actor iuste repellitur.

42 Non omittens, quod tanto tem-pore triginta annorum præscribitur etiam iuri reuocandi feudum iuri-tute dictæ constitutionis constitu-tionem diuæ memorias secundum glo. in ead. constitut. in vers. reuocare, quā Anna pater refert in repetit. ip-sius constitutionis, n. 277.

In summa satis iuste, ac rationa-biliter ex u. tot, ac tantarum ratio-num erit concludendum pauperem. & copioso numero filiorum onu-stum Decium possessorem sine du-bio pro hac causa nullatenus mo-lesgari

lestari debere, maximè &

Primò reassumendo breuiter superius dicta, quia subfeudum, re vera, est planum, & de tabula, in quo non cadit revocatio, & sufficit assensus Baronis etiam tacitus.

Secundò, ex quo adfuit vetusta consuetudo in Baronia predicta subinfeudandi absq; assentu Regio, ex eo quia res erat sterilis, modici momenti, tanto minus requirebatur assensus Regius, qui etsi interuenit, non tamen quaternauit, dum expresse non dixit velle quaternare.

Tertiò, quoniam quando propriè esset mixtum, vel secundum quid (prout nō est) & assensu Regio opus fuisset, dato assentu Baronis iam producto, cessa revocatio, & assensus Regius quatenus necessarius esset, omni tempore impetrari potuit prout iam ad maiorem cautelam fuit expeditus.

Quartò, ex quo aduersarius tacuit feudi qualitatem, nempè esse feudum quaternatum secundum quid, & quod in eo assensus Regius requirebatur, & idcirco dolum cum reverentia commisit ex proposito, vel saltim dolum re ipsa, propter quem actor redditur indignus facultate revocandi, & ad totale interesse obnoxius de iure remansit.

Quintò, & ultimo possessor reditum tutus etiam ex longissimi temporis præscriptione.

43 Illud tādem nō prætermittendū duxi, quod aduersarius dum territorium hoc sterile, & modici redditus inspiciebat, racebat, nunc autem illud nimio sudore, sumptu, atque labore possessoris in tot annis amelioratum intuens, in perniciem, & ruinam tot personarum, quæ pro hac causa pulsantur, anhelādo festinat, at si deterioratū videret, vtiq; silleret, quo circa petere non debet nunc, cuius contrarium non esset postulaturus iuxta regulam tex. in l.

pen.C de silus. cum concord. quem admodum, in simili materia aliàs S.C. considerauit contra quemdam prælatum Ecclesiæ, qui vendicabat pro Ecclesia terras Ecclesiæ, videns eas benè melioratas, cui opponebatur de dicto tex. in l. pen. ob quod possessores tanto facilius absolutos fuisse refert D.Praf.de Franch. in decif. 561. in fi 4 vol. quæ rætio multo maius militat prò conuento isto possessore, ob id pariter, vt sperat, & rogat, erit ab hac vexatione absoluē dus, & sic tot iurgia, & lites etiam authorum contra alios pauperes authores iustè cessabunt, Reliqua verò pro solita humanitate amplissimi, ac religiosissimi Senatores supplicere dignentur.



### ARGUMENTVM.

Adoham esse onus feudi realē, non autem personale demonstratur, & ideo contra feudi possessorem dirigitur eius actio, & an, & quando possidens ciuitèr, vel habens Ius ad feudum, vel percipiat fructus feudi, non vti feudales, vèl quando alius percipit fructus feudi, aliùs dominium vassallorum habeat, teneatur adoham soluere, & an emptor, vel venditor, vel locator, vel conductor teneatur adohā soluere.

### S V M M A R I A.

I Adoba exigitur directè à possessore feudi.

2 Vas;

- Vassallus est obligatus ad adobam ratione feudi.*
- 3 *Residuum adoba non soluta per predecessorem, exigitur directè à possessore feudi.*
  - 4 *Adoba inducta est ad perpetuam utilitatem feudi.*
  - 5 *Adoba est onus reale feudi, & declaratur quomodo hoc sit intelligendum.*
  - 6 *Adoba non soluta de feudo dato in excambium, exigitur à possessore bonorum excambiatorum, sed in sub/sidium.*
  - 7 *Adoba potest præstari per substitutum, nisi aliter Rex voluerit.*
  - 8 *Adoba ut debeat, sufficit percipere annuam quantitatem pro fructibus feudi, & n. seq.*
  - 9 *Percipiens fructus feudi uti feudales, non autem possessor ciuilis, siue sequester, vel tenens feudum, teneatur ad adoham sub nu. 8. licet ipse percipiens non possideat feudum sub nu. 13.*
  - 10 *Adoba non debetur à percipiente fructus ex feudo non uti feudales, scilicet uti feudales, & sic habeat ius ad feudum, non autem in feudo, & sub nu. 8*
  - 11 *Conductor feudi, siue habens Ius temporale super feudo, cum assensu Domini, tenetur soluere adoham impositam tempore conductionis, vel existentia iuris super feudo.*
  - 12 *Secundogeniti non contribuunt de vita militia ad adoham.*
  - 13 *Emptor an tenetur soluere adoham, non autem venditor.*
  - 14 *Adoba non est deducenda, quando annua quantitas promissa est integrè absque diminutione, et decisio refertur.*

## Q V A E S T I O.

**S**olent quandoq; feudatarij oppi gnorare feuda, dare ad gaudimē tum, vel aliter de eis contraherre, adeò vt aliquando vñus est Dominus feudi, alter verò stat in eius possessione.

Dubitatum quandoq; apud Regnolcas fuit, ad quem spectet adohæ solutio, Barthol. Camer. in repetit. cap. Imperialem fol. 20. col. 2. lit. K. dicit, quod quando Dominus in Regno adoham sibi præstari eligit, quod tunc possessor feudi obligatur ad illam præstandam per iex. in Constitutione Regni, incip. siue reali, & licet posset opponi, quod adoha est subrogata loco seruitij personalis, vt dixi supra, & fatetur idem Camer. fol. 92. litera G. & litera H, in S. firmiter, & per consequens debeat sapere naturam illius, in cuius locum subrogata est, ex regula, & natura, subrogatorum, tamen procedit subrogatio, vt adoha reguletur secundum regulas seruitij quodad præstationem illius, vt potè circà tempora, casus, loca, & alia, Fab. Anna cons. 3. n. 13. & 15. non autem circà exactiōnem, circà quam iam Rex acceptando adoham, videtur personam feudatarij à tali nexu, & à seruitio pœnitius liberare, si ergo liberat personam, meritò res debet in totū remanere obligata, quia ratione feudi vassallus est obligatus, Affid. decis. 265 num. 5. 1. Proinde (vt alias diximus in hoc tract. q. 10.) quod semper debetur adoha à possessore feudi non solum tora, sed etiam si adesset residuum exigendi, vt potè si pro feudo esset taxatus Titius in centum, de quibus soluisset nona-ginta, tunc si alienaret feudum prædictum in Caium, tunc ad tale residuum non tenetur Titius, sed Caius possessor feudi, ea ratione, quia prætata fructuum debet solui onus, & sic

sic adoha , prò ut sic seruatum fuit  
in Regia Camera die 10. mensis  
Julij 1536. ad instantiam III. Mar-  
chionis Pulignani , qui alienauerat  
seuda in quoisdam particulares, quo  
tempore alienationis , erat debitor  
in residuo adohi , siue donatiui , &  
fuit ordinatum quod non obstante,  
quod dictus Illustris Marchio fuisset  
taxatus, tamen ex quo alienauerat,  
quod emptores dictorum feu-  
dorum soluerent prò rata dictum re-  
siduum , vt appareret ex literis Regiae  
Cameræ sub dicto die, in literarum  
adoha lib. 7. f. 26. l. 27. & iter. & ita  
fuit mandatum Ioanni Gagliardo  
Commissario residuorum Terræ La-  
boris . Est enim adoha inducta ad  
perpetuam vtilitatem feudi , prò  
quo feudo præstatur , quando Rex  
eligit illam exigere, idem Afflct. de-  
cis. 252. nu. 2. & n. 3. vbi dicit, quod  
in tantum est seruitium feudi , quod  
si vassallus illud non soluit, amictit  
feudum , s. sed nec alia iustior , qua  
fuit prima causa benefic. amicti. quod  
intelligas cum moderamine , ut in-  
fra dicam , Est enim onus reale , di-  
cit Frecc. lib. 2. de auctor. Baron. au-  
tbor. 5. num. 9. Camill. de Curt. fol. 42.  
num. 68. à num. 14. Fab. Ann. conf. 3.  
num. 13. 15. & Cumia n. 3. in verb.  
consueti , dicens non quod feudum  
sit obligatum prò seruitio, cum in  
re propria non consistat pignus, sed  
seruitium loco condictionis debe-  
etur à feudo , & ideo Dominus con-  
dicet à possessore , nisi soluat, imò  
plus dicit, quod exigitur à possessore  
etiam si habeat feudum ex cau-  
sa onerosa propter seruitium , argu-  
mento tex. in cap. tua nobis, exx. de  
decimis . Drc. conf. 237. vol. 2. Est  
enim adoha loco seruitij debita ,  
ciusque loco subrogata , adeò ut si-  
cut ipsum seruitium est onus reale ,  
ita etiam adoha ipsa iudicanda est ,  
ut onus reale; adeò ut quemlibet pos-  
sessorum sequitur , & ex re ipsa de-

betur , ita tenet Andr. de Isern. in d.  
cap. primo , & in S. sed nec alia iustior  
nu. 36. & 37. que sit prima caus. bene-  
fic. amicti. & ratio est, quia seruitiū ,  
& in eius locum adoha est quædam  
seruitus infixus feudo , quæ non po-  
test à feudo per vassallum euelli, nisi  
cum consensu Domini, ita Afflct. in  
d. S. sed nec alia iustior num. 5. vsque  
ad 20. & sequitur feudum sicut le-  
pra leprosum. Præpos. Mediolanens.  
in d. cap. primo S. Item qui Dominus  
num. 1. in fin. Marti. Lauden. ibidem  
in S. illud tamen non lateat, ceterique  
quos longa manu allegat Henrich. &  
Rosental. de feud. cap. 8. tit. de fine , &  
effectu feudorum conclus. 5. nu. primo  
Ioseph Cum. in cap. s. aliquem in verb.  
consueti num. 3. Andre. Kobl. de seruit.  
feudal. parte prima tit. primo qui ser-  
uire teueatur nu. 12. & 122.

6 Adeò quod si adoha deberetur  
ex feudo, quod postea fuisset excá-  
biatum , & prò illo fuissent dati an-  
nui introitus, tunc si possessor feudi  
tempore impositionis , qui tunc pos-  
siderbat bona excabiata, non soluis-  
set adoham, adhuc fisco non est pre-  
iudicatum , vt possit exigere adohā  
à nouo possessore excambiante , vt  
sic fuit ordinatum per Regiam Ca-  
meram die 10. Marty 1534. in Ado-  
harum 6. fol. 107. nam Magnifica  
Portia Filomarina possidebat Casa-  
le Montis in Prouincia Principatu citrā , quod per prius possidebatur  
per Capitulum de Vergara, cui po-  
stea fuerunt dati nou nulli introitus  
super Terra Starnatiæ Prouintiæ  
Midiunti, & proinde asserebat dicta  
Portia, quod nō tenebatur, eò quod  
non possidebat, ideo fuit ordinatum  
quod dictum adohum exigeretur  
super dictis introitibus , à quibus si  
non posset exigi, quod exigitur à  
dicto feudo, reddendo rationē, quia  
adohum est onus feudi .

7 Vnde cum sit onus reale , se-  
quitur , quod poterit præstari per sub-  
stitu-

stitutum, nisi aliter Rex senserit,  
*Petr. de Gregor. de concession. feud. p. 8.*  
8 q. 3. n. 8. & sequentib. quinimò, et si  
feuda essent in alterius posse, puta-  
ob sequestrum, vel alia de causa ip-  
se feudatarius concessionarius, vel  
cui essent talia feuda restituta, quia  
adhuc dicitur feudatarius conces-  
sionarius, eò quod videtur ciuilem  
saltē possessionē feudi habere,  
debet soluere adoham, & tantò ma-  
gis si fructus feudi fuerint ei assigna-  
ti, ut evenit in Regia Camera tem-  
pore Sygism. Loffredi, quippè facta  
restitutione bonorum feudaliū Ma-  
gnifico Paulo de Sangro, quæ bona  
feudalia erant concessa magno Ca-  
piranéo, à quo possidebantur, & illa  
tenebat quod ad Dominus Rex daret  
excambium, fuit ordinatū per Reg.  
Cameram, quod dictus Magnus Ca-  
pitaneus daret tantam annuæ pecu-  
niæ quantitatē dicto Magnifico  
Paulo de Sāgro, interim quod ad Do-  
minus Rex daret excambium, & or-  
ta dubitatione in Regia Cam. à quo  
esset soluenda adoha, nam dictus  
Paulus non erat in possessione feu-  
di, sed tantum fructus in pecunia ab  
illo feuda tenente habebat, & per  
consequens, eò quod alias erat in  
possessione feudi, ipse non teneri vi-  
debat, sed quia pœnes Magnum  
Capitaneum non erat vera posse-  
sio, sed quædam tenuta loco se-  
questri, siue pignoris, & verus pos-  
sessor erat ipse Paulus, qui fructus  
in pecunia habebat, fuit decisum,  
quod adoha solueretur à dicto Pau-  
lo, prout sic refert Sigismud. Loffred.  
in paraphr. feudal. ad Andr. de Isern.  
in cap. primo s. seu, siue, verific. si vero  
in princip. ibi in hoc loco dicitur, tit. qui  
success. teneantur, quam decisionem  
refert Franc. de Amicis in repetitione  
tit de bis, qui feud. dar. poss. cap. Expe-  
ditis questionibus in fin. fol. 208. col.

9 prima, & secunda, Ex qua decis. de-  
duco, quod sufficit quis percipere

fructus ex feudo vti feudales ad fi-  
nē, vt ab eo possit exigi adoha, & vt  
habeat saltem ciuilem possessionē  
ex tit. habili, licet veram, & realem  
non habeat possessionem facti, nem  
pe rei ipsius insistentiā, & dū fructus  
iplos percipiebat Paulus de Sangro  
10 ex dictis feudis vti feudales, idèò  
tenebatur, prò vt sic etiam fuit ob-  
seruatū, & ordinatū in anno  
1526. nam Ill. Princeps Hostiliani  
alienauit Ill. Principissæ Salerni an-  
nuos ducatos bismille ex introiti-  
bus Terræ Montis Dragonis cum  
pacto de retrouendendo, & adohū  
dictæ terræ prò omnibus introiti-  
bus feudalibus erat ducatorū 120.  
fuit instarum per dictum Illustrissi-  
mum Principem Hostiliani, dicen-  
do, quod ex quod introitus ipsi feu-  
dales nō possidebantur integri per  
ipsum Principē Hostiliani, sed erant  
alienati cum pacto de retrouendendo  
dictæ Illustri Principissæ Salerni  
fuit idèò ordinatum quod tātò mi-  
nus exigeret Perceptor à dicto Illus-  
tri Principe Hostiliani quantum  
importaret quantitas alienata, &  
quod ipse Perceptor exigeret ab ip-  
sa Illustri Principissæ Salerni adohā  
prò dictis annuis ducatis bismille  
alienatis, ut nouum feudum ad ra-  
tionem ducatorū 26. . . . prò cen-  
senario, pro ut appetet ex prouisionib.  
dictæ Regiæ Cameræ ad in-  
stantiam dicti Illustriss. Principis  
Hostiliani die 15. Septembris 1526.  
& ex alijs prouisionibus eod. die ex-  
peditis prò alia summa in Adoharum  
4. fol. 110. 111. & 112. Non sic quā-  
do quis percipit fructus ex feudo,  
non vti feudales, putà annuam præ-  
stationem, quia hoc casu possessor  
ipse feudi tenetur, non autem ipse  
percipiens annuam quantitatē,  
vt consuluit Io. Baptista Bilocta alle-  
gas. 2. & propriè nu. 4. impressa post  
tract. de absolutione iuramenti, quia  
ad hoc, vt adoha debetur, opus est,

ut soluens habeat ius in re, non autem ius ad rem. Vnde cum talis percipiens habeat ius ad rem, meritò non tenebatur, secùs autem quando quis habeat ius in re, etiam quòd sit ius temporale, dummodo tale ius temporale sit constitutum super re feudalì legitimè, puta cum consensu Domini, ut aliàs euenit in Regia Camera tempore Iacobi de Ayello, ut ipse meminit n. 59 quippe Anellus Imperatus per annos decem cum Regio assensu conduxerat, siue emerat functiones fiscales à Priorè Messanensi, & tunc imposita adoha, fuit decisum, eò quod ipse conductor erat in possessione tempore impositionis adohæ, licet directum dominium esset deuolutū ipsi Priori, quod ipse conductor solueret adoham; possessio n. obligat possessorē ad soluendā adohā, quæ possessio in nihilo alio attenditur in isto casu, nisi quisnam percipit fructus feudales, ipse enim soluere deber, cum de fructibus debeatur ex re ipsa, qui enim possidet, ipse seruire debet prò feudo, ut videtur sentire Andr. de Iser. in cap. primo versic. facit commentum in fine, de probib. feud. alien. per Lothar. Ioannes Baptista Bilocca d. allegat. 2. n. 14. verf. quòd si adhuc instatur, debet enim ius certum super re feudalì constitui, quod possessionem tradat naturalem, & corpus ipsum feudi tradat, ut possideatur; idem Io. Baptista d. loc. non autem, quod sit ius ad rem, puta vita militiæ, quæ licet sit quota fructuum feudi debenda per primogenitum, adeò ut videantur ipsi secundogeniti aliquod ius certum habere prò dicta vita militiae, tamen quia ad rem habet, & primogenitus in re, puta in possessione feudi, ipse solus soluit adoham, nec secundogenitus contribuit, Vinc. de Francb. decis. 20. num. II. & nos inferius in quest.

An vita militia, & paragium int nuantur propter adoham. Vnde tanta est vis possessionis fructuum feudi, ut semper possessores fructum, & introitum feudalium tenentur soluere adoham, quòd si unus haberet dominium vassalorum, & sic esset Baro, alter veò perciperet introitus dicti feudi, adhuc ipse Dominus vassallorum, ex eo, quia non percipit introitus feudales, non tenetur soluere adoham prò dicto feudo, sed tenetur soluere ipse percipiens fructus, & introitus, ut fuit ordinatum per Regiam Cameram in anno 1535. ad fauorem Magnifici Joannis Tomacelli prò adoho præ rata Baronie Terræ Rocce Raynula, nam ipse Magnificus Ioannes Tomacellus habebat tantum dominium vassalorum dictæ Terræ, sed introitus feudales percipiebantur, & possidebantur per Magnificum Ioannem Franciscum Pudericum, ex quibus etiā alij annui ducati 53. possidebantur per Magnificum Aloisium Ram Comitem Sanctæ Agathæ, sed quia Commissarius Terræ Laboris molestabat dictum Magnificum Tomacellum, qui comparens in Regia Camera exponendo quòd ipse tantum habebat dominium vassalorum, sed quod introitus percipiebantur per dictos Pudericum, & Ram, fuit ordinatum, quòd adoha exigeretur ab ipsis possessoribus, & sic ab ipso Puderico, & Ram, non autem ab ipso Tomacello, ea ratione, quia non percipiebat introitus feudales, ut appareat ex litteris Regiæ Cameræ expeditis die 29. Maij 1535. in Adoharum 6. fol. 134. terg. & sic fuerunt executors, ut appareat ex alijs litteris eiusdem Regiæ Cameræ continetibus executionem dictarum primarum literarum die primo mensis

Septembris 1537. in Adoharum 7  
fol. 124. & sic semper obseruantur  
prò ut sic etiam ad instantiam Ma-  
gnifici Francisci Carbonelli con-  
tra Magnificum Paulum Tolosa  
Baronem Terræ Montis Miletii, vt  
licet ipse Franciscus fuerit in pos-  
tessione dictæ Terræ, tamen ex quò  
dictus Tolosa exegit, & recepit  
omnes introitus feudales, fuit or-  
dinatum, quòd ipse Tolosa solue-  
ret adohum, quia ipse recepit in-  
troitus feudales die 16. Ianuarij  
1535. in Adoharum 5. fol. 51. & fol.  
63.

14. Vnde, feudo vendito post im-  
positam adoham, tunc onus illius sol-  
uenda spectat ad emptorem, & sic  
possessorem prò rata temporis, Frecc.  
de subfeud. lib. 2. de auctorit. Baron.  
auctor. 5. num. 13. dico Ego infra-  
quest. 38. Ad hanc questionem vi-  
de omnino quæ dico infra quest.  
44.

15. Sic etiam (ex eadem ratione),  
quia adoha est onus feudi) quòd.  
si quis promisit soluere centum ex  
fructibus feudi integrè absque villa  
diminutione, fuit difficultatum an  
eslet deducenda adoha, fuit deci-  
sum, quòd integri centum soluen-  
tentur nulla facta deductione adoa-  
hae sic etiam si essent alia onera  
realia, vt post Felin. in cap. cauffam  
qua col. 12. de rescriptis Claudi. Aquen-  
sis in l. interdum S. quid ex nau-  
fragio ff. de acquir. bared. docet Alex.  
conf. 134. vol. 5. Decius in l. Diuine  
num. 8. ff. de regul. iuris, & alios  
docet referens sic esse decilum  
Anna singul. 414. Costa praxi con-  
vention. p. 2. claus. 45. Marta de clau-  
sul. p. 1. clausul. 294.



## ARGVMENTVM.

Quænam actio fisco competit  
prò Adoha, & realis propo-  
nitur, & contra tertium pos-  
sessorē feudi, & an tacita, vel  
expressa hypotheca detur  
prò feudo, & mutuans prò sol-  
uenda adoha an præferatur  
creditoribus anterioribus su-  
per feudo, & de emente fru-  
ctus feudi prò soluenda ado-  
ha ex eorum pretio.

## S V M M A R I A.

1. *Actio fisco competens prò adoha realis est.*
2. *Actio prò adoha datur contra ser-  
tium possessorem.*
3. *Fiscus, facta concessione, habet ius  
bypotheca super fructibus feudi.*
4. *Vassalli non debent carcerari prò  
adobo Baronis, nec, corum bona  
sed exequi fructus feudi.*
5. *Mutuans prò soluenda adoba, pre-  
fertur omnibus creditoribus super  
feudo.*
6. *Mutuans prò soluenda adoba, pre-  
fertur illi, qui mutuanus prò sol-  
uendo paragio, vel vita mili-  
tia.*
7. *Emens fructas feudi prò soluenda  
adoba, prefertur conductori fru-  
ctuum illius anni, quo adoba  
imponitur.*



QVAE.

## Q V A E S T I O IX.

**A**Doham iam deberi fisco à feudatarijs vides, sed si feu datarius illam soluere dislulerit, vtrà quòd fiscus longans habet manus, Quæro quanam actione iuridicè contrà renitentem, vel non soluentem prò recuperatione adoharum non solutarum aget. Et licet adoha videatur successisse loco seruitij personalis, adeò quod personalem actionem videatur parere, tamen negare non possumus, (decisiuè procedendo), quin & hodie fateri cogamur, vt prò adoha fiscus habeat actionem realem, *Franc. de Ponte de potest. Proreg. tit. de regal. imposit. nu. 10. & 11.* ea ratione, quia talis obligatio realis est, non autem personalis de iure hodierno, *Nard. Lyparul. ad Andr. de Iser. in cap. p. 5. sed nec alia iustior num. 39. in sierb. debeat, que sic prima causa benefic. amitt. & à possesso feudi exigitur, vt diximus in præcedenti questione, ergo est onus reale, Marin. Frecc. de subfeud. lib. 2. de auctorita-*

**te 3. qum. 13.** adeò vt etiam contra terrium possessorem fiscus habeat actionem prò adohis præteritis, ve ex *Andr. de Isern. in dict. S. sed nec alia iustior num. 38. & sequenti, & in Constat. Regni sive reali, & in S. firmiter num. 33. de probib. feud. alienat. per Frider. tenet idem Ly. parul. ibidem, Frecc. sibi supra, de Ponte dicto num. 10. Lucas. de Penn. in l. 2. C. de fund. rei priuat. lib. 11. in fine, Matth. de Affict. decis. 93 num. 3. versic. Idem dicimas, licet posset disputari, an sit action personalis in rem scripta, vt diximus in tract. de Iur. Relevij parte prima quest. 7. & parte 3. quest. prima, vbi de actione prò relevio, tamen hoc iure utimur hodie, ed quòd onus fendi reale est, vt fi-*

scus directè contra feudum ipsum, ipsiusque possessorem agat recta via prò adoha, cùm adoha lequantur feudum ad quosq; vadat *Petr. de Gregor. de concess. feud. parte. 8. quest. 3. in princip. Ioseph Cum. in 3. verb. consueti num. 3.* Et dari fisco statim, facta concessione feudi, ius hypothecæ tacitæ, & expressæ, prò adoha super fructibus feudi, docet *Petr. de Gregor. de concess. feud. p. 8. q. 4. num. 19. & 25. versic. secundò infero, & seq.*

**4**Vnde etsi sit actio personalis in rem scripta, tamen posset possessor feudi cogi ad soluendum, non autem possunt cogi, & carcerari vasalli ipsius feudi, & Baronis non soluentis adoham, siue donatiuum, prò vt sic fuit ordinatum ad instantiam *Magnificæ Vincenti Montaltæ, vt vassalli eius de terra Argenti Terræ Laboris carcerati per Perceptorem, eò quòd ipsa Baronissa nolēbat soluere adohum, siue donatiuum, excarcerentur, cùm ipsi ad nihil teneantur, die 11. Septembris 1535. In Adobarum 6. fol. 150. sic etiam fuit ordinatum ad instantiam Illustris Ducis Termularum, vt vassalli, & eorum armenda excarcerentur, ex quo vassalli, & eorum bona non sunt obligata, nec tenentur ex causa adohi Baronialis: die 28. Aprilis 1525. in Adobarum lib. 4. f. l. 16.*

**5**Inferas primò, ex quòd hoc ius hypothecæ super feudo, eiusq; fructibus est antiquius, & pinguis, quia nascitur tempore concessonis, quòd mutuans prò soluenda adoha, & probato, quòd dicta pecunia mutuata sit conuersa in solutionem expendarum adohæ, debet præferri omnibus alijs creditoribus ita probat *Petr. de Gregor. d. parte 8. quest. 5. cap. 23. & seq. dixi Ego in tract. de iur. Relevij p. 3. q. 11. 6 in quest. illa, an mutuans prò relevio,*

*sit præferendus ceteris creditoribus feudalibus, quia dicit Idem Petr. de Gregor. d. loc. nu. 6. & seqq. quod præferatur etiam creditoribus, qui mutuauerunt pro soluendo paragio, vel vita militia, quæ quodammodo videarentur onera nata cum ipso feudo.*

- 7 Inferas secundò, quod emens fructus feudi prò soluenda adoha præsentis anni, est præferendus creditori, qui eodem anno fructus feudi conduxerat, *Petr. de Greg. d. loc. num. 27. verf. 3. infra, num. 28.*



## ARGVMENTVM.

Adoha, eiusq; quantitas vt debatur, an debeat inspici tempus impositionis, vel collaræ solutionis; Et quid si gentes discesserint à loco, vbi fuerunt numerati tempore impositionis adohæ, Et quid de Sclauonibus, Albanensibus, & Græcis habitib; in Regno, & quid de vassallo non existente Barone tempore impositionis, & quid tempore solutionis, & quid si efficiatur Comes.

## S V M M A R I A.

- 1 Adoha exigitur à possessore feudi, licet feudatarius non sit in possessione feudi, & n. 3. 4. & seqq.
- 2 Adoha debetur de feudo etiam inhabitato, si tempore impositionis vassalli non habitant, licet postea habitent, & è contra vii de feudo habitato, si tempore impositionis, soluunt impositionem vti de feudo habitato; si verò non habitant, imponitur vti de feudo inhabitato, vt pluries in vtroq; casu à nobis extitit inculcatum, *Marin. Frecc. de subfeud. lib. 2. de author. Baron.*
- 3 Adoha, ut debeat à feudatario, sufficit, ut feudatarius fuerit in possessione feudi, et quando attendatur tempus impositionis n. 8.
- 4 Adoha debetur à possessore feudi, si attenditur tempus solutionis.
- 5 Sclauoni, Albanenses, & Græci soluunt adoham in loco, vbi habitans & declaratur n. 6. & 7.
- 6 Adoha impositionis Baronibus, debetur ab illo, qui erat Baro tempore impositionis, non autem ab illo, qui est Baro tempore solutionis.
- 7 Adoha rata, quando inter emptorem, & venditorem, vel locatorum, & conductorem partiatur.

## Q V A E S T I O X.

- N**on nulli solent se defendere ab impositione fisci prò adoha, quia tempore quo imposta fuerit, non poterat ad tale onus adstringi aliqua causa, vnde regula generalis est, ad finem, ut adoha debeat, feudatarius tempore impositionis debuit esse in possessione feudi, & verò non esset in possessione feudi, tunc possessor, in quem utile dominium feudi est translatum, soluere debet vti possessor feudi, & ita per viam generalis prouisionis fuit ordinatum per Régiam Cameram die 11. Augusti 1478. ut appareret ex Registro literarum clausarum Curiæ non fol. 92. a terg. & nos alibi in hoc tractatu infr. q. 15. num. 14. & 15. Item respectu vassallorum habitantium, quia si habitant tempore impositionis, soluunt impositionem vti de feudo habitato; si verò non habitant, imponitur vti de feudo inhabitato, vt pluries in vtroq; casu à nobis extitit inculcatum, *Marin. Frecc. de subfeud. lib. 2. de author. Baron.*

*rem. auth. 5. num. 12.* Vnde si feudatarius tempore impositionis adohæ fuisse in possessione feudi, sed paruo tempore, puta per duos menses circiter, adeò quod postea venderit illud, tunc licet non reperiatur in possessione feudi, debet adoham soluere, eò quod attenditur tempus impositionis, quando sumus in casu, in quo tempus impositionis attenditur, secùs autem si essemus in casu, in quo attenditur tempus solutionis, quia tunc exiguntur à possessore, ita *Iacob. de Ayell. de iure adohæ num. 62.*

*5* Ex his igitur resolutur quæstio 7 prò Barone in solutione adohæ per vassallos, & habitatores facienda in subfdium eius, quod ipse soluit, quod si tempore impositionis adohæ in eius terra habitassent gentes, & tempore solutionis reperiretur, quod discessissent, an hoc casu esset attendendum tempus impositionis, vel solutionis adohæ, vt adoha posset exigiri, & fuit hæc quæstio agitata in Regia Camera in persona Albanensium, Græcorum, & Sclavonorum, qui solent habitare in quibusdam Terris, & postea continuò discedentes, nam tempore, quo adoha imponebatur, & taxabatur, huicmodi gentes habitabant, & sic fuit taxata adoha, ut de terra habitata, sed postea, facta taxatione, discesserunt à tali terra, ubi numerati fuerunt, & fuit decisum in Regia Camera in causa Illustrissimi D. Ferdinandi de Aragonia prò terra Montis Leonis, & in favorem Nicolai Mariae Caraccioli prò terra Moctæ Giyosæ ut si tempore, quo imponitur adoha, dictæ gentes habitaret, tunc iudicarentur uti vassalli, & per consequens adoha soluenda esset, non obstante, quod incolatum postea reliquerint dictæ Terræ, quia tunc uti de Terra habitata soluuntur adoha, si vero, & tempore nume-

6 rationis non habitasset, tunc adohæ non exigitur prò focularibus dictarum gentium non habitantium, nec prò Terra habitata, licet posteà rediissent ad habitandum, ea ratione, quia tempus impositionis atten ditur in hoc casu; ita Sygismund. *Loffred in paraphræs. feud. ad Andr. de Isern. in cap. primo super ver. sc. in fine quis dicatur Dux, Iacob. de Ayell. nu. 57. Marin. Frecc. de subfeud. lib. 2. de authoritate Baron. authorit. 5. nu. 12.* circa medium, iubdens Freccia, ita etiam practicari in Regia Camera in alijs casibus, qui occurunt.

Hodie verò secundum stylum Regiæ Cameræ, qui pro lege habetur: ait Freccia, tales gentes Sclavoni, Græci, & Albanenses indifferenter soluunt in loco, ubi habitant ad rationem carolenorum undecim, prò quolibet foculari pro iure foculariorum, *Freccia ubi supra, Iacob. de Ayello nu. 57. nouissimè Reg. Salernit. decis. 40.* ibiq; additio Tbori, licet in anno 1527. soluebant tantum medietatem onerum extraordinariorum, prò ut si fuit ordinatum per Regiam Cameram die 3. Decembris dicti anni, ut in adoharum 4. fol. 224.

*8* Similiter, si quis, tempore impositionis adohæ, non esset Baro, sed bene tempore solutionis adohæ esset esse Baro, adhuc soluere non tempetur, ut declararum est in Regia Camera refert *Iacob. de Ayell. n. 63.* nam Rex imposuit adoham, & post ipsam impositam, Baro vedit Terram, Fiscus prætendebat adoham, fuit declaratum non esse soluendam à dicto emptore licet Barone tempore solutionis, quia opus erat, quod esset Baro tempore impositionis, nisi aliud conuentum esset inter ipsos ita, ait *Iacob. de Ayell. ubi supra.*

*9* Sed si adoha debetur ratione feudi, tunc inter ipsas personas, puta inter emptorem, & venditorem, vel

locatorem, vel conductorem, atten-  
ditur tempus impositionis, vel solu-  
tionis, ad quem spectat, ut suo loco  
dicemus, non autem attenditur respectu  
fisci, nam ipse directe super feudo sibi  
satisfieri facit de adoha, & postea  
emptor a veditore repetit, vel cōdu-  
ctor a locatore si casus est repetitio-  
nis, ut suo loco dicemus, interea vi-  
de, quae dicō infr. q. 13. ex doctrina  
*Marin. Frecc. de subfeud. lib. 2. de au-  
toritate Baron. auctoritate 3. nu. 26.  
post Loffredū, & alios ibi allegatos.*

Quid si vassallus tempore impo-  
sitionis esset simpliciter Baro, & si  
deinde efficiatur Comes, au tem-  
pore solutionis debet aliquid plus  
solueret, eo quod est Comes? dicas,  
quod qualitas accidentalis idest  
dignitas Comitalis nil addit, nec  
diminuit, circa quantitatem solu-  
tionis adohæ, sed tantum mutatur  
dignitas, nempè sicut prius soluebat  
ut Baro, hodie dicitur in cedulari  
Specabilis talis Comes soluit etc.  
nihil addendo, vel diminuendo, circa  
quantitatē, sed verē soluit ut Baro, &  
ita fuit ordinatum per Regiam Ca-  
meram Summaria ad instantiam Ma-  
gnifici Fabritij Sarriani Baronis  
Casaltuni, qui deinde fuit effectus  
Comes dictæ terræ die ultimo Au-  
gusti 1602. in adobarum 20. fo. 178.



## ARGUMENTVM.

An Rex posset exigere adoham simul, & seruitium  
personale a feudatario, vel  
alterutrum, & an Dominus  
Rex, inuito feudatario pos-  
set petere seruitium per-  
sonale, quod declaratur, &  
quid è contra, si vassallus vel-

let seruire de persona, non  
autem adoham soluere, & cu-  
ius sit electio, & in quo loco;  
Et an adoha debeatur quan-  
do concessio feudi facta est  
sub annuo canone, siue red-  
ditu; Et an vassallus sistens in  
Curia Regis in eius seruitio,  
sit immunis ab adoha, distin-  
guitur, si seruit cum salario  
siue stipendio, vel sine. Et quid  
de Regibus Regia Cancel-  
lariam, Præside, & Consilia-  
rijs Sac. Cōf. Capuanæ, & Lo-  
cumtenente, & Præsidibus  
Regiæ Cameræ, & Aduocato  
fiscali M. C. V. in criminali-  
bus.

## S V M M A R I A.

1. *Concessio feudi continet fidelitatem  
de substantia, & seruitium de na-  
tura.*
2. *Adoha, & seruitium personale an-  
trunque possit exigiri, negatur, vi-  
de, & sub nu. 6. & 7. ubi adducun-  
tur Regie ordinationes.*  
*Feudatarius seruiens Domino extra  
Regnum non tenetur ad adoham, re-  
fertur sub nu. 2.*  
*Distingue quando seruit et cum sa-  
lario, vel absque salario sub n. 2.*
3. *Et quid si bona feudalia Vassalli ser-  
uientis deuenerunt ad manus bo-  
stium sub nu. 2.*
4. *Et adobum exactum restituatur sub  
eod.nu.*
5. *Et an rata adobi vassallorum burgen-  
tium debet solui tempore, quo Baro  
seruit de persona sub eod.nu.*
6. *Subfeudatarij seruientes de persona  
Regi, sunt immunes ab adoha Ba-  
ronali*

- ronali sub eodem num.
- 3 Adoha non debetur, ubi concessio facta est sub anno Canone, vel redditu, non autem sub feudaliteruitio.
  - 4 Adoha non soluitur in Regno nostro ex feudis concessis sub anno Canone, sive redditu.
  - 5 Rex noster non tenetur ad seruitium personale pro Regno Neapolitano.
  - 6 Adoha, & seruitium personale debentur quando pacto sic esset convenitum, & nu. 18.
  - 8 Vassallus habens feudum sub anno Canone, ad nihil aliud tenetur.
  - 9 Electio soluendi adoham, vel seruitium personale an sit Domini, vel vassalli sub nu. 10. & 13.
  - 10 Vassallus habet electionem, vel soluere adoham, vel seruitium personale prestare, vel acceptabilem miscere ex opinione quorundam, fallit num. 13.
  - 11 Electio in Regno nostro, an sit vassalli, vel Domini? remissiu.
  - 12 Vassallus paratus ad seruiendam de persona, minus iuste cogitur soluere adoham.
  - 13 Electio recipiendi adoham, vel seruitium personale est Domini ex opinione aliorum.
  - 14 Creditor inuitus non recipit aliud pro alio.
  - 15 Adoha subrogatio loco personalis seruitij procedit, Domino volente, & deciso refertur.
  - 16 Adoha soluenda Perceptor i illius Provincia, in qua situm est feudum, potest solu in alio loco ex ordine superioris, & refertur practica.
  - 17 Adoha exactio potest supersederi ordine Domini sub nu. eodem.
  - 18 Vassallus habet electionem petendi adoham, vel seruitium personale a subfeudatario.
  - 19 Filius vassalli, qui non est strenuus, quatenus haberet electionem seruiendi, abduc tenetur adoham soluere, vel si esset infirmus, sic etiam principalis, & nu. 19. vel excam-
  - bium dare Domino acceptabile sub nam. 20.
  - 20 Vassallus sistens de persona in Curia Regis ad eius obsequia, tenetur soluere adoham, vel substitutum mittere, si personaliter tenetur seruire pro feudo, intellige sub n. 24.
  - 21 Bartholomeus de Capua sistens in Curia Regis ex speciali priuilegio fuit immunis ab adoha.
  - 22 Vassallus seruiens Curie Domini, salario mediante, non est immunis ab adoha, secus autem si sine salario, quia debet esse immunis.
  - 23 Regentes Regiam Cancellariam, Praeses Sacri Conf. Capuanae, & Consiliarij eius, Locumtenens Regie Camerae, et Praesides, & fisci Patronus M.C.V. an sint immunes ab adoha.
  - 24 Regentes sunt immunes ab adoha.
  - 25 Praesidentes Regia Camera Summarie sunt immunes ab adoha, & n. 29
  - 26 Rationales Regie Camerae an sint immunes ab adoha.
  - 27 Consiliarij Capuanae, & Praesidens est immunis ab adoha.
  - 28 Aduocatus Regij Fisci criminum in M.C.V. non est immunis ab adoha, sed habet sal, & saccarum a Regia Curia.

### Q V AE S T I O XI.

- I**ndubitati iuris est apud nostros feudistas, quod facta concessione feudi in Regno nostro, & alibi sub consueto seruitio, tunc ultrà illud seruitium, quod fidelitati inest, intelligitur etiam de seruitio, quod forsitan feudo esset imposicium, vel ut de persona vassallus seruiat, vel quod loco seruitij personalis aliquam pecunie quantitatem soluat.
- 2 Hinc quero, dum in Regno nostro adoha subrogata est loco personalis seruitij, ut latè docuimus supra in quest. de origine adoha, & post alios Camerar. in cap. Imperiale,

vialexi, fol. 92. col. 2. litera H. Fab:  
*Anna cons. 13. num. 12.* An persona-  
 le, & reale seruitum possit Rex pe-  
 tere, videtur quod non possit vtrumq;  
 petere, quia si ipse iam vnum subro-  
 gauit loco alterius, ergo noluit  
 vassallum duplice onere grauare, &  
 hoc faciunt nostri munificentissimi  
 Reges Neapolitani, vt appareat ex  
 Regis decretis, literis, & obserua-  
 tionibus. Adebat decretum Regiae Ca-  
 meræ, per quam die 16. Ianuarij  
 1501. fuit sic ordinatum.

Cum prò iure adohæ Regiae Cu-  
 riæ debitæ prò anno 12. indictionis  
 molestaretur Laurentius Campitel-  
 lus, & reperitur illum militiam exer-  
 cuisse per nonnullos testes in illo an-  
 no, & etiam de hoc fidem fecit Do-  
 minus Antonius Rota Præsidēs, fuit  
 consensu prouisum attento militari  
 seruitio, quod non molestetur, &  
 dñducatur à significatoria facta cō-  
 tra Maximum Scignarium, qui di-  
 eta iura adohæ colligebat, & fuerat  
 propterea condemnatus Maximus  
 vt in Notamentorum illius anni 53.

Sic etiam fuit ordinatum ad in-  
 stantiam Excellentis Comitis Mon-  
 tellæ, qui ex quo seruuit proprijs  
 expensis in obſidione Neapolis,  
 ideo fuit tractatus immunis ab adohæ,  
 prout appareat ex prouisionibus  
 Regiae Cameræ expeditis die 28. No-  
 uembbris 1532. in Adobarum 6. fol. 51.  
 in quibus prouisionibus erat inserta  
 litera Regia super dicta immunita-  
 te, cuius tenor talis.

Carolus &c. ill. & Magnifici Viri  
 &c. Perche lo Spettabile Conte de Mon-  
 tella haue de continuo seruito personal-  
 mente à sue spese in scrutio della  
 Maestà Cesarea, e presertim dentro  
 Napoli in tempo dell'obſidione, per que-  
 sto vi dicemo, & ordinamo, debiate  
 prouedere, & ordinare à chi spetta, che  
 de tutto quello, che due dare detto  
 Conte dell'iadobi imposti del tempo pas-  
 sato fino all'inuasione predetta, non li

fia dato altro impazzo, cosi come la  
 Cesarea Maestà haue ordinato, che  
 non si molestan quelli, che personal-  
 mente banno seruuto à loro spese à la  
 predetta Maestà, e cosi s'esegua, &  
 non altrimente. La presente resti al  
 presentante. Data in Ciuitate Nea-  
 polis die 12. mensis Septembris 1530.  
 Dom. Vicecancellarius Locotenēs  
 Generalis, Vedit de Colle Regens,  
 Vedit Loffredus Regens, Bernardi-  
 nus Martiranus Secretarius; Et ita  
 etiam appareat ex alijs literis Regis  
 in Regia Cancellaria anni 1533. in  
 Part. 11. fol. 132. vt infra q. 12. Et sic  
 etiam fuit ordinatum ad instantiam  
 Marchionis Pulignani D. Gasparis  
 Toralti die 9. Martij 1534 in Adoba-  
 rum 6. fol. 94. & ad instantiam hære-  
 dis Ser Marini Caraccioli, qui ser-  
 uiuit in bello suis impensis die 27.  
 Iulij 1536. fol. 146. d. lib. 8. Et nō so-  
 lū tales, qui seruunt in bello sunt  
 immunes quando seruunt in eode  
 Regno, vbi præstatur adoha, sed  
 etiam quando egrediuntur Regnū,  
 & vadunt cum Rege, vel eius exer-  
 citu extrā Regnum, vt fuit obserua-  
 tum in bello contra Florentinos,  
 nam omnes feudatarij, qui in dicto  
 bello militauerunt, fuerunt tractati  
 immunes ab adoho prò tempore,  
 quo militauerunt, & signanter Ma-  
 gnicicus Ferdinandus Vitelli, vt in  
 lib. adobarum 5. fol. 112. & sic etiā  
 fuit tractatus immunis ex causa  
 prædicta Dominus de Bilanzon  
 possessor Ciuitatis Sanctæ Agatæ  
 die 28. Aprilis 1534. d. lib. fo. 111.

Sic etiam ad instantiam Magnifi-  
 ci Camilli Caraccioli fuit ordina-  
 tum, quod prò tempore, quo operā  
 nauauit, & prestò fuit in bello præ-  
 dicto Florētinorum tractetur im-  
 munis ab adoha prò baiulatione.  
 Terræ Spigni sibi concessæ ab illu-  
 stre Vespesiano Columna die 10.  
 Martij 1532. in Adobarum 5. fol. 91.  
 In quibus prouisionibus fuit inser-  
 tis

tus tenor. Regiarum literarum expeditarum in Regia Curia, quæ facit distinctionem inter illos, qui seruierunt in dicto bello proprijs sumptibus, vel cum salario, ut illi, qui seruierunt de persona absque salario, tractentur immunes, illi verò, qui seruierunt cum salario, quod nō tractentur immunes, sed quod soluant pro dicto tempore.

Tenor Regiarum literarum in Registro Regiæ Cameræ Literarū Curia 23. die 27. Ianuarij 1530. vt sequitur *Acha semos informados que muchos Varones desse Reyno procuran y pretenden escusarse de pagar el adoba nuebamente empuesta, y aunacha tambien algunos nos importunen sobrello, deciendo, que seruen personalmente, y porq[ue] nuestra voluntad es solamente se suspenda à quellos, que personalmente seruen en la guerra, y a su costa sin llevar sueldos. Vosrogamos que prouicias à quello, que tocha à pagar a estos solos, se suspenda, y que todos los otros paguen, nō obstante qualquera cosa, q[ue] por otra parte aya sido, o stà ordenada in contrario, o que ellos para esimirse alleguen, por que alos q[ue] de otra manera nos haberan servido, y seruen, tendremos memoria de remunerarlos en otra cosa, y nō en esta, y como vedéis, nos sarta muy preiudicial, y lo mismo escriuemos al Principe de Orangia nostro visorey &c. Sic etiam fuit seruatum tempore obsidionis Francorum in hac Ciuitate Neap. nam Magnificus Alphonsus Caracciolum possidens nonnullos introitus feudales in Provincia Principatus Citrà tempore dicti obsidionis in anno 1528. petiit in Regia Camera se non teneri ad soluendos ducatos 71.3. 5. prò sua rata adohi impositi in dicto anno, eò quod ipse cum alijs Baronibus semper præsto fuit intus Ciuitate Neapolis, & Insulæ Isclæ ad illas defendendas, & tantè magis, quod dicti anni in-*

troitus peruererunt ad manus hostium; qua de re Regia Camera decreuit, quod dictus Magnificus Alphonsus non molestaretur; & exactū restituueretur; & in ratione decidendi non se fundauit in ratione, quia introitus peruererunt ad manus hostiles, vt infrà, sed dixit ex quò Regiæ Cameræ constitit, quod dictus Magnificus Alphonsus semper fuit assistens in dicta defensione, & de continuo, & idem Alphonus asseruit, quod neque fuit exactum tale adohum à Baronibus, qui assisterunt in dicta defensione, prout hæc omnia apparent ex prouisionibus Regiæ Cameræ expeditis die 19. Maij 1536. vt in lib. adobarum 7. fol. 31. terg. Sic etiam fuit obseruatum in persona Ill. Duci Castro-villaris, qui in anno 1526. & 1528. tēpore guerræ in Regno militauit seruendo in dicto bello, qua de causa non soluit adohas dictorum annorum, proinde ordine Illustriss. & Reuerendiss. Cardinalis Colum næ tunc temporis Locutientis generalis in hoc Regno mandatum fuit, quod prò adohis dictorum annorum tractetur immunis, prout prius speciales literas expeditas die 15. Maij 1531. mentionatas in prouisione expedita per Regiam Cameram discussis discutiendis die 8. Februarij 1538. in adobarum 7. fol. 72. & ter. Sic etiam in immunitate adohi concessa Magnifico Alfonso Caracciolo, vt supra, & inter alias rationes assignauit, quod eius introitus peruererunt ad manus hostiles, tamen Regia Curia non se fundauit in tali ratione, sed dixit, quod seruuit de persona in obsidione, attamen etiam fuit dubitatum, quando feuda deuenirent ad manus hostiles vt debeat concedi immunitas prò tempore, quo feuda steterunt in manibus hostilibus, & debet concedi, prò vt sic fuit ordinatum ad in-

instantiam Magnifici Ioannis Baptiste Santi Barbati pro Castro Sancti Barbati in Prouincia Principatus Ultræ quod Castrum fuit in posse Francorum, quibus postea cœdit à Regno, fuit restitutum dicto Ioanni Baptista, & fiscus prærendebat adohas præteritas, & debitas in dicto tempore, & fuit ordinatum, quod pro dicto tempore tractetur immunis, die primo Martij 1533. in adobarum 6. fo. 60. Sic etiam fuit ordinatum, & decisum, facta relatione per Regiam Cameram in beneficium Magnifici Consalui de Sangro pro nonnullis feudis in partibus Silenti, ut tempore, quo dicta feuda fuerunt in posse Francorum non molestetur pro adohis, & exactum restituatur, die 13. Augusti 1533. ut in adboarum 5. fol. 103. 104. 105.

Sic etiam ad fauorem Excellensissimi Comitis Nolæ, qui ex quo seruiebat Catholicæ Maiestati cum dispendio suo in custodia Ciuitatis Tarenti, fuit ordinatum per Regiam Cameram, prævio ordine S. E. tunc temporis, ut non molestetur pro adoha suorum bonorum feudalium die 16. Martij 1527. in adobarum 4. fol. 209. immo & plus, nam aliquando solet ordinari, quod etiam restituatur exactum pro adoho, stantibus causis prædictis, prout sic fuit ordinatum ad fauorem Spectabilis Comitis Montis Leonis, & D. Comitis Burrelli eius filij, nā ex causis prædictis fuit ordinatum quod Commissarij supersederent in molesto eorum feuda pro adoho, & si quantitatem aliquam forte exigissent, quod illa restituatur, die 16. Martij 1527. in adobarum 4. fol. 211.

Quo casu debet exigi rata vassallorum, pro ut sic fuit ordinatum in simili franchitia concessa Ill. Ducis Traiecti, qui ex quo seruiebat de persona, fuit ordinatum, quod non molestetur pro adoho, verum quod

exigatur rata vassallorum, die primo Aprilis 1527. in adobarum 4. fol. 213.

Item fuit dubitatum, an idem esset seruandum cum subfeudatarijs, qui etiam de persona seruierunt in guerra, siue obsidione prædicta, statte, quod Barones, à quibus ipsi subfeudatarij habent causam, neq; soluant adoham, & pariter fuit ordinatum per Regiam Cameram, quod subfeudatarius non soluat adoham Baroni, sed sit immunis pro tempore, quo fuit in obsidione dictæ Ciuitatis, & proinde Magnificus Ciarletta Caracciolum subfeudatarius Ill. Ducis Montis Leonis non soluat adoham pro Tindaria in mari Biuonæ pro tempore dicti obsidionis, in quo de persona inseruuit Catholicæ, & Cesareæ Maiestati, & quod dictus Ill. Dux restitueret exactum dicto Magnifico Ciarletræ, ut appareat ex lib. Adboarum 5. fol. 99. terg.

Adeoque est verum, quod dicta adoha subrogata est loco seruitij personalis, quod si in feudi concessione seruitum personale esset remissum, sed tantum esset illud concessum sub annuo aliquo canone, vel redditu, tunc quia personale seruitum non est indictum, adoha non deberetur, quia si deberetur, nō haberet locū subrogatio in locū seruitij personalis, cum personale non adsit, ita docuere Andr. de Isernia in cap. primo §. huius autem generis, de Capit. qui Cur. vend. ubi Aluar. & Preposit. in indiuiduo Raynald. in cap. Imperiale, §. firmiter, de prohib. feud. alienat. per Fridericum, Franc. de Ponc. decisi. 3. num. 7. quia non potest dari subrogatio.

In Regno nostro pro talibus feudis non soluitur adoha, ut ex communis obseruantia refert Jacob. de Ayell. de iur. adoba nu. 17. & licet ipse dicat, quod huius obseruantiae neſciant rationem, Ego puto, quod

bac

hæc sit ratio, quia adoha debetur loco seruitij personalis, ergò si seruitum personale non sit indictum, sed remissum, merito, & ipa adoha locum sibi vendicare nequaquam potest, quia esset subrogare seruitum reale in locum alterius realis seruitij, et sic eadem est qualitas, & natura contra regulam subrogationis, quia in essentia quod subrogatur debet esse diuersum ab illo, in cuius locum subrogatur; licet illius qualitates & assumere, & sapere debet, *Pater Andreas Molphes. ad consuetudines Neapolitanas parte 4, de successione ab intest. q.63. n.8. in puncio*

5. Vnde inferit idem *Jacobus de Ayell. ibidem num. 18. ex hac ratione quod Rex noster, quia Regnum hoc habet sub anno Canone, sive censu certæ summa, de quo meminie D. Franci. de Paz Balboa de Monarch. Regum. cap. 9. non tenetur ad aliquid seruitum Ecclesiæ, & in puncto principali dicit idem *Fab. de Anna cons. 3. n. 13. ex doctrina Glos. Aluar. & Alexandr. in cap. 1. S. fin. de Capit.**

6. qui Cur. uend. Sed hæc dictum, ut pecuniam, & seruitum simul personale Rex non possit exigere, limita in duobus casibus. Primo quando aliud ex pacto in concessione esset conuentum, uel secundo quando Rex inferret bellum infidelibus, uel sibi inferretur ab illis, ita ex *Luc. de Penna in l. 1. C. N. Rustic. ad null. obseq. daen. Capyc. in inuest. feud. in uerbo feuda adobant, verific. Et licet in fine uerific.*

8. Quinimo eti. Dominus nollet seruitum personale, sed petret aliquod subsidiu, uel iuuamen similiiter in pecunia, adhuc facta concessione sub dicto anno censu, uel Capone, uassallus non teneretur ad aliud, præter ad id, quod promisiit ita ex *Gloss. in cap. 1. S. fin. in Glouf.*

*magna, de Capitan. qui Curiam uend. ubi Andr. de Iser. Jacob. Aluar. Prepos. Ioannes Raynal. Jacob. et alij, Jacob. de Ayello d. loc. nu. 20. uerific. Item si feendum, Alber. in sua Dictionario in uerb. feendum, Franc. de Ponte decif. 3. nu. 8.*

Ex quibus patet, quod vassaltus tenetur alterutrum praestare, vel seruitum personale, vel adonam, sed cuius sit electio alterutrum recipere, vel Domini, vel vassalli? & in hoc sunt duæ opiniones: Alij affirmant, quod electio est vassalli, nempe eligere quam partem voluerit, videlicet, vel ire ad seruiendum de persona, vel mittere alium accepabilem Domino, vel aliquid soluere, hanc sententiam duocuere *Jacob. Aluar. in cap. Imperiale, §. firmiter, nu. 3. de prohib. feud. alienat. per Frider. Jacob. de S. Georg. in inuest. feud. in verb. et promiserunt. col. 10. & post alias Ans Capyc. in sua inuestitura feudal. in verb. feuda adobant, verific. Et quando Dominus vellet, loquens in puncio de iure communi, & de iure Regni, De iure communi probat per tex. in d. §. firmis et per tex. in l. plenumque ff. de iur. dot. potest enit. (dicit Capyc.) velire, vel miscere alium loco sui, vel dare pecuniam, quæ quanta sit, de iure communi habes, dicit Capyc. in verb. feudo-*

*rum adiutoria per Regem, verific. Adiutorium. Et de iure Regni nostri diximus supra in q. 5. de quantitate adoha, & hæc sententia videtur tene- re Andr. de Isern. in c. 1. S. firmis et pos- test, n. 14. verific. cogit frequenter Curia Regis de capit. qui Cur. uendidit dices, 12 quod Curia Regis minus iuste fre- quenter cogit feudarum soluere pecuniam, & sic adoham pro seruitio, non obstante, quod sit par- rus personaliter seruire, Fretz. de subfeud. lib. 2. de auctoritate Baron. auctoritate 5. num. 8. dicens, quod non cogitur soluere pecuniam quædo-*

vult personaliter seruite. Prò vt sic fuit seruatum in persona III. Principis Salerni, qui ex quò obtulit seruire Cèsareæ Maiestati personaliter suis sumptibus cum centū equitibus, fuit ordinatum, quòd non molestetur prò adoha, vt appareat ex prouisionibus Regiæ. Cameræ expeditis in anno 1525. die 24. Februario, præcedente mandato Excellensissimi tunc Proregis, in Adobarum 4 fol. 5. ter.

Et non solum debet tractari immunitis ipse feudatarius, si seruit de persona, sed etiam si miesteret filium suum in sui locum, vt fuit seruatum in anno 1525. die 23. Martij, nā prævio ordine tunc Proregis fuit ordinatum per Regiam Cameram quòd Excellens Ciccus de Loffredo Viceprothonotarius tractetur immunitis ab adoha, eò quod misit eius filium ad seruiendum cum equitibus leuis armaturæ, quos erexit in seruum Cèsareæ Maiestatis, vt in d. lib. 4. Adobarum fol. 10. ter.

13. Contraria tamen sententiam in Adoha receperunt DD. in Regno nostro, vt electio sit Domini Regis, vel recipere adohum, vel seruitum personale, hanc sententiam docuit Andr. de Isern. in d. S. similitèr potest, n. 14. de Capit. qui Cur. vendid. dicēs, quod etsi frequentèr Dominus Rex cogit feudatarios ad soluendam pecuniam, quando parati sunt ad seruidum, hoc facit ministris iustè, quia durius est dare pecuniam quam seruire, nam & Rex non tenetur recipere pecuniam, si vellet feudarium seruire, quia aliud prò alio nō solvitur creditori inuito, l. 2. S. primo ff. si certum petatur, & hanc rationem expendunt omnes DD. infrà allegandi, quia cum Dominus Rex sit creditor feudatarij in seruitio personali, & in eius locum sit creditor adoha, sequitur quòd vassallus debitor non potest soluere aliud prò alio

contra voluntatem Regis creditoris, Capyc. in d. verb. feuda adchāt verific. Et quando Dominus, ibi propriè, contrà quod vides tenere idē Andr. de Isen. in cap. primo in fin. verific. & secundum usum Regni quis dicatur Dux. Et in d. S. similitèr de Capit. Conrad. num. 14. Fab. Ann. cons. 3. nu. 15. motus supradicta ratione, Ioannes Baptista Bilocla allegat. 2. nu. 2. post tract. de absolut. iuram. Matib. de Afflīct. in Conf. Regni Errores, notab. 5.

15 & decis. 265. n. 5. 1. Anell. Amas. cons. 12. n. 8. dicens, subrogationem adoha loco personalis seruitij intelligi fieri Domino volente, & hanc esse veram, & communem receptionem opiniorem in Regno docet idem Anell. Amas. dicto loc. & antè ipsu. Matib. Afflīct. decis. 320. n. 9. Anton. Capyc. decis. 10. nu. 14. Franc. de Ponte. decis. 3. n. 7. Pater Andreas Molles. ad constructud. Neapolit. p. 4. de successi. ubi test. q. 63. n. 7. dicens, quod subrogatio adoha in locum seruitij personalis successit de voluntate Domini, ergo, eo inuitio; aliud prò alio solvi non potest, & secundum sententiam istorū suisse decisum in Sacro Conf. in causa Domini Iosephi Carraccioli cum Principe Sancti Seueri testatur Anell. Amas. & cōf. 12. n. 8.

16 Quæ adoha exigitur in qualibet prouincia p. Perceptorē, siue Thesaurariū illius sibi demandatae Provinciæ à Baronibus sicutentibus in dicta Provincia, i. ab eorū feudis, & hoc est eorū officiū, nā exigūt adoha, donatiua, ac alias impositiones in qualibet Provincia, & prò dicta exactione recipiunt prò qualibet ceterario quamdā summā secundū more Provinciæ, & in vna terra dicta Provinciæ faciūt residētiā, quæ magis cōmoda est, & magis tuta, & ibi tenētur Barones, & Vniuersitatis soluere impositiones, verūm aliquādo Baro, se è feudatarius pōt soluere Neap. & nō Perceptor, & hoc cum

cū ordine superioris, ut fuit ordinata Regia Camera Summaria, puto ordine S. E. remisso ad eandem Regiam Cameram, quod ill. Dux Mirandæ Iohannes Baptista de Sūma, præstita cautione de soluendo adoham terræ Casoli sita in Prouincia Aprutij Neapoli in publico Banco, & illum depositare in qualibet tertia anni parte, quod Perceptor dictæ Prouinciarum non molestet, & quod sit licitum soluere Neapoli, ut ex decreto Regiae Cameræ Summariae latto sub die 22. Decembris 1607. & ita fuerunt expeditæ prouisiones, die 12. Maij 1608. ut in Adobarum 22. fol 64.

Sic etiā solutio adohæ, siue donatiui facienda in tali tanna, siue tempore, potest per Principem superfederi, vel differri, prout fuit obseruatum ad instantiam ill. Principis Asculi, qui obtinuit Regias litteras Philippi Secundi Regis, quod exactio donatiui illius anni supercedeatur exigi à dicto Principe, & sic fuit mandatum per prouisiones Regiae Cameræ die 12. Septembris 1607. in adobarum 22. fol. 25.

17 Quam conclusioem declara, quod sicut Dominus Rex potest cogere vassallum ad seruendum sibi de persona, ita etiam est respectu vassalli, siue subfeudatarij, ut feudarius coetus ad præstandum seruitu personale, & sic ad seruendum de persona Domino suo, ita etiā ipse vassallus poterit cogere subvassallū ad seruendum de persona, & adohā ab illo minimè recipere, quia tale seruitu personale, & militare, quale est respectu Regis, & vassalli, tale est respectu vassalli, & subvassalli, ita etiam arguēdo docuit Fab. de Ann. d. conf. 3. nu. 15. 16. vol. primo.

18 Declara secundò quod, vassallus adohā soluere non debet, quando vult seruire personaliter, tamē fallit in herede feudatarij, qui si nō esset strenuus, nō liberaretur, dicēdo, vo-

lo seruire de persona, sed cogeretur adohā soluere, ita ex Andr. de Isern. in d. S. similiter pōt. nu. 14. verfic. sed facit hoc Rex, de Cap. qui Cur. uēd. vbi Nard. Lyparul. in verbo substitinetur, Anton. Capyc. in verbo feuda adohant, verfic. & lices.

19 Declara tertio, quod, & si secundum unā opinionē vassallus nō tenetur seruire de persona, quando vellit adohā præstare, tamē hoc nō habet locū, quando aliud in investitura, pacto speciali, esset cōuenītū, vel quādo infideles gererēt bellum, vel cōtra ipsos inferretur, ita Lucas de Penna in l. prima C. Ne rustic. ad ullū obsequium, Ant. Capyc. in verb. feuda adohāt, verfic. Et licet in fine ibi, & licet vassallus, Nard. Lyparul. d. loc. in

20 verb. substitinetur in fine, dicens, quod quādo ille, cui feudum est concessū, esset infirmus, ut tunc teneatur ad adoham, & non posset dicere, volo seruire de persona. Capyc. in d. verfic. Et licet, dices, idē esse, si esset senex feudatarius ex doctrina Andreæ de Isern. in d. S. similiter, verfic. sed hoc

21 facit Rex, de Capit. qui Cur. vend. dices eo casu, quod debet vassallus dare excambiū, nēpē militē cquē idoneū, & Dño acceptabilem, Capyc. d. loc. vers. Et licet vassallus liberetur.

22 Declara quartò quod si Baro, vel feudatarius staret in Curia Domini Regis, & illi seruiret, obsequiaque præstaret de persona, adeo ut posset dici, quod vassallus personaliter seruat Domino, ut tunc etiam teneatur præstare adoham prō feudo, quod tenet, quia etsi seruat, non est immunis ab adoha, vel à militando substitutum ad præstandum seruitium militare Domino Regi, ita tenet Lucas de Penna in l. prima col. secunda C. de Caſtreñ. om. palat. pecun. lib. 12. quod affirmat Lucas de Penna ibi, de iure posse substiteri, non alia de ratione, nisi quia Bartholomeus de Capua Regni Neapolitanī Logos.

theta , & Magnus Prothonotarius,dum stabat ad seruitia,& cōsilia Domini Regis , impetravit speciale priuilegiū,vt prò eo tempore esset immunis ab adoha; ergo facit consequentiā Lucas de Penna ab auctoritate Bartholomei de Capua, quòd si de Iure potuisset substineri, q̄ seruiens Domino Regi, esset immunis ab adoha , non fuisse opus priuilegio ; At dum Bartholomeus illud impetravit, sequitur, quòd de Iure aliud debebat affirmari,hoc idē sequitur Petrus Paulus Balzar. in c. similiter, n. 9. de Capit. Corrad.

24 Sed hoc dictum Lucæ de Penna est intelligendū cū granq̄ salis , ne feudatarij tot oneribus grauati,no-nuis sēper grauētur,quòd tunc tales feudatarii seruientes Dominu Regi,nō sint immunes ab adoha,quādo sunt salariati à Rege , quia tunc videntur seruire intuitu salarij,non autem intuitu feudi,quod secūs es-set, si seruirent sinē salario, quia tūc viderentur seruire intuitu feudi , & seruiendo Domino Regi,sēper vas-salli de proprio impēdunt, ergo nē ratione feudi duplici onere grauē-tur,debent esse ab adoha immunes prò vt sic dico, & adduco prouisio-nes Regiæ Cameræ sup. quæst. prima quam intelligentiā mihi patefecit Ant. n. Capyc. in dicto verb. feuda-adobant,in verb. adoham soluere in-fine, & Ioannes Antonius Lanar. cōs. 57. n. 2. dicit,aduerto, non tamen fatēdo, Callaterales teneri ad adoham, postquam actu seruiūt, tamen fuit ibi iudicatum Cōsiliarios Col-laterales,licet actu seruiant, nō esse immunes ab adohis.Sic etiam Comites trahentes moram in Curia Domini ad eius obsequia tenētur ad adoham prò feudis, Iacob. Ayell. n. 58. quia omnes Collaterales, sive feudatarij officiales,cæteriq; manci-pati seruitio Regis tenentur ad so-lutionem adohæ,& sic fuisse deter-minatum, nisi speciale priuilegium

obtinerent à Rege , prout Bartho-lomeus de Capua,refert Camill. de Curtis in suo diuersorio,fol 42. col. pri-ma n. 65.tamen in anno 1536. Col-laterales Cōsiliarij erant immunes ab adoha, quam minimè soluebāt, prò vt sic de ordine Excellētissimi Prorégis mandantis,quod Cōsiliarij Collaterales tractētur immunes ab adoha,fuit seruatum in persona Ill. D. Ferdinandi de Alarcon Mar-chionis Vallis Siculæ , qui vti Cō-siliarius Collateralis Status,fuit per Regiam Cameram ordinatū,quod non solueret adoham,vt apparex prouisionibus directis Thesaura:io Calabriæ Citrà , quod tractet im-munē dictū Marchionē ab adoha, vt apparex in literarū Adohæ 7.f.38. & vide,quæ dico infr. q. 41. & 61.

25 Sed an Regentes Regiā Cácellariam, Præles S. Cons. Capuanæ,& eius Consiliarij, necnō Locūtenēs Reg. Cam.& eius Præsidentes, nec nō Fisci patronns dictæ Reg. Cam. & Fisci patronus Mag. Cur. Vic. sūc immunes ab adoha, adeò vt p feudi-dis,quę possidēt, nō soluūt adohā.

Et primò,quò ad Regentes Reg. Cácell. vidi prouisiones Reg. Cam. Summ. expeditas ad instantiam Ill. D. Ioannis Enriquez Marchionis Campi sub die 31. Augusti 1627. prò vt apparex ex Registro intitulato Partium 39. fol. 555. ater. directas Perceptorii Prouinciæ Terræ Hi-drunti, quod tractet francū , & im-munē Regentem D. Ioannē Enri-quez ab adoho prò Terra Campi, quam possidet in dicta Prouincia, & non fuit dictum à die, quo cępie possessionē officij, quia dictus Re-ges D. Io. post officiū est adeptus Terram prædictā , nam aliter fuit obseruatū in persona Magnifici Vin-centi Corcioni Præsidentis Regiæ Cam.nā fuit dictum à die,quo ade-p-tus est officium , vt infra dicam.

26 Quò verò ad Præsidentes Regiæ Cameræ fuit in anno 1534. itidem

hæsi-

hæfatum, an Præsidentes Regiæ Cameræ deberet soluere Ius adohæ in persona olim Præsidētis Baroni, & in lib. notamentorum apparent sequentia decreta *Die S̄abati 16. May 1537.* fuit consensu prouisū, quod Magnificus Doctor Baronus Præsidentis Regiæ Cameræ Summarie non tenetur soluere Ius adohæ prò Terra Fatæ filiorum patris; Et prò annuis ducatis centūm, quos habet super fiscalibus Terræ Manupelli.

Et in anno 1537. in persona Ferdinandi Rota Præsiden. Reg. Cam. adest aliud decretum Reg. Cam. ex cod. lib. *Notamentorum*, *Die 3. Octobris 1537.* fuit consensu scriptū Magnifico Lutio Garsia Regio Thesaurario Provinciæ Aprutij vlt̄rā, quod non molestet Magnificū Ferdinandum Rota Præsidentem. Reg. Cam. Summ. prò Iure adohæ bonorum feudalium à *Die 4. Octobris 1533.* in antea, in quo die cępit possessionem dicti officij Præsidentis, quia Excellentes Domini Locumtenentes, & Magnifici Præsidentes sunt exempti à Iure adohæ prò donatiuis, & seruitijs impositis, & imponendis, &c, signatum per Magnificum Vitalianum Rationalem, *Datum die 26. Octobris 1537.* Et appetet ex prouisionibus Reg. Cam. Summ. *die 16. Aprelis 1540.* vt in lib. *Adobarum 11. fol. 46.* & per alias prouisiones, seu literas Regias similiter expeditas ad instantiam dicti Præsidentis Ferdinandi Rota, vt appetet ex lib. 7. *Adohar. fol. 133. terg.* & in *Adobarū 5. fol. 56.* in persona Magnifici Francisci Perrotti Præsidentis Regiæ Cameræ; Et vigore predicatorum decretorum, sic fuit obseruatum in persona Magnifici Vincentij Corcionij olim Praesidentis Reg. Cam. prò adoho Terræ Latronici, nam fuit ordinatū Perceptor Basilicæ, quod tractet

immunem ab adoha dictū Magnificum Vincentium Corcionū prò adoho Terræ Latronici, vt appetet ex prouisionibus expeditis ad eius instantiam registratis in *Partium 39. fol. 556. p̄genes Laurentium Molleum Actuarium Regiæ Camerae.* Quid autem in Aduocato fiscali dictæ Regiae Camerae dicas, quod debet tractari imminnis sicut ipsi Præsidentes, vt appetet ex declaracione facta in persona Magnifici Friderici Longhi, vt dicam *infr. q. 14. n. 45.*

27 Quid autē in Rationalibus dictę Reg. Cam. an sint immunes ab adoha, dicas quod sunt immunes, vt appetet ex decreto Reg. Cam. lato in anno 1537. *die 11. Octobris*, cuius tenor talis est. *Die 11. Octobris 1537* facto verbo in Banca Reg. Cam. Summ. ex quod Magnificus Ferdinandus Rota non intendit soluere dictum Ius adohae, quoniam immunitis à solutione Iuris adohae, & & donatiui, quia Praesidens Reg. Cam. Summ. fuit prouisū, quod nō molestetur. Ex quo Locumtenens, Praesidentes, & Rationales Regiae Cam. Summ. sunt immunes à solutione dicti Iuris adohæ, & donatiui. Augustinus de Francisco Locumtenens, Nicolaus Franciscus Vitalianus Rationalis, Ioannes Baptista Coronatus actor, magister, Cōsenſu Berardinus Morecta, vt in *adobarum 7. dicto fol. 133.*

28 Quò verò ad Regios Cōſiliarios Consilij Capuanę, & eius Praesidente, licet non viderim in specie declaratum, quod gaudeat immunitate adohae, tamen adest litera, & ordinatio Imperatoris Caroli V. de anno 1550. vt appetet ex Registro Regiae Cancellarię dicti anni, *Partium 57. fol. 298.*

Ordinavit n. Carolus V. III. D. Petro de Toledo, tūc Proregi, q̄ ex quo ipse Imperator viderit oculatim solicitudinem, diligentiam, &

vigilantiam Sacri Cons. Capuanæ in negotijs terminandis , et ob id labores , et onera magna subeunt , propterea auxit eorum salarium in alijs ducatis ducentum , prò uulgò aggiuto de consta , et ordinavit etiam quod dictus Præsidens Sacr. Cons. et Regij Consiliarij gaudent omnibus immunitatibus , exemptionibus , prærogatiis , et franchitijs , quibus gauisi sunt , et gaudent Præsidentes Regiæ Cameræ , et eius Locumtenentes . Tamen in eodem processu dicti Francisci Blanditij producta est fides Cedularij , in qua apparebat taxatus Regius Cons. Marcellus Marcianus prò adola .

Sed ego antiquitùs reperi , quod tales Regij Consiliarij soluebant , prout soluit Magnificus Antonius Capycius Reg. Cons. prò ducatis ducentum super introitibus feudalibus Melphij , ut appareat ex Registro adoharum 6. fol. 124. die 15. Martij 1535.

29 Quò verò ad Magnificum fisci patronum M.C.V. qui etiam est officialis perpetuus , fuit dubitatum , nam Magnificus Iulius Mastrillus Aduocatus Regij Filci criminum in M.C.V. et Baro terrarum uulgà Vallo de Noui , Ioyo , Cuccaro , Magliano , et aliorum in Prouincia Principatus Citrà adiuit suam Excellentiam in anno 1629. dicendo , quò ipse uti Fisci patronus M. C.V. quod officium est perpetuum , et quò uti minister perpetuus ad exemplū aliorum mandetur Regio Perceptoris Prouinciæ Principatus Citrà , & prò adohis , et donatiuis impositis , et imponendis in Terris dicti Magnifici Iulij Mastrilli non molestetur ; et per suā Excellentiā fuit ordinatū die 6. Aprelis 1629. quò Præses Didacus Salinas prouideret , per quem fuit ordinatū die 22. May 1629. quò pendente rela-

tione faciēda Suæ Excellētiæ non molestetur dictus Magnificus Iulius pro causa prædicta , et per S. E. tempore III. Dicis de Alcalà per eius particulares literas , uulgò de scrittorio registratas in Registro Reg. Camera primo fo. 56. fuit ordinatū quòd Perceptor Principatus Citrà supersedeat in exigendo à dicto Magnifico Iulio Mastrillo adohā , et donatiuum , stante quòd in Regia Camera pendet lis an teneatur ad illorum solutionem .

Comparuit postea V.I. D. Francisco Blanditius creditor ex causa dotis super dicto adoho dictarum Terrarum , et hinc inde per multis allegatis , tandem per Regiam Cameram die 22. Martij 1630. facta relatione , et auditis partibus , fuit ordinatum quod intimetur parti , et interim non impediatur exactio dictorum annuorum ducatorum 207.4.17. debitorum dicto Francisco Blanditio super dicto adoho , ut in Banca de Rosa in Regia Camera , quo decreto notificato , nec alias parti satisfacto , fuit per eandem Regiam Cameram die 12. July 1632. facta relatione , prouisum quòd exequatur prò dicta quantitate debita dicto Francisco Blanditio super fructibus , et introitibus dictarum Terrarum Cuccari , Valli de Noui , Magliani , et Ioiij , et quod expediatur literæ executoriales , prò ut hæc omnia apparent ex dicto processu in Banca Actuarij Sebastiani de Rosa , sed benè Aduocatus fiscalis M.C.V. debet habere Saccarū , et Sal à Regia Curia sicut habet Aduocatus fiscalis Regiæ Cameræ prò ut sic fuit ordinatum per Regiæ Cameram Summariae die 15. Ianuarij 1558. quòd Magnifico Octauiano de Curtis Aduocato fiscali M.C. V. detur Saccarum , et sal sicut datur Magnifico Aduocato Fiscali Regiæ Cameræ Summariae . Verūq

30 Verum postea S. Maiestas p particulares literas expeditas in Regia Curia Hispaniarū sub die 10. Octobris 1632. Ordinavit Illustrissimo, et Excellēssimo Comiti de Monte Rey Proregi, quod cogeret dictos Regētes, Præsidentes, et Regios Cōsiliarios, ut soluerent adohā, et quod nō essent alijs immunes, pīo ut per præteritum, quæ litera fuit pertransmissa ad Regiam Cameram, ut in libris secretarij, et fuit facta consultatio S. E. pīo reuocatione, pīo vt mihi dixit Præses Blanditius, & quod adhuc non soluunt Præsidentes non obstante dicta litera vide infrā q. 15.

तु तु

## ARGUMENTVM.

Adohæ solutio designat rem, ex qua soluitur, esse feudalem, & arguit directum dominium ex parte recipientis, & non debetur, nisi vbi facta est concessio in feudū. Et de immunitate rei feudalis à gabellis Vniuersitatū et de alijs circa taxam feudorum.

## S V M M A R I A.

- 1 Feudalis qualitas probatur ex solutione adohæ, legitimo flutnre tempore.
- 2 Solutio adohæ probat feodium, ex quo soluitur, esse quaternatum. Q. n. 41.
- 3 Adohæ est onus feudi ratione utilia dominij.
- 4 Adohæ soluitur Domino. directo à Domino utili.
- 6 Directum dominium feudi prescri-

- bitur ex prestatione seruitij determinati, & sic adohæ.
- 7 Fiscus habet fundatam intentionem pīo adohæ quando fit concessio in feendum.
- 8 Feudalis Terra non describitur in Catastro. siue estimo Vniuersitatis. Imo descripta si reperitur, deletur ab illo sub nu. 8.
- 9 Bonatenentia non soluitur de re feudali, nec gabella, nec Collecta, idem si burgensatica effet effecta feudalis nu. 11. Idem si effet subfeendum vel feendum inhabitatum sub n. 10.
- 10 Feudatarius soluit gabellas impositas ab Vniuersitate, quando feudatarius participat de utilitate Vniuersali, secus quando non participat.
- 12 Feudatarius non soluit dirictus sbar rarum pro fructibus feudi.
- 13 Portulania Baronis, ex qua soluitur adohæ, non visitatur à Portulano Regio.
- 14 Feudalis concessio indicat adoham debendam.
- 15 Adohæ solutio demonstrat feudalem partem feudi, ex quo proportionabiliter prestatur.
- 16 Adohæ solutio designat esse feudum quaternatum.
- 17 Relevij multiplicata solutio arguit, rem esse feudalem.
- 18 Immunitas adohæ presumitur ex non descriptione in libro Cedularis. Vassallus possidens feendum non taxatum, citatur ad dicendum causam, quare non debet taxari in Cedulari. sub. n. 18.
- 19 Vassallus non docens de franchitiae adohæ, taxatur in Cedulari.
- 20 Introitus Burgensatici deducuntur de taxa fandi ad instantiam Baronis, auditio prius feudatario.
- 21 Vassallus citari debet ad audiendam taxam faciendam.
- 22 Taxa quomodo fit tempore guerre.
- 23 Vassallus, quando non est certus, capitur informatio de nominibus, & cognominibus.

QVÆ-

## QVAESTIO XII.

- E**t si plures sint modi, per quos probetur res, de qua vertitur controversia, nūm feudal is; nūm allodialis sit, nec nē; tamen illa erit p̄cipua probatio, quæ controversiam ipsam terminaret, quando adoha probaretur esse solutā, legitimo tempore intercedente, ea ratione, quia dum soluitur adoha, lequitur consequētia ergo ex re feudali debetur loco personalis seruitij, & hæc est uera propositio, quod adoha debetur ex re feudali, *Andr. de Isern. in c. primo in fine quis dicitur Dux, & in c. primo §. similiter potest, de Capit. qui Cur. uend. et in d. §. similiter in hostenditj, de Capit. Corr. Io. Bapt. Biloc. alleg. 2. n. 1. post tract. de absol. iurā. quinimō quando adoha præstatur, tunc inducitur probatio, quod talis fundus, ex quo præstatur, sit feudum, & feudum quaternatum ex Matth. Afflīct. in Const. statuum, Rubr. 37. n. 10. docet Nicolaus Intrigl. de feud. Cent. prima q. 45. n. 14. et 15. Ratione hoc suadetur, quia adoha est onus feudi, & soluitur pro illo ratione utilis dominij, quod est p̄enes feudatarium *Fab. de Anna conf. 3. num. 19.* Dum enim adoha est subrogata loco seruitij feudal is personalis, & seruitium feudale est onus feudi, *Andr. de Isern. in cap. primo §. quid ergo, n. 6. de inuestit. de re alien. facta & in cap. primo col. 2. an adgnat.* Et in alijs locis, & per alios DD. quos allegat idem *Fab. de Anna d. conf. 3. num. 20.* Adoha enim non præstatur ex alia re, nisi ex re feudali, ergo quando præstata probatur ex re, de qua contenditur, probatur rem illam esse feudalem, *Afflīct. in cap. primo num. 29. in quib. caus. feud. amict. referens, sic suis fe in Sacro Cons. iudicatum, &**

*Afflīct. sequitur Henrich. a Rosenthal. de feud. cap. 6. conclus. 26. n. 10. qui in specie de adoha Regni Neapolitani differit, & adoha non potest solui ab alia persona, nisi ab illo, qui habet utile dominium rei, & soluitur Domino directo, & sic à feudatario soluitur Domino directo, *Fab. Ann. d. Conf. 3. num. 21.* directum enim dominium, & utile cum solutione adohæ non potest considerari, nisi in solo feudo; ergo solutio adohæ feudalem rem eis designat, semper enim quod seruitia feudalia sunt determinata, & debentur respectu certæ rei, tunc si soluuntur determinata, pro ut est adoha, quæ iam semel determinata est, facit talis præstatio prius sumi feudalem rem, adeo ut directum dominium prescribat Dominus, cui præstat, & utile vassallus, qui illam præstat, ita ex *Andr. in cap. se quis per triginta, num. 7. ubi Jacob. Aluarot. num. 6. Matth. Afflīct. num. 7. notab. 6. si de feud. defunct. Ludolpl. Scrader. de feud. p. 5. cap. 4. num. 14.* & sic falluntur, qui forsan audent asserere, quod adoha debetur, quando adsunt vassalli, nam oportet, quod tales vassalli sint concessi in feudum, secùs autem quando non sunt concessi in feudū puta si aliquis illos tenret in emphiteusim, quia tunc non debetur adoha, nec subuentio à vassallis, pro ut sic fuit decisum ad instantiam Magnifici Federici Pandone pro adoha, & subuentione vassalorum Castri, uulgò dell'Abbadia S. Vincentij, die 18. Decembris 1507. vt appareat ex lib. 4. Adobarū, fol. 159r cuius tenor talis est; Per Regiam Cameram auditio fisco, rationibus in banca discussis, communi voto, & pari consensu fuit prouisum, quod dictus Federicus nō molestetur super solutione dicti iuris adohæ, ex quo tenet dicta Ca-*

stra

stra in mærā emphiteusim ab Ecclesia, vt dictæ Regiæ Cameræ constat per cautelas, & bullam Papalem per ipsum præsentatas, hoc suum etc. uigore cuius decreti fuerunt expeditæ prouisiones, d. fo. 157. & obseruatoriales d.lib.4. fo. 202. sic etiam in anno 1506. die 4. Aprelis fuit per Regiam Cameram decijum, quod Gabella noua fidelissimæ Ciuitatis Surrenti esset immunis ab adoha, eò quod nō apparebat concessa in feudum, nec taxatum setuitum non obstante quod quando uendi acciderit fuisset impetratus assensus Regius.

7 E contrà verò concessa res in feudum statim facit regulam, & fundat intentionem fisci prò adoha, & re-leuio, vt infrà hac ead. quæst. & ità Marin. Frecc. de subfeud. lib. 3. aucto-ritate 2.n.29.

8 Adeòq; solutio adohæ designat rem feudalem, ex qua præstatur, quod nō debet describi in æstimo, siue catastro Vniuersitatis, in cuius territorio sita est res praedicta, vt dicit Moenoch. lib. 3. presump. 106. quem allegauit ego in causa Bonatenentiæ Dom. Caroli Brancacij cū Vniueritate Morroni in Banca. Actuarij Galisiij in Regia Camera quae nunc pendet, quinimò si repetiretur descripta in libro æstimi, siue Catastri dictæ res, ex qua soluitur adoha, deducitur de catastro

9 praedicto, nec soluitur bonatenentia, siue gabella Vniuersitatis, nec collecta, prout die 29. Augusti 1613. in adobarum 23. fol. 41. fuit ordinatum ad instantiam Ioannis Baptista Ferraro Ciuitatis Carinolac contra dictam Vniuersitatem, ex quod dictus Ioannes Baptista possidebat subfeudum nominatum il festo de quo soluebat adoham Illustri Principi Hostiliani Domino dictæ Ciuitatis, & iterum prò feu-

do sic fuit seruatum, & ordinatum ad instantiam Marci Antonij Bar. letta contra Vniuersitatem Burrelli, quod non molestetur pro Colle-ctis de feudo nominato de Stofo-lia, alias de Sancta Caecilia stante quod soluit adoham die 18. Decembris 1607 in adobarum 22. fol. 50.

10 Verùm hæc sunt intelligenda cum infra scripta limitatione, & distinctione gabellarum, & impositionum Vniuersitatis, quia aut sunt gabellæ, ex quibus non participat ipse feudarius, siue subfeudarius, & in istis procedunt supra dicta, aut sunt gabellæ, siue impositiones, ex quibus participat de earum vtilitate dictus feudarius, siue subfeudarius, & tuac tenentur contribuere, vt est horologium, Magister Scholæ, Guardiæ, Stratæ, Potes, Ecclesia, Prædicator, Medicus, & his similia, & tenentur contribuere, nec est immunis, vt in dies seruatur, & præsertim die 29. Octo-bris 1605. in adobarum 22. fol. 176. ad instantiam Scipionis Longobardi contra Vniuersitatem Nuceriae Paganorum ex causa feudi nominati Drago. Sic etiā ad instantiam Prudentiae de Cicco contra Vniuersitatem Paterni, vt tractetur immunis à gabellis prò subfeudo, fide 10. May 1610. in adobarum 22. fol. 195. terg. & iterum die 30. Augusti 1612. fo. 212. ad instantiam Iacobi Signoretta poffessoris feudi Colardif. 26.

Sic etiam si feudum esset inhabitatum, quia adhuc debet Vassalus tractari immunis à gabellis, & Collectis Vniuersitatis, prò vt ad instantiam Magnifici Ioannis Baptistæ de Arenitio de Ciuitate Tarrenti poffessoris feudi inhabitati nominati, lo feudo de Prato, fuit ordinatum per Regiam Cameram die 22. May 1575. in adobarum lib.

15. fol. 96. Sic etiā ad instantiā Frācisci de Marcello terrae Cupertini fuit ordinatū cōtra praedictā Vniuersitatē prò subscudo nominato Maerissa, ex quo soluebat adoha die 2. Aprilis 1576. in adobarū lib. 15. f.
- 11 183. & die 9. Maij 1576. fo. 187. Sic etiam si Terra Burgesatica esset effecta feudalis, tūc quia taxatur in adoha, nō debet molestari ab Vniuersitate, prò vt sic fuit ordinatum ad instantiam Magnifici Polidori Scaragij de Bitonto prò sua possessione burgensatica reducta in feudum, die 24. Nouembris 1534. in adobarum 6. fol. 112. ser.
- 12 Nec etiam fructus feudales soluunt dirictus Sbarrarum Ciuitatis Neapolis, quia sunt immunes, cō q̄ soluitur ex eis adoha, prò vt sic vidi seruari in Arrendamēto Sbarrarū, me existente Aduocato in bāca de Tullio, & sic fuit ordinatū antiquitū ad instantiam Baronis Casalis Paretæ in Territorio Auersano, die 8. Maij 1574. in adobarum 15. fol. 54. ter.
- 13 Sic etiam si Baro haberet portulaniam in sua Terra ex concessione Regis, & de dicta portulania, siue eius introitibus solueret adoham Regi, tunc Portulanus Regius cotius Provinciē non habet Ius visitandi portulaniam Baronalem feudalem, sed visitat portulanias demiales, prò vt sic ad instantiam Ill. Marchionis Labellac fuit ordinatum Regio Portulano Basiliçatæ, quod non visitet Portulaniā dictæ terriæ, stāte, quod prò illa soluit adoham Regiae Curiae, & habet ex concessione Regis, die 16. Decembris 1604. in adobarum 21. fol. 60. & die 25. Ianuarij 1605. fol. 74.
- 14 E contrā verò concessa res in feudum, statim fuit regulam, & fundat intentionem fisci prò adoha, & releuio, vt infrā hac ead. quaest. & ita Marin. Frecc. de subfeud. 3. auctionate 2. nu. 29.
- 15 Declara, quod adoha demonstrat rem esse feudalem, non totam rem, sed portionem, quę proportionatur ad adohæ quantitatē, puta si territorium esset centum iugerū, & adoha solueretur prò portione viginti iugerum, tūc si sumus in dubio, praesumi debent feudalia viginti iugera tantum, nisi aliud constaret, quia adoha facit praesumi rem feudalem iuxta quantitatē adohæ solutæ, prò vt in causa Domini Francisci del Balzo allegauit Andr. de Isern. in cap. primo nu. 8. de controuers. inter masculum, & fem. Franciscus de Amicis in tit. de his, qui feud dar. poss. s. Altera queſtio, fol. 31. num. primo.
- 16 Declara, quod eo ipso, quod probatur feendum aliquod praestare adoham, dicitur feendum quaternatum, ita Mattb. Afflct. in Constitutione Regni Magnæ Curiae, Rub. 37 num. 10. Nicol. Intrigl. de feud. Centur. prima q. 45. n. 14. & 15.
- 17 Declara idem in releuio, vt illius multiplicata solutio probet rem illam, ex cuius fructibus fuit solutū, esse feudalem, vt probauit ex Rosenthal. dicto loc. in meo tract. de Iur. releuū par. 3. queſt. vlt. n. 20.
- 18 Ex quo dum fiscus propter qualitatem feudalem habet intentionē fundatam prò adoha, vt supra, quia feendum datur propter seruitiū, tamen aliquando vassallus in hoc Regno habet etiam intentionem fundatam prò immunitate ab adoha, quando feendum non reperitur taxatum in libro Cedulařis, ideo fuit recepta praxis, quod ad instantiam Regij fisci citatur vassallus ad ostendendum titulum suę immunitatis, & ad dicendum causā, quarē non debet taxari in Regio Cedulaři pro adoha, vt fuit citatus Baro Terrač Caiuani Ill. Princeps Hostiliani sub die 16. Junij 1574. in adobarum lib. 11. fol. 139. qui comparuit,

paruit, & fuit declarata Terra Cai-  
uanæ immunis, & franca ab adoha,  
prò vt hodie est immunis, ut dixi iā  
ego de iur. Releu.par. t.q.8.n.6.

Sic etiam fuiç obseruatum con-  
tra Illustrem Fabritium Iesualdum  
die 19. Augusti 1575. ut ex lib. Ado-  
barum 11. fol. 130.

19. Quo casu, si vassallus non docet  
de immunitate, & franchitia, tunc  
mandatur Perceptorij illius Prouinciæ, in qua situm est feudum, quòd  
capiat informationem de redditibus,  
& introitibus feudalibus dictæ  
terræ per tres annos, quæ clausa, &  
sigillata miseri mandatur ad Tribu-  
nal Regiæ Cameræ, & secundum  
taxam prædictam taxatur adoha,  
quæ taxa transmittitur conseruato-  
ri Regij Cedulařis, quòd taxet talē  
Baronem, & deinde misditur alias  
ordo Regio Perceptorij dictæ Pro-  
vinciæ, in qua situm est feudum,  
quod exigat dictam taxam à dicto  
tale Barone.


20. Qui Baro postea auditur contra  
dictam taxam, & fiunt deductiones  
introituum non feudalium, vt quia  
probaret introitus, q. sūt feudales,  
& qui burgensatici, & si aliqui bur-  
gensatici reperiuntur in dicta taxa  
vti feudales, postea deducuntur, &  
tanto minus mandatur exigere  
dicta taxa, & sic etiam mandatur re-  
fici taxa Cedulařis, dicendo ex er-  
rore, & ita seruatur, ut appareret ex  
diuersis prouisionibus in libris Ado-  
barum pœnes Rationalem de Vrso.

21. Verum quia taxa prædicta est ac-  
cus præjudicialis contra Baronem,  
quia est quædam sententia condem-  
nas feudatarium ad soluendū quid  
annuum, ideo sicut reus citatur su-  
per expeditione causæ, ita etiam  
vassallus debet citari ad videndum  
taxam faciendam in Regio Cedulaři,  
& ita seruatur in Regia Cameræ,  
prò vt fuit citatus Ioannes Bap-  
tista de Lembo Ciuitatis Salerni ad

videndum taxam faciendam in Ce-  
dulari Regio de non nullis feudis  
sibi venditis à Regia Curia ob re-  
bellionem Illustris Principis Saler-  
ni, ut apparet ex lib. Adobarum 22.  
fol. 94. die 4. Februario 1609.

22. Quæ informatio si capitur post  
guerram, tunc mandatur quòd Per-  
ceptores capiant informationem de  
redditibus feudi per tres annos an-  
tè guerram, & per alios tres annos  
post guerram, ut alias dixi in hoc  
tract. vel quando est suspicio pestis,  
tunc mandatur, quod capiatur infor-  
matio per tres annos tempore  
pacis & sanitatis, prò vt fuit ordi-  
natum in informatione capienda  
ad instantiam Ill. Principis Hosti-  
lianii in statu Basilicatæ die 7. Sep-  
tembris 1537. in Adobarum 7. fol.  
126.

23. Sic etiam quando feudatarij nō  
sunt certi Regiæ Curia; nec eos no-  
tos habet, tunc itidem mandatur  
Regio Perceptorij illius Prouinciæ,  
vbi situm est feudum, quòd capiat  
informationem de nominibus, &  
cognominibus feudatariorum, &  
quòd illam transmittat Regiæ Ca-  
meræ ad finem describendi in Ce-  
dulari, & Quinternionibus, prò vt  
fuit obseruatū die 13. Augusti 1591.  
sic etiam fuit ordinatum Thesaura-  
rio Calabriæ, ut in lib. Adobarum 11  
fo. primo.



### ARGUMENTVM.

Adoha, Releuim, & dona-  
tiuum eod. anno debita, an  
omnia solui debeant, vel al-  
terutrum, & an, & quando  
vnum ab altero deducitur, &  
quando pinguis debetur. Et

quanti-

quando rata soluta deducitur; & an debet inspici tempus impositionis, vel solutionis.

## S V M M A R I A.

1. Onera grauantaia feudatarium non sunt multiplicanda.
2. Vassallus vnicia solutione releuij, vel adoba liberatur; si eodem anno virunque deberi contingit, & distingue n. 2. remissiuè.
4. Adoba ordinaria deducitur ex solutione releuij, si non reperitur soluta.
5. Adoba ordinaria et si reperitur soluta, deducitur ex solutione releuij, & quid si prius fuerit solutum releuij sub eod. nu. & seqq.
6. Adoba extraordinaria minor releuij, & non soluta, deducitur à releuij, sin autem est medietas fructuū, fiscus exigit quod est pinguius.
7. Adoba extraordinaria et si soluta, deducitur de releuij, & quod est pinguius debetur ad electionem Curiae, & exactum restituitur.
8. Annus emergens, inspicitur in solutione adobe, non autem naturalis.
9. Donatiuum et si voluntarium, & adobū necessarium sint, adhuc vnicum tantum debetur.
10. Donatiuum voluntarium, & adobū ambo dicuntur necessaria.
11. Donatiui voluntarij rigidos exactores nullus euadit.
12. Donatiuum integrè soluendum deducitur, & vnicum debetur ad electionem Curiae.
13. Rata donatiui eodem anno tantum debiti, deducitur à releuij, non autem rata sequentis anni.
14. Adoba siue donatiuum integrum soluitur à feudatario possidente tempore impositionis, licet tempore solutionis non esset in possessione, & decisio refertur.
15. Tempus impositionis adobe, siue do-

natiui inspicitur quando integra solui mandatur, secùs autem si per plures ratas.

## Q V A E S T I O X I I I .

**C**ontingere sepè sepiùs potest, vt in anno, quo debetur adoba, moriatur feudarius, & heres teneatur ad releuium, quinimò & visu cuenire solet, vt & donatiuum debeatur Domino Regi, an hoc in casu feudarius omnia onera predicta soluere teneatur, vel vnicum tantum, vel alterutrum ex dictis. Et dico, quod omnia supradicta onera sunt onera grauantaia feudatarium, & ideo non sunt multiplicanda, sed vnicum tantum debet soluere feudarius Luc. de Penn. in l. fin. col. 4. C. de exactior. tribut. quia plura onera eodem tempore substincere non debet, Marin. Frecc. de subfeud. lib. 2. q. 48. n. 4. & de auctorit. Baron. auctoritate 3. nu. 26. & eod. antio non soluit releuij, & adobam, sed vnicum tantum, Affiliat. in S. familiis in possessiuitate n. 7. de capi. Corrad. adoba enim, & releuium eodem anno debita confunduntur, & vaica præstatione feudarius liberatur; Sygism. Löffred. in S. sed, & res, col. 2. nu. 2. post princip. per quos fiat inuestigatur, & in S. his consequenter hic finitur lex. Distinguo autem ego, aut loquimur de adoba ordinaria, aut extraordinaria si eodem anno fuerit imposta, prout Ego met distinxii in meo tract. de iur. releuij p. 2. q. 16. n. 3. & seq. aut nostra procedit quæstio in donatiuo ordinario, siue adoba ordinaria, quæ singulis annis exigitur, quæ est onus ordinarij, imò ordinariissimum feudi, & tunc aut non reperitur soluta adoba, aut reperitur soluta; Primo casu, quando adoba non reperitur soluta, & contingerit casus debendi illam in anno, in quo releuium etiā debe-

debetur, tunc non esset soluenda integra adoha, & integrum releuium, sed quantitas adohæ deducitur ex quantitate releuij, & tanto minus soluitur pro releuio pro ut sic annuit, & firmat *Iacob. de Ayello de Iure adoha n. 77.* & ita post *Iacob. de Ayello* refert praticari in Regia Camera Summaria Reg. *Carolus Tap. in Rub. de Constat. Principum cap. 4. num. 77.* & in dies in liquidatione releuiorum mandatur Perceptoribus Prouinciarum, ut exigant releuia, deducta adoha, ut inferius hac eadem quæst. De ratione huius artic. uide q̄ Ego dico dicta quæst. 16. de Iur. releuij num. 4. ex invenie *Ludolphi Scrader. ibi allegati de feud. p. 6. cap. 6. nu. 29.*

**5 et 30.** Aut adoha reperitur soluta, & post illius factam solutionem, contingit debeti releuium ob mortem feudatarij, & tunc difficultas maior est ex ratione *Iacobi de Ayell. & aliorū*, quos cumulaui in d. tract. de Iur. releuij, dicas adhuc deberi deduci quantitatem adohæ, quia ratio illa, ne feudatarius grauetur eodem anno dupli onere, semper militat, siue reperiatur soluta adoha, siue non reperiatur soluta, ergo semper idem ius, & una determinatio respiciens plura determinabilia æqualiter determinat, & sic uidetur annuere *Marin. Frecc. de subfeud. auctoritate 3. num. 26. lib. 2. Iacob. de Ayell, dicto loc. num. 77.*

**Et sic fuit decisum per Regiam Cameram die 21. Octobris 1512. inter Magnificum Franciscum Papacoda Baronem Massafræ, & Regium Filium, nam dictus Franciscus successerat in dictis feudis ob mortem Alphonsi eius Fratris, qui Alphonsus iam soluerat adoham impositam in dicto anno, in quo mortuus fuit, Prætendebat fiscus non deberi deduci adoham, & utrumq;**

deberi, fuit itaq; Regiam Cameram decisum quod dicto Francisco ex computetur à releuio quantitas per eius Fratrem pro adoha in dicto anno soluta, ut appareat in notamentis illius anni.

Quæ deductio fit isto modo, ut vidi nonnullas prouisiones, & etiam audiui ex ore D. Præsidentis Claudi Blanditij in Regia Camera versatissimi, nam coaceruatis fructibus trium annorum, qui ex feudo percepti fuerunt, ut ex fide feudatarii transmissa ad ipsam Regiam Cameram, & capta informatione per Regios Perceptores, & liquidato pretio virtualium, ut ex fidibus, que singulis annis miscuntur ad ipsam Regiam Cameram in posse Actuarij Iosephi Salomonis ad hoc deputati, tunc liquidatur tertia pars dictorum fructuum sic coaceruatorum per tres annos præteritos, ut potè si sunt ducati centum summa fructuum liquidatorum, & adoha esset ducati viginti quinque, tunc mandatur Perceptoribus, quod stante, quod fructus releuii sunt liquidati in ducatis centum, & stante quod adoha dicti feudi est ducatorum viginti quinque, pro ut ex cedulario Baronum apparat, ideo demptis dictis ducatis viginti quinque pro adoha, quod exigant tantum ducatos septuaginta quinque, & ita hodie seruari audiui.

Sic etiam si reperitur solutum releuium, & superuenit solutio adohæ, tunc etiam feudatarius non debet molestari pro adoha, & ultra supra dicta, reperi antiquas prouisiones expeditas in anno 1530. die 15. Octobris, in adobarum 5. fol. 40. ad instantiam Magnifici Antonij de Duce pro releuio Terræ Cotrapiani Prouincie Hidrunti, nam fuit ordinatum, q̄ nō molestetur pro adoha in illo anno, stante quod eod. an-

L. ne

no soluerit releuium.

- 6 Aut loquimur de adoha extraordinaria, quæ ob aliquas necessitates in casibus permisso solet imponi per Dominū Regē, & tunc si non fuerit soluta, est casus clarus, vt deducatur de releuio, si minor sit releuio, sin autem esset medietas fructuum, tunc exigitur à Regia Curia, quod est pinguius ad electionem. Curiæ Iacob. de Ayell. d. num. 77. in princip. Si vero reperiatur soluta, tūc est maior difficultas, quia onus adohæ, dicto casu, iam erat sublatum per anticipatam solutionem, & tamen quia videbatur vigere dicta ratio duplicitis oneris, adhuc fuit iudicatu in Regia Camera vnicum tantum deberi, quod tamen pinguius est in causa Magnifici Andreucij Pappacoda in anno 1517. nam viuente primo genito dicti Andreucij, qui successerat in feudo Massafræ de mense Aprelis 1502. fuit imposita adoha soluenda integrè per totum sequentem mensem Augusti, quo tempore reperiebatur iam soluta adoha, quæ ad ipsum primogenitum spectabat, & postea de mense Septembris sequentis successit secundogenitus, & sic per mortem dicti primogeniti debebatur releuiū, & sic fuit factus casus, vt in eodem anno solue retur adoha, & deberetur releuio; Et tamen fuit decismus, deberi releuio tantum, tanquam pinguius, deducta quantitate illa soluta pro adoha extraordinaria imposta, videas tamen ad hęc Sygism. Loffred. ad Andr. in paraphr. super cap. primo §. His consequenter, verific. Et tandem uit decismus in istis. Hic finitur lex, Ioannes Baptista de Thoro in suo Compêdio parte 1. in verb. adoha c. 8. incip. Adoha an soluit debeat.

Et ad eum aliud decretū Reg. Cam. antiquius die 9. Iulij 1512. per quā pari voto fuit conclusum, & decretū ex quo Mag. Aloysius de Lagonissa

solutum releuium, & infra annum à die mortis patris computatum, fuit impositum ius adohæ, quod nō teneatur ad solutionem iuris adohæ, ex quo Curia eligit sibi releuio tanquam magis utile.

Quinimò si Perceptores vti solliciti exegissent utrumque adoham, & releuio, tunc instantे feudatario prò restitutio adohæ exactæ, Curia solet eligere, ut supra, quod est pinguius sibi solui, & mandatur restituī quod est macrius, retenta solutio pinguiore, prout sic fuit ordinatum per Reg. Cam. die 18. Maij 1536. ad instantiam Magnifici Fabij de la Leonesa Baronis S. Martini Prouinciaz Principatus Vlitra, nam in eodem anno Perceptor dictæ Prouinciaz exegit ab illo releuio, quod erat ducatorum 108. ob mortem Francisci de la Leonesa aui paterni, Et pariter exegit adoham, quæ erat minoris quantitatis, quam releuiū, & fuit dictæ, quod ex quo erat in electione Regiæ Curiæ an veller releuio exigere, vel adoham, quod Perceptor dictæ Prouinciaz, siue Commissarius restitueret quātitatem adohæ d. Fabio, & si dictus Fabius aliquid deberet in residuis, quod excomputaret in quantitate predicta, ut in adobarū lib. 7. f. 31

8. Et quia in talibus solutionibus debet inspici annus emergens nō autem naturalis, nec debemus curare, si adoha fuisse imposta, v.g. in hoc anno 1630. & releuiū deberi cōtingerit in anno 1631. adeò vt duo elīsē anni, & per cōsequēs fiscus diceret, duo sūt anni, & quolibet anno vnicū onus solui cōmodè pōt per feudatarium, quia hoc non benē procederet, actendere enim debemus annum emergentem, & sic computare annū, qui emergit, siue incipiat, vel à die debitū releuij ad diem debitæ adohæ, vel à die debitæ adohæ ad diem debitū releuij, vt benē memi-

meminit *Sygmund. Loffred. in dicta parapbr. s. vers. Quid ergo, de vindemia, & propriè in verbo, & tandem fuit decisum*, vbi refert decisionem relatam à *Iacobo de Ayello d. nu. 77.* & aliam decisionem vide per *Martin. Frecc. de subfeud. lib. 2. auctoritate 3. in facto III. Principis Bisiniani in Regia Camera factā, patrocinante genitore dicti Marini Frecciae, Reg. Reuers. decis. 63. pur. 4.* vbi refert aliam decisionem in causa Michaelis de Afflicto Comitis Triuenti, nam in anno 1121. die 4. Septembris fuit mortuus dictus Michael, & illo anno de mensie Ianuarij fuit imposita adoha, & statim exacta tota etiam à dicto Michael, fuit postea dubitatum, si successor deberet deducere adoham iam solutam à relevio; Et quia in anno solutionis relevij haeres non patiebatur duo onera, cùm vnum iam fuisse solutum, ideo decisum fuit, quod integrum relevium solueretur.

Quid autem si eodem anno, quo adoha imponitur, præstaretur donatiuum Domino Regi, siue voluntarium per feudatarios, siue ad Principis petitionem, quæ species est violenta iubendi, tunc videbatur quod vtrumque debetur, & quod vnum onus dependet ex necessitate legis, & sic adoha loco seruitum feudalium, & donatiuum est voluntarium, vt per figuram intelligit, & ait *Præses Anellus Amatus d. cons. 12.* tunc quia duo sunt debita, vnum necessarium, alterum voluntarium, vnum dependens ex necessitate legis, alterum ex voluntate hominis, videbatur vtrumque deberi.

Attamen contrarium concludit *Marin. Frecc. d. lib. 2. de subfeud. auctoritate 3. num. 26. per totum, adhuc deberi alterutrum, sed cum declaratione inferius ponenda, quia ambo proueniunt, & prouenire di-*

cuntur ex necessitate legis, nempe adoha, & sic seruitum militare ex necessitate legis mortuæ, & donatiuum ex necessitate legis viuæ; quia etsi donatiuum sit voluntarium, tamen dicit *Præses Amatus d. 11 cons.* quod nullus evadere potest rigidos exactores dicti donatiui, quod necessarium est, & tale donatiuum anteà exigitur, vt ita loquar, & postea proponitur.

**12** Sed distingue in favorem Domini Regis, & feudatarij, quod aut donatiuum imponitur, & petitur soluendum totum in dicto anno, aut in pluribus ratis, & in annis sequentibus. Primo casu res est extram aleam, vt vnicum tantum debeatur ad electionem Curiæ, quod pinguius est, vt in dicta Causa Andreucij Pappacoda.

**13** Secundo casu, si prò pluribus ratis, & annis, tunc rata soluenda in anno adohæ detrahitur, & deducitur ab adoha, quia illa tantum rata dicitur esse onus illius anni, sequentes autem ratæ dicuntur onera annorum sequentium, merito non deducuntur, quia si deducerentur, sequeretur, quod inspiceremus tempus impositionis, non autem solutionis, at hoc causa inspiciendū est tempus solutionis ad finē vt rectè dicatur feudarius sétire duplex onus, ita habes ex *Freccia de auctoritate Baron. dicta, auctoritate 3. num. 26. per totum,* & propriè in fine lib. 2.

**14** Qyod autem dixi, vt inspiciatur tempus solutionis fallit, vt si feudatarius in anno, quo donatiuum imponeretur, haberet feudum, & donatiuum solui mandaretur infra vnum, vel duos menses, quod si feudatarius intrà dictum tempus desineret habere feudum, puta quia venderet, vel quouis modo desineret illud habere, tunc

L 2 inspi.

inspiciendum esset tempus impositionis adoha, ad finem ut ipse vendens solueret integrum adoham non autem inspiciendum tempus solutionis, ad hoc ut emptor, vel alias successor habens feudum predictum, dicto tempore solutionis, solueret adoham, & donatiuum, quia tempus impositionis inspici debebet, pro ut sic fuisse decisum in Regia Camera Summariae refert Frecc. lib.

2. de auctoritate Baron. auctoritate 3. num. 26. in fine ex tex. & ibi Bart. post Glos. in l. Incola, ff. ad municipal. faciunt notata per Petr. Antibol. de muner. & honor. p. 3. & adest decre- tum Regiae Cameræ latum die Mer- curij 19. Augus. anni 1478. per quod fuit ordinatum, quod tenentes feu- da soluere debeant ius adoha tem- pore, quo petitur, & non illi, qui illa alias tenuerant, ut in notamentorum illius anni fo. 53. ter. vide latius supra q. 10. quod dictum Frecc. licet sub- oscure videatur, tamen ego intelli- go, quando adoha integra esset sol- uenda eodem anno, alias si per plu- res ratas, vel annos esset soluenda, tunc ratę, & anni sequentes specta- rent ad emptorem, vel successorem; de quo vide quę dico Ego de Iur. relevij p. 2. q. 16. n. 21. & dicam infrā hoc eod. tract.

ஆ തു തു തു തു തു തു തു തു തു

### ARGUMENTVM.

Immunitas concessa ab adoha, an extendatur ad donatiua, ut à donatiuis censeatur vas- fallus immunis, & ab alijs ser- uitijs disputatur, de nomine donatiui differitur, an verè hodie possit dici donum ex voluntate, an autem ex neces-

sitate, & an immunis à serui- tio personali sit immunis ab adoha. & fidelitate, & in casu urgentissimæ necessitatis, & immunitas simpliciter con- cessa, an comprehendat donatiua. Et de alijs.

### S V M M A R I A.

1. **Donatiuum, & adoha differunt.**  
Hospitale d. Annunziata Neapolitana est immune ab adoha prò feudiisque possidet sub num. primo.
2. **Donatiuum bodie ex voluntario fa-ctum est necessariū, etiā discrepan-ribus Baronibus. & sub nu. 4. & hoc nomen donatiui est coloratum sub nu. 16.**
3. **Donatiuum singulis duobus annis ir-remisibilitur petitur per literas Re-alias.**
4. **Donatiuum bodie dicitur impostio necessaria prò subueniendis necessi-tatibus D. Regis.**
5. **Donatiui præstatio bodie dicitur præ-cripta.**
6. **Donatiuum taxatur iuxta taxam adoha. i. ad eius taxam. & refertur praxis.**
7. **Ciuitas Neapolitana, Baronagium, & Regnum, non autem exteri in-terueniunt in parlamento sub nu. 6.**
8. **Donatiuum bodie sapit naturam, & qualitatem adoha.**
9. **Feudum immune à donatiuo dicitur immune ab adoha.**
10. **Feudum immune ab adoha, dicitur immune à donatiui.**
11. **Feudum immune ab omni iugo ser-uitutis, dicitur immune ab adoha, & decisio refertur.**
12. **Immunitas à seruitio personali tri- buit immunitatem ab adoha, etiam**

- 12 si quid annū p̄ficiā mādaretar.  
 13 Vassallus immunis à seruitio feuda-  
 li, requisitas à Rege seruier impen-  
 sis Curiæ, non autem proprijs.  
 14 Immunis à seruitio non est immuni-  
 s à seruitio, quod inest fidelitatis ius,  
 que iuramento antiqua, & vobis  
 forma fidelitatis.  
 15 Assensus non censetur remissus, con-  
 cesso feudo franco à seruitio. D. ado-  
 ba.  
 17 Immunis ab adoba non est immunis  
 à casu urgentissim⁹ necessitat⁹.

## QVÆSTIO XIV.

**Q**uæritur si reperiatur cōces-  
 sum feudū francum à ser-  
 uitio personali, siue reali,  
 & sic ab adoba, prò ut in  
 Regno nostro sūt aliquafeuda frāca  
 ex speciali priuilegio; & præcipue  
 Hospitale, & Domus: Diuina: Annu-  
 tiata huius Ciuitatis, quæ prò feu-  
 dis, quæ possidet, est immunis, ab  
 adoba, vt appareret ex Cædulario  
 Baronum, in quo non apparet taxa-  
 ta dicta domus, & Hospitale pro di-  
 cēis feudis, quæ possidebat tempo-  
 re dicti Cædularis; an hoc casu  
 censeatur etiam francum à donati-  
 vis, quæ singulis duobus annis, præ-  
 via litera Regis ad Proregē trāsmis-  
 sa, præstantur Dño Regi in Re-  
 gno nostro, prò quo notandum est,  
 quòd adoba, & donatiuum nōmīne  
 inter se differunt, & quandam vi-  
 dentur habere differentiam, vt po-  
 tè, quia adoba debetur necessariò  
 in locum seruitij militaris, Donati-  
 um autē prò subuentione Domini  
 Regis, & sic uidetur quodammodo  
 voluntarium, quia dicit Franc. de  
 Pont. decis. 3.nu. 11. quod est gratia,  
 & benignitas Regis, tamen, vt di-  
 cit, est benignitas in nomine,  
 quia preces Regum sunt mandata,  
 Glos in uerb. quemadmodum in l.  
 prima ff. quod iussu, & talis p̄fatio

donatiū non est uerū, q. est uolunta-  
 ria, dicit Praefes. Anell. Amat. d. cōf. 12.  
 nu. 15. quia si esset uoluntaria, certè  
 pauci soluerent, & uidemus, quod  
 permulti Barones, & Vniuersitates  
 non mihiunt procuratores ad do-  
 nandum, quinimō intrā dentes  
 difterepant exp̄sē, & tamen hanc  
 solationem non subterfugunt, nec  
 euadunt illius rigidos exactores,  
 adeo, vt dixit Marin. Frecc. de sub-  
 feud. lib. 2. dī auctoritate Baron. au-  
 toritato 3.nu. 26. quod donatiua  
 hæc, quæ singulis duobus annis fi-  
 unt in Regno, non dicuntur verè  
 voluntaria, ita quod talis qualitas  
 voluntaria, siue hoc nomen volun-  
 tarium, quæ Baptizantur, est po-  
 tius nomē simulacrum, & propter eā  
 dicit Franc. de Pont. d. decis. 3.n. 14.  
 quòd uidemus singulis duobus an-  
 nis irremisibilit̄ peti à Rege per  
 literas transmissas ad Proreges, qui  
 per particulares literas conuocant  
 Ciuitatē Neapolis, Baronē, & Po-  
 palos ad parlamentū; & dicit Franc.  
 de Pont. d. num. 13. quòd hoc dona-  
 tiuum verè potest appellari imposi-  
 tio, quæ singulis duobus annis fie-  
 piò subueniendo necessitatibus Do-  
 mini Regis, quæ alio vocabulo di-  
 cuntur adiutoria, & impropriè ado-  
 ba dici possunt, Franc. Capiblanc. de  
 offic. Baron. prag. p. nu. 56. Anton. Ca-  
 pyc. in verb. feudorum adiutoria, di-  
 cess, ex mente Andreæ, quòd ado-  
 hamentum comprehendit adoham,  
 & adiutorium, & ampliū hodie non  
 solum simulatum nomen voluntarij  
 amiserunt, sed quod potius est, re-  
 dacta sunt donatiua ista ad necessi-  
 tam legis, quia dicit Praefes. Anell.  
 Amat. d. conf. 12. n. 15. verific. Ex alio,  
 quòd talis p̄fatio non potest vo-  
 luntaria censeri, quia ab anno 1560.  
 sēper quois biennio fuit vniiformi-  
 tē p̄fita, & ultrā ea quæ dixi su-  
 pra hoc eodem tract. q. p. idem do-  
 cet P. Antonin. Diana. resolut. mora-  
 L 3 bium

*litterar. 3. resolut. prima docens;*  
hanc adohæ solutionem hodie esse  
necessariam.

- 6 In quo donatiuo est aduerten-  
dam quod etsi conuocetur Ciuitas  
Neapolitana, Barones, & Regnū, ta-  
men Ciuitas ipsa solum constituit  
Sindicum prò danda responsione  
Domino Proregi nomine ipsius Ci-  
uitatis, Baronagij, & totius Regni,  
nec non ipsa Ciuitas constituit subs.  
Deputatos prò qualibet platea no-  
bili, & populari, tamen ipsa non do-  
nat ex speciali priuilegio, sed tantum  
donat Barones, & Populi ipsius Re-  
gni, sed bene ipfa Ciuitas concurrit  
in petendo gratias, & capitula par-  
ticularia à Domino Rege, & à Prore-  
ge, Et exteris non esse vocando, *dicit Antonin. Dian. d. loc. resol. 6.*  
Vnde sicut adoha taxatur, ita etiam  
taxantur donatiua, vt si media ado-  
ha, vel tota solui deberet, vel plūs,  
vel minus, ita etiam donatiua. *Frāc.*  
*de Pont. d. decif. 3. n. 15.* adeò vt, dicit  
*Præses Amat. d. loc. n. 12. verific. taxa-*  
*autem, quod etsi fatear, non esse ven-*  
*ram adoham, tamen est additamen-*  
*tum ad priorem adoham, & quilibet*  
*taxatur ad rationē vēteris ado-*  
*hae; vndē siue sit additamentum ad*  
7 *priorem adoham, siue sit adoha ip-*  
*sa, sequitur quod debet sapere na-*  
*turam, & qualitatem adohæ, ita ex*  
*l. inter sacerum, s. cum inter ff. de pa-*  
*cētis dotak post Ludolphum Scrader. de*  
*feud. p. 2. non a par. principalis sess. se-*  
*cundenum. 7. tenet Amat. d. cons. 12.*  
*num. 13. dicens ibi num. 17. quod fa-*  
*cta concessione feudi cum onere*  
*soluendi donatiuum ad rationem*  
*ducatorum 52. 2. 10. & sic ad nouam*  
*taxam prò singulis centum, tunc*  
*propriè erit adoha.*

- 8 Ex quibus concludas, quod im-  
munis à donatiuo, dicitur etiam es-  
se immunis ab adoha quasi quod  
hodie adoha, & donatiua idem sine  
en auctoritate *Andr. de Isern.* quam

- dicit esse particularem ad huius ar-  
ticuli decisionem in *§. similiter in*  
*bostenditjs, num. 13.* quem allegat  
*Capc. in verb. fendorū adiutoria, prò*  
*vt sic tenet *Ioannes Francis. de Pont.**  
*d. loc. num. 15. 20. 21.* Et è contra cō-  
cessio feudo alicui cū clausula quod  
sit immunis ab omni adiuuamento,  
9 tūc qd adoha est species adiuuamē-  
ti, tale feudū sic concessum erit im-  
mune ab onere adoha, quia sub no-  
mine adiuuamenti includitur ado-  
ha. *Moxib. Afflīcti. in d. S. similiter in*  
*bostenditjs, num. 14. verific. quero.*  
10 Et è contra, cōcessa immunitate  
ab adoha, videtur concessa immu-  
nitas à donatiuis, & adiuuamentis,  
prò vt sic ex ratione *Andrea de*  
*Isern. sup. alleg. quod omnia adiuuā-*  
*menta sunt adohamenta. concludit*  
*Franc. de Pont. d. decif. 3. nu. 20.* Ado-  
ha cōtra sicut donatiuum, & è con-  
tra iudicantur. *Io. Ant. Lenar. d. cons.*  
*573.*

- 11 *Ampliaretur in concessione suis-*  
*set dictum, Concedo feudum liberū*  
*ab omni iugo seruitutis, quia debet*  
*intelligi francum, liberum, & exem-  
ptum ab adoha, & donatiuo, prò vt*  
*sic fuisse decizum in Regia Camera*  
*Summariae in anno 1544. in causa*  
*feudi Gaudiani Regij fisci cum Epi-*  
*scopo Melphiz, refert de Ponte, ubi*  
*sup. num. 21. secūs autem si Baroni,*  
*vel Vniuersitati fuisse immunitas*  
*simpliciter concessa, quia hoc casu*  
*non comprehendit donatiua, nec ad*  
*illa extenditur, prò vt prauia discus-*  
*sione, sic refert fuisse decizum Reg.*  
*Moles q. 3. tit. de donatiuis, que fuisse*  
*in Regno, ea ratione, quia immuni-*  
*tas simpliciter concessa comprehē-*  
*dit ordinaria onera, non autem ex-*  
*traordinaria prò vt est donatiuum;*  
12 Hinc, concessio feudo franco à ser-  
uitio personali, vt potè vt Baro non  
teneatur seruire, tunc quia adoha  
subrogata est loco dicti seruitij, talis  
feudatarius dicitur etiam esse im-  
munis

munis ab adoha; & sic immunitas à seruitio tribuit immunitatem ab adoha, ita ex doctrina Andr. de Ifern. in cap. primo S. huius autem generis, In quibus caus. feud. amict. tenet, & firmat Bartholom. Camer. in S. firmiter, lit. N. fol. 52. de prohib. feud. alien. per Frider. dicens idem esse, si esset concessum feudum francum à seruitio personali, sed bene, ut vassallus, quid annum solueret, & sic præstaret seruitium pecuniarium, ut eo causa nec adoha debet præstari, ea ratione, quia adoha loco seruitij personalis est subrogata, ita ex auctoritate Iacobi Aluarot. & Alexadr. in cap. primo S. fin. de capite qui Curiæ vend. tenet Camerar. ibidem dict. loc. sed dum seruitium personalé non præstatur, nec ergo adoha debetur, cum non habeat locum, vbi subrogatur, adeò quod si Rex vellet vt dictus vassallus frans, & immunis à seruitio feudal, seruire de personæ, tunc sumptibus Regiae Curiæ seruire debet, prò vt concludit Oldrad. de Pont. conf. 234. factum tale est, Iacobin. de Sancta Georg. in inuestitur. feudal. in verb. Et promiserunt, col. p. versic. tertio quero, Ioseph Cum. in cap. si aliquem, in verb. Consueti, n. 35. Nicol. Intrigl. cent. prima q. 29. nu. 14.

14 Declarà, & intelligas supradicta nō procedere respectu seruitij, quod inest fidelitati, nam facta concessione de feudo franco ab adoha, vel donatio, vel seruitio personali, non per hoc vassallus liberatur ab illis seruitijs, quæ continentur sub forma fidelitatis, idest ad illa seruitia tenet, per quæ vassallus demonstrat se esse fidelē Domino suo, prò ut sic ex magis verioris sententia cōcludunt Oldrad. de Pont. d. conf. 234. num. 2. in fine, Ioannes Andr. in additione ad Speculat. sit. de prescript. col. penult. in fine, vbi latè, Herm. Vult. de feud. lib. primo cap. 6. num. 13. in fine,

dicens, non censeri remissam fidelitatem, nisi pacto expresso fuerit remissa, quia tunc esset donatio, siue allodium, non autem feudum, Imol. in cap. ad nobram, de reb. Eccles. non alien. Ioseph. Cum. in verb. consueti, n. 115. & seq. quia tunc nulla data fidelitate, repugnaret natura feudalis talis concessioni Petr. Rebuff. in arbore feudal. diuis. 14. & plenè Henrich. à Rosenthal. in princip. sui operis, vbi alios allegat, firmans sine fidelitate feudum non posse consistere, sed tantum remanet fidelitas, eiusque attributa, quatenus seruitia non sint. Rosenthal de feud. cap. 2. sonclus. 49. in glos. in fin. & cap. 8. conclus. 8. in glosel. à Franc. Curt. de feud. parte prima q. 8. cap. 9. num. 28. Nicol. Intrigl. d. q. 29. nu. primo, puta omictendo, & committendo, in malefaciendo, tacendo, fraudando, denunciando secreta, machinando contra Dominum, & alia, tam quæ continentur sub forma antiquæ fidelitatis, quam etiam quæ continentur sub noua forma fidelitatis, Bald. in prelud. feudal. num. 53. Intrigl. d. loc. num. 5. referens, hanc esse communem opinionem, Petr. de Gregor. de dos. de parag. q. 22. num. 2. Ioseph Cum. in dicto verb. Consueti nu. 115. 116. & seq. & nu. 65. ad 79.

15 Vnde subdeclarà, quod consensus in alienatione feudi alias necessarius, non intelligitur remissus, facta concessione de feudo franco ab adoha, vel seruitio militari secundum opinionem Baldi, & magis veriorem in prelud. feud. sub nu. 53. ex auctoritate Andreae de Ifern. in cap. primo S. huius autem generis, col. 2. nu. 12. versic. Sed quid s' detur, In quib. caus. feud. amict. Petr. Nicolaus Mozz. de feud. tit. de diuis. feud. sub num. 16. Franc. Curt. de feud. p. 4. num. 32. versic. Sed paucis, Guerin. Pisonius Soaccius in prelud. feudal. fol. 239. in paruis, & hanc esse communem opinionem.

ex multis tenet Nicol. *Intrigl. d. loc.* num. 66. & sequentib. quicquid in contrarium dixerunt, Curt. *Iunior de feud. parte prima q. 8. col. 10. ver-* *fic. 4. Ias. tripl. bud. feud. nu. 117. Pe-* *trus de Gregor. de concess. feud. p. 5. q.* 3. *verfic. secundas effectus, Ioannes Caneat. in cap. si aliquem, s. sed non so-* *nu. 6. fol. mibi 221. Anton. Capyc. Rub.* *feudorum genera, col. 9.*

16 Donatiua autem in Regno nostro introducta sunt tempore Imperatoris Frider. & dicebantur adiutoria, deinde prima vice iam rupta, & aper ta hac via, coloratum est hoc nomine, vt supra dixi, & quod sine causa querebatur, non erat de iustitia, cùm Populi grauari non debeant, quasi quòd Reges nollent eos grauare, mutauere nomen, & quod dicebatur adiutum, baptizauere dominum, quasi quòd nisi pollicitum, nō petebatur, & sub istis baptizata coloratis nominibus, quasi quod plauderent honestia nomina prima facie, & non ex necessitate, sed ex voluntate procederent, postea ad necessitatem onerum, & tributorum in effectu sunt reducta, vt supra etiam docui.

17 Intellige omnia supradicta, vt concessa immunitate ab adoha, nunquam intelligitur remissus casus urgentissimè necessitatis, vel vbi magnum periculum Domino imminet, ità ex Ludolph. Scrader. *de feud. p. 2. nona partis principalis, sect. 15.* num. 29. latè probat Andr. Kobl. *de seruit. feudal. p. 4. tit. de causa formal.* *seruit. nu. 99. & seq. & ita specie fuit* decisum contra Ciuitatem Gaetæ huius Regni, quæ tempore inuasionsis Gallorum, produxerat priuilegium, quòd erat immunis ab ordinarijs, & extraordinarijs, & hoc non obstante, fuit condemnata, quia in tali priuilegio non comprehendebatur casus urgentissimè necessitatis, quæ tangit etiam priuilegiatos,

vide tamen quæ dico infrà q. 47.



## ARGUMENTVM.

Concesso feudo franco ab adoha, an intelligatur talis immunitas, siue franchitia concessa vassallis à contributio ne in adoha, & in quibus casibus, & an Baro possit concedere immunitatem subfeudatarijs, & an immunitas concessa ab ordinarijs seruitijs extendatur ad extraordinaria, Immunitas ab hospitando an extendatur ad contributio nem, & quid de Cameris reseruatis Regni; Et concessa Vniuersitati an comprehendat focularia de nouo accedentia; Et an immunitas à donatiuis cedat damno Regni, & de immunitate Præsidentium & Aduocati fiscalis Regiæ Cameræ.

## S V M M A R I A .

- 1 Barone immune ob feudum franco, an sint immunes vassalli, distinguitur.
- 2 Barone immune à seruitijs prestantiis Regi, sunt etiam immunes vassalli à contributione.
- 3 Barone immune à seruitijs feudali bus ob eius fauorem, non autem vassallorum, non sunt immunes vassalli à contributione.
- 4 Immunitate concessa Baroni fauore vassal-

- vassallorum, vassalli sunt immunes.
- 6 *Domino concedente immunitatem Baroni, sed denegante vassallis, tunc vassalli tenentur præstare Baronis ratam contributionis.*
  - 7 *Immunitas à seruitio, & adohæ in dubio fauore Baronis presumenda est.*
  - 8 *Dominus s' est debitor Baronis, & remiclit adoham, tunc vassalli tenentur Baronis solueret ratam contributionis.*
  - 9 *Baro non potest concedere immunitatem subfeudatarij à seruitio.*
  - 10 *Vassalli tenentur præstare seruitia Baroni, & competentia ratione domini, eiusque prærogative, non obstante immunitate feudi, & referuntur decisiones.*
  - 11 *Et non obstante, quod feudum esset concessum Baroni in allodium, vel francum.*
  - 12 *Feudum concessum liberum, & francum, an intelligatur francum à paragio debito sorori, referuntur contrariae opiniones, & concluditur pro sorore.*
  - 13 *Vniuersitas immunis à solutionibus ordinarij, non tenetur ad salarium Barricelli, & decisio refertur.*
  - 14 *Immnitas præstationum simpliciter concessa, comprehendit ordinarias tantum.*
  - 15 *Vniuersitas immunis ex causa onerosa, non tenetur soluere solutionem impositam toti Regno in beneficium capitii Regni, & decisio refertur, secùs quando contribuio cederet in beneficium totius Regni sub eod. n.*
  - 16 *Immunitas hospitandi milites operatur etiam respectu contributio- nis.*
  - 17 *Camera reservata Baronum immunes ab onere hospitandi, non sunt immunes ab onere contribuendi, fallit tempore necessitatis.*
  - 18 *Immunitas ab hospitando non comprehendit tertiam partem pensionis*
  - domorum prò militibus.
  - 19 *Immunitas concessa sanguini Regio, non extenditur ad descendentes per lineam foemininam.*
  - 20 *Immunitas concessa Vniuersitati comprehendit focularia de nouo accidentia post concessam immunitatem, & decisio refertur.*
  - 21 *Immunis ab adiuuamento, dicitur immunis ab adoha.*
  - 22 *Grauamen illatum Baroni, non intelligitur illatum eius vassallis.*
  - 23 *Immunitatis materia remissio.*
  - 24 *Immunitas onerum fiscalium non amicitur per duplicitam, vel triplicatam subsequentem solutionem.*
  - 25 *Numerus duodecim liberorum dat immunitatem, & qualiter expediatur priuilegium.*
  - 26 *Mater vidua habitans cum duodecim filijs unico viatu, & sub una protectione manentibus, gaudet immunitate, non obstante, quod pater sit mortuus.*
  - 27 *Nouerca habitans cum priuignis numero duodecim gaudet etiā immunitate.*
  - 28 *Focularia matrum viduarum cum duodecim filijs fuerunt deducta à Regia numeratione.*
  - 29 *Filius mortuus ante expeditionem priuilegij, prodest patri ad consequendam immunitatem duodecim liberorum.*
  - 30 *Nepos ex filio premortuo prodest ad consequendam immunitatem.*
  - 31 *Nepotes plures ex uno filio premortuo prosunt patri prò uno filio tantum.*
  - 32 *Filius mortuus post expeditionem priuilegij, adbuc prodest ad retinendam immunitatem.*
  - 33 *Filius naturalis prodest patri ad consequendam immunitatem duodecim liberorum, sed contrarium servatur, nisi esset legitimatus, vel religionem ingressus.*
  - 34 *Filius in ventre adbuc prodest patri ad consequendam dictam immunitatem.*

- 35 Immunitas duodecim liberorum extinguitur, extinctio patre, quod intellege, ut ibi.
- 36 Immunitas duodecim liberorum cefsat quando pater, & filii sunt diuites & Vniuersitas est pauper.
- 37 Opinio aliquorum, quod immunitas duodecim liberorum non habet locum in ordinariis oneribus, nec in datyis, & gabellis Principum, non seruatur de facto.
- 38 Immunitas duodecim liberorum cefsat ex causa belli, vel pestis, & refertur quid fuerit practicatum.
- 39 Presidentes Regie Camerae, & Regij Consiliarij sunt immunes à muneribus personalibus in patria, sic etiam Aduocatus fiscalis Regie Camerae circa adoham, et circa taxationem sigilli, & n.45.  
Et quid de muniberibus realibus; Et quid de mixtis; Et quid de sordidis, & alijs distinguitur num. 40. 41. 42. 43. 44. & adducitur declaratio Regie Camerae Summaria.

## Q V A E S T I O X V.

**E**t quia supra annuimus, & ita seruatur in Regno nostro, ut vassalli contribuant Baroni in medietate adohæ, propterea quæro, An immunitas ab adoha, & seruitio concessa Baroni, extendatur ad eius vassallos, adeò ut si sit immunis Baro, & immunes quoque sint vassalli à tali contributione, & ab alijs seruitijs, & oneribus. Tu tamen, omissa disputatione, presuppones, quod cum sub nomine adohæ veniant adohamenta, siue adiuuamenta, adiutoria, subuentiones, donatiua, & alia, ut in princip. nostri tract. q. 3. nu. 6. propoſuimus, ideo distinguimus duos casus.

2 Primus est, quando sumus in illis seruitijs, & adiuuamentis, siue donatiuis, vel adiutorijs, quæ debentur iure seruitij, siue subventionis Baroni

- prò seruitio Regis, & tūc Barone im mune, sunt et vassalli immunes, q. si Baro tenetur seruire, & vassalli et te-  
nentur subuenire, è contra si Baro nō tenetur seruire, nec adoham præsta-  
re, nec vassalli tenentur subuenire, nec adohæ partem præstare, ita ex Andr. de Isern in cap. primo §. huius au-  
tem generis uidetur concludere Bar-  
tholom. Camer. in §. firmitè lit. H.  
fol. mihi 92. col. 2. de prohib. feud. alienat. per Frider. Camill. de Curt. fol. 42.  
col. p. num 68. Idem annuit Vinc. de  
Franch. decif. 76. num. 3. dum argu-  
mentum contrariæ partis assert, di-  
cens, quod cum adoha sit remissa,  
Baro non debet esse in lucro, & ex-  
igere à vassallis adiuuamenta, siue  
adiutoria, Anton. Capyc. in verb. feu-  
da adohant, verific. Et quando, dum  
onus adoha non sentit, ex regula secu-  
dum naturam, ita etiam concludit  
Franc. Capiblanc. pragm. p. de offic. Ba-  
ron. num 59. & 60. Iacob. Ayell. n. 60.  
3 nisi remissio adoharum fuisset facta  
fauore Baronis, non autem vassallo-  
rum, & tūc in remissione adohæ con-  
templasset solùm ipsum Baronem,  
non autem ipsos Vassallos, uti val-  
sallos dicti Baronis, vel feudum ip-  
sum uti feudum dicti Baronis, tunc  
vassalli non cōtemplati non. sunt im-  
munes prò vt ex doctrina Andree de  
Isern. in §. sed nec alia iustior in addit.  
qua fuit prima causa benefic. amict.  
ubi Matth. Affict. docet idem Vinc.  
de Francb. d. decif. 76. num. 8.
- 4 Vel secundò si remissio seruitij  
fuerit facta Baroni fauore vassallo-  
rum, tunc eo casu vassalli immu-  
nes sunt, Iacob. Ayelius d. num. 60. Vel  
tertio nisi contrarium appareret,  
quod remissio facta Baroni de ser-  
vitio operaretur etiam respectu vas-  
fallorum eius, Camill. de Curt. in suo  
diuers. d. fol 42. col. 2. nu. 66. circa me-  
dium in nostro numeri.
- 6 E contrà si appareret, quod tan-  
tū Baroni remissum fuerit, sed quod  
nolle

nollet remictere vassallis, tunc Baro poterit petere à vassallis, & videtur occultatus unus actus, quia videtur per Baronem donatum Regi, & per ipsum Regem retròdonatum Baronis, *ex l. singularia, ff. si certum petatur, Camill. de Curt. ibidem dicens, ita tenere Bartholomeum de Capua in Apostol. ad Conſt. Regni, Quampluriū, Vinc. de Francb. decis. 73. num. 24. ubi alleg. Andr. de Ifern. & Loffred. Parid. de Put. de reintegrat. feud. cap. penult. incip. Attamen, Antonius Capyc. in verb. feudorum adiutoria, verſic. Et ad hoc, Matth. de Afflīct. in dicta Constitutione quamplarium num. 26. tenet prò Barone, & in anno 1505. dū fuisse orta lis inter Ill. Marchionem Laini, & subfeudatarijs Ciuitatis Acerrarum, nam dicto Marchiom fuit remissa adoha prò tēpore, quo in proximis tunc guerris seruiuit personaliter ad eius expensas, fuit decisum per Regiam Cameram die Luna 20. Octobris 1505. quod ex quo apparebat, quod dicta gratia remissionis adoha facta dicto Ill. Marchionis erat facta Baroni tantum eius intuitu, ex quo seruierat in dictis proximis prēteritis guerris ad eius expensas, ideo fuerunt condemnati dicti subfeudatarii ad contribuendū dicto Baroni ratam adoha debitam ut in lib. notamentorum d. anni fo. 15.*

7 In dubio autem semper videatur remissum seruitium fauore Baronis, Anton. Capyc. in verb. feudorum adiutoria, verſic. Et ad hoc in fine numeri, Vinc. de Francb. d. decis. 73. n.

8 25. *Afflīct. dicto loc. Puta si Dominus elset debitor Baronis, cui relaxaret adoham propter debitu quia Barq exigit adoham à uassallis, ex l. se debitor, ff qui pot. in pign hab. Capyc dicto verſic. Et ad hoc, Camill. de Curt. dicto loc. num. 67.*

9 Vel si ex privilegio, ut in causa Bartholom. de Cap. supra adducta, Capyc. d. loc. verſic. quando Rex; Nec Baro potest concedere

subfeudatario exemptionem à servitio, ait Marin. Frecc. autoritate 5. tenet Camill. de Curt. dict. fol. 47. num. 65.

10 Secundo casu, quando sumus in illis adiuuamentis, siue adiutorijs, vel seruitijs, quæ debentur Baronii ratione dominij, & tunc non obstante immunitate adoharum concessa Baronii, vassalli tenetur ad illas præstadas, putat adiutoriū pro maritanda filia, hisque similia, quæ proueniunt ex prærogatiua dominij, ita ex Marin. Frecc. de subfeud. lib. 2. auct. 2. Vinc. de Frāch. dicta decis. 67, num. 4. referens sic fuisse decisum in fauorem Marchionis Galatulæ vtilis Domini Ciuitatis Oyrę contra dictam Vniuersitatem Franc. Capiblanc. dicto loc. num. 61. in fine, dicens, æquiucare DD. qui per rationes supradictas dicunt vassallos esse imunes, quia vera ratio est, quod tales subuentiones, siue adiutoria debentur ex prærogatiua dominij, non autem ratione seruitij, siue adoha, idem Vinc. de Francb. decis. 131 nu. 2, qui ponit casum in indiuiduo; nam fuit concessum Casale Sancti Arserij francum ab onere adoharum, & hoc non obstante, fuit decisum in fauorem Baronis petentis adiutoria prò maritanda filia, & fuit decisio facta de mense Octobris die 22. 1576.

11 Nec obstat etiam si feudum esset concessum vti allodium, vel francum ab omni onere, quia adhuc vassalli tenentur ad ea, quæ veniunt ex prærogatiua dominij, ut videtur concludere idem Preses de Franob. per totam dictam decis. & propriè nu. primo, & seq.

12 Vnum tamen non omictam, quod mihi valde durum videtur, ut concessio feudo franco ab omni seruitio, siue iugo seruitur, & sic in allodiū, non debeatur sorori dos de paragio ea ratione, quia dicta concessio operatur ab omnibus oneribus personilibus,

libus, int̄r̄ quæ est dos de paragio, quæ dicitur onus personale fratrib⁹, sed ego dubitarem, quia si possum petere adiutorium à vassallis, quare non debeo dare dotem de paragio? & soror, quæ aliundè non possit dotari, cogeretur mendicare, & mari-  
tum non inuenire condignum iuxta conditionem feudatarij; quidnam turpius esset sororem Baronis non habere dotem, franchitia debet intelligi à seruitijs, sed in reliquis remanet feudum, & eius natu-  
ram retinet, *D. Gars. Maſtrill. decif. 200. num. 48. allegans. eumdem Pe- trum de Gregor. de concess. feud. p. 5. q. 5.* *Ludouic. Molin. de Hispan. pri- mogen. lib. p. cap. 13. num. 50.* dicens opinionem prò fœmina esse & quo-  
rem, eò quod respicit fauorem pub-  
licum, nè mulieres remaneant in-  
dotatæ, & filiæ Baronis non fraudé-  
tur legitima, & tamen contrà soro-  
rem tenet *Petrus de Gregor. de dote de paragio, quest. 22. Maſtrill. dicta decif. num. 50.* quos sequitur, & refert  
*Nicol. Intrigl. dicta Centur. p. q. 29. nu. 70. & seq.*

**13** Huic verò prò Coronide addas quod notauit *D. Carolus Tap. in Rub. ff de Conſt. Princip. cap. 4. n. 105.* quod desumpſit ex quibusdam de-  
citionibus Regentis olim Riberæ, quòd solutio, quæ fit Barricello Cā-  
paneæ non includitur sub immuni-  
tate concessa alicui Vniuersitati à  
muneribus ordinariis, & sic ab ado-  
ha, vel à munib⁹ extraordinarijs,  
prò ut sic multoties per *R. C. Sum- mariae practicatum, atq; decisū fuit,*  
prò ut sic etiam dixit idem *D. Tap.*

**14** *ibidem nu. 104.* quòd, concessa sim-  
pliſter immunitate alicui Vni-  
uersitati, intelligitur de munib⁹  
ordinariis, non autem extraordinariis, & sic concessa immunitate ab  
adoha, intelligitur de ordinaria, nō  
autem de extraordinaria, prò ut sic  
pater in duabus declarationibus

Regis Friderici, & Philippi Secundi, vt ex Registris Regiae Cameræ Summariaz appetat.

**15** Si verò fuisset cōcessa a licui Vni-  
uersitati ex causa onerosa immuni-  
tas à tributis, & deinde fuisset im-  
posta contributio toti Regno in be-  
neficium Capitis Regni, tunc talis  
immunitas ex causa onerosa ope-  
ratur etiam contra talēm contribu-  
tionem, vt dicta Vniuersitas nō te-  
neatur, prò vt sic concludit, & re-  
fert fuſſe decisum *Mutius Surgens*  
*in annot. ad Marc. Ant. Surgente-*  
*fratrem de Neapol Illuſtr. cap. 22. sub*  
*priuileg. 42. fol. mibi 386. verſc. que*  
*quidem multa facerens ad Ciuitatem*  
*Neapolis, & factum contingit int̄r̄*  
*Ciuitatem Capuanā, & Neapolim,*  
nam tunc temporis vrgente neceſ-  
ſitate frumenti hīc Neap. fuit ordi-  
nata contributio per totum Regnū,  
& Capuana Ciuitas contradixit vir-  
tute dictæ immunitatis, & facta re-  
latione in Collaterali Consilio ob-  
tinuit, Quod fallit quando contri-  
butio peteretur prò munienda Ter-  
ra ſiue Castro, per quam forſan ho-  
ſtes ſiue turcæ poſſet aggredi, & in-  
gredi totam regionem ſiue Prouinciam,  
quia tunc omnes Terræ te-  
ntentur contribuere, vt fuit seruatū  
tempore Excellen. Ducis Oſunæ,  
Proreg. nā prò muniendo, & ambi-  
do muris, & fortalitio Tetrā Agro-  
poli in partibus Cilenti, fuit ordi-  
natū quòd omnes Terræ de Ci-  
lento contribuerent, & ita fuit ex-  
equutum, ea ratione quia lictus dictæ  
Terræ defuerit ad comoditatem di-  
cta regionis, cū per dictam terram  
poſſent Turcæ ingredi dictam re-  
gionem.

**16** Sic etiam immunitas concessa  
alicui Ciuitati ab onere hospitandi  
milites, operatur etiam vt sit immu-  
nis à contributione pro militū ho-  
ſpitio, vt est Ciuitas noſtra Neapo-  
litana de Ponte loc. allegando, nu. 23.

prò

pro ut sic prò Ciuitate Cusentia de-clarauit Excellentis. Dux Ossunæ in anno 1618. tempore, quo permulti milites erant in Regno, nam dicta Ciuitas Cusentia, uirtute priuilegiorum, erat immunis ab onere hospitandi, & Excellentiss. Dux Ossunæ per specialem ordinem declarauit etiam immunem à contributio-ne, ut testatur Doctus Io. Bapt. Thor. in suo Compend. parte prima in verb. Immunitas, fol. 263. col. p. quicquid in contrarium videatur annuere D. Franc. de Pont. de pot. Proreg. tit. de prouisionibus fieri solit. S. 6. num. 19. vt s̄xp̄ vidi.

17 Quò ad Cameras referuatas, quæ licet sint immunes ab onere hospitandi ob speciale priuilegium, tamen dicit ibi Franc. de Pont. referē fisci prætensionem, ut tunc non sint immunes, de qua Reg. Rouit. prag. 3. de militibus num. 14. Thesar. quæstionum forens. q. 3. licet tempore necessitatis contrarium seruetur aliquando.

18 Nec talis immunitas ab hospitan-do, & contribuendo extenditur ad immunitatem à tercia parte pensionis domus, ad quam taxatur Domini domorum deseruentium pro hospitan-dis militibus, vt ex Andr. de Barol. tenet Franc. de Pont. dicto S. 6. nu- 19. vers. 4. ibi scituris.

19 Nec etiam immunitas extenditur de sanguine ad sanguinem, vt putè concessa immunitate à iure sanguilli, adohæ, & aliorum iurium fisca-lium illis, qui sunt de sanguine Regijs non gaudent tali immunitate, prò ut sic decisum refert in causa Ducis Montis Altii, Regens de Pont. decis. 5. Regen. Rouit. pragm. 9. de feud. Reu. P. Andr. Mol. ad Con-suet. Neap. p. 4. quest. 30. num. 2. & in addit. ad dictum num. qui omnes referunt multas decisiones, quia sunt diuersi generis, & diuersi san-

guinis, fœmina .n. est finis familiæ, & generis, & immunitas non opera-tur in his, quæ sunt diuersa vnū ab alio, quod secùs, quando non sunt diuersa, & vnū accedit alij, & vnū corpus fit, licet ex pluri-bus constet corporibus, prò ut si esset concessa immunitas alicui Vniuersitati, intel liguntur etiam immunitia focularia, quæ post concessam immunitatem accesserunt, & accedunt ad habitandum, quia licet sint diuersa, tamen posteā efficiuntur de illa Vniuersitate, & vnum constituunt corpus im-mune, prò ut sic fuisse decisum de anno 1562. die 16. Septembri refert Reg. Moles tit. de fundi. fiscal. decis. p. in causa Vniuersitatis Trani, vide in-frā q. 33.

21 Declara, quòd si per rescriptum, vel priuilegium Princeps concede-ret Baroni immunitatem ab adiuua-mento, non exprimendo adoham, tunc licet adoha habeat suum spe-ciale nomen, & ideo specialis debet esse prouisio, tam en quia si-no-nima sunt, & vnum comprehendit aliud, ut supra docui, dicit Matth. de Affict. in 5. similiter in hospendijs num. 15. de capitulo. Corrad. quòd talis immunitas etiam operatur re-spectu adohæ, quia adiuuamentum est nomen generale, & comprehen-dit adoham.

22 Declara insuper, quod in casu cō-trario grauamen à Rege illatus Baro-ni, non extenditur ad vassallos, vt potè si Rex grauaret plus solito Ba-ronem, non per hoc Baro potest gra-uare plus solito Vassallos suos, Flo-rian. in l. si filia nupforit, ff. fā. hærcisc. Ias. in prælud. feudal. col. 22. Capyc. in verb. feuda adohant in fine, & in verb. feuda uniuntur, verific. quaeragelimo septimò.

Declara tandem, quòd si cōcessa fuerit alicui Vniuersitati, vel Baroni immunitas à donatiuis, siue adoha, & facto deinde donatiuo in certa-

summa soluenda integrè à Regno, an hoc casu immunitas illa debeat præjudicare Regi, vel Regno, & licet ut refert Reg. *Moles q.4. tit. de donatiis*, fuisse decisum talem immunitatem cedere damno ipsius Regni, posteà re longius perpensa, contrarium fuit decisum in fauorem Regni contrà Regem, vt talis immunitas cederet damno Regis, non obstante quod etiam adesser clausula, nemine exempto, quia illa debet intellegi in fauorem Regni, ut refert idē *Moles ibidem*, & vide quæ dico seq. quest. & q.46.

Et quia sumus in materia immunitatis ab adoha, & aliorum, ideo breviter hic non nulla adnotare volui circà materiam immunitatum, vtrā ea, quæ hic dixi, & dicam infra in hoc tract. & præcipue quest. 46.

**23.** De qua materia immunitatis ab oneribus vtrā ea, quæ adducit *Henrich. à Rosental. in sua Synop. feud. cap. cap. 5. conclus. 47. Petrus Gregor. Tholof. Syntagm. iur. cap. 8. nu. 13. & 14. vol. 3. Gutierez de gabell. q. 84. & 87. Regner. Sixtin. de regalib. lib. 2. cap. 6. nu. 105. D. Garf. Mastrill. de Magistr. lib. 3. cap. 10. num. 127. ad num. 138.* tamen hic ego volui quædam vsufrequentia adnotare, quæ in Regno practicata fuere, vbi diuersæ sunt impositiones.

**24.** Et primò est notandum, quòd si immunitas à Rege fuerit concessa alicui subdito à solutione onerum fiscalium debitorum Regi, & posteà reperiretur, quòd per tres annos continuos talis Concessioneerarius soluerit onus, vel quantitatem alias impositam, & ab alijs soluenda, vt adhuc talis immunitas non censeatur, nec dicatur amissa, prò vt sic docuit *Andr. de Barculo in l. 2. C. de ijs, qui sponsp munerib. public. sub. in causa lanuensium, & Pisanorum*, quòd per solutio-

nem duorum annorum non amiserunt priuilegium immunitatis, *Guid. Pap. decis. 187. num. primo*, ea ratione, quia casus solutionis est reiterabilis, & ideò requiritur spacium decē, vel viginti annorum, ex cap. *Accidentibus extra de priuileg.* & sic notat etiam *Ant. Const. in suis singular. in verb. Priuilegium.*

**25.** Secundò notandum est, quòd in dies euenit in Regia Camera, nempe de immunitate patris ob num. duodecim liberorum fundata in iure communi ad tex. in l. si quis decurio, C. de decur. lib. 10. & per alios DD. *Nicol. Festas. de astimo, & collectis, cap. 3. num. 71. cum seq.* & per infrascriptos Doctores, ut patri duodecim liberorum in dies videmus expediri priuilegium immunitatis à gabellis, & alijs, quod priuilegium expeditur, auditio fisco, & Ciuitate Neapolis, tamen non nullæ declarationes pro præsenti tempore fuerunt factæ.

**26.** Primo ut tale priuilegium non solum comprehendat patrem viuentem cum filiis, sed etiam quòd extendatur, patre mortuo, ad matrem viduam superiuientem cum filiis, & seruantem viduitatem, donec illam seruat, & insimul habitent, & unico victu comedant, & in eadem protectione, & familia.

**27.** Et pariter hoc priuilegium fuit extensum, & ampliatum ex causa ad uouercam, dumodo vidua cum priuignis habitat in eadem familia, protectione, & victu.

Et pariter, quòd ea focularia dictarum personarum, vt supra viuentium, fuit ordinatum, quòd in generalibus numerationibus deducantur.

**29.** Et pariter fuit declaratum, quod filius natus, sed mortuus antè expeditionem priuilegii proficit ad gaudendum tale immunitate, prò vt hæc oīa fuerūt decisa in Reg. Cam. audi-

to

th filio in anno 1553. in causa matris Caroli Brancatii, ut refert *Anell. de Bochis* in addit. ad *Bart. in l. s. quis. C. de Decur. lib. 10.* & iterum per dictū decretum generale sub die 4. Augus-  
tus 1571. referente *D. Antonio David* *Prefid. Regia Camera*, quicquid in contraria nonnulli docuere, de quibus infra n. 35. notab. 4. *Franch. decis. 259.* de quo decreto meminit *Pbilippi. Pascal. de patr. pot. p. 4. cap. 4. n. 21.* sed ego habeo ad pennam.

30 Secundò, ut sub tali priuilegio comprehendatur nepos, siue nepo-  
31 tesinati ex filio mortuo, ut pro sint  
aucto quoad immunitatem prædi-  
ctam consequendam.

Sed cum hac declaracione, ut si  
essent plures nepotes ex filio præ-  
mortuo, habeantur pro vno, & sic  
ut subintrent locum patris, prout sic  
decisum refert *Vinc. de Franch. decis. 259. n. 13.* & ibi *Viscont. Pater Andr. Molfesi ad Consuetud. Neap. p. 4. q. 30 sum. 11. ob. 11.*

32 Tertiò, quod sicut dixi, quod fi-  
lius mortuus ante expeditionem  
privilegii adhuc prosit ad immuni-  
tatem consequendam, ita pariter si  
moriatur post immunitatem obtem-  
ptam, ut adhuc talis immunitas non  
amittatur, ea ratione quia in utro-  
que casu sufficit, quod sint nati filii,  
pro ut sic fuisse determinatum re-  
fere *Vinc. de Arta. sing. 241. in verb. im-  
munitas. Philip. Pascal. de patr. po-  
test. p. 4. cap. 4. num. 18. Ferdinand.  
Pavez. de excusat. parent. nu. 38. mihi  
in tract. tom. 12. Sebas. Medices de  
casibus fortuit. p. 2. q. 12. nu. 22.*

33 Sic etiam prodest filius natura-  
lis, ut concludit *D. Franc. de Pont.  
cœs. 16 vol. primo, & cons. 17. cod. vol.  
camen contrarium servatur in Re-  
gia Camera, pro ut sic mihi retu-  
lerunt nonnulli Præsidentes ipsius,  
afferentes rationem, quia filius na-  
turalis non est certè filius, & in hac*

materia proceditur strictè, & intel-  
ligi debet verè de filio legitimo, &  
naturali, cùm sit materia stricta, &  
ideò in priuilegiis expediendis nō  
admitunt tales filios, & etiam ex  
alia ratione, quia immunitas con-  
cessa filiis, vel ratione filiorum, in-  
telligitur de filiis iustis, non autem  
de naturalibus, qui non dicuntur  
iusti, ad tex. in l. 2. S. primo ff. de ex-  
cusat. tut. ita in casu contingentи do-  
cet *Gabriel Cardin. Paleot. de nobis,*  
*& spurijs, cap. 32. n. 4.* & in simili  
docent *Philipp. Pascal. de patr. potest.  
p. 4. cap. 4. num. 15.* limitans, quando  
essent legitimati, vel religionem in-  
gressi, ut supra.

34 Quinimò mihi dixerunt, quod  
nec admittunt filium in ventre pro-  
creatū, nisi capta informatione de  
ventre matris prægnante ex illo pa-  
tre, qui prætendit priuilegium.

35 Notandum est in hac materia,  
quod talis immunitas duodecim li-  
berorum concessa patri durat vi-  
uente patre, sed eo mortuo extin-  
guitur, quia à iure conceditur patri  
ex causa filiorum, non è contra  
ad tex. in l. fin. C. de ys, qui num. libe-  
ror. lib. 10. & hanc opinione tenet  
*Bartol. Soc. conf. 84. in princip. vor. sc.*  
Et ultra, quem sequitur, & allegat  
*Nicol. Festas. d. tract. de extim.* & col-  
lect. cap. 3. num. 74. & alii, quos al-  
legat *Philip. Pascal. de patr. potest. p.  
4. cap. 4. num. 21.* tamen in hoc Re-  
gno non recedimus à practica, &  
opinione supra iudicata, & ut refer  
idem *Pascal. ibidem nu. 21. & 22.* &  
nos supra diximus

37 Solet quandoque talis immuni-  
tas duodecim liberorum non ha-  
bere locum, ut quando pater,  
& liberi sunt diuites, Vniuersitas  
autem pauper, contrà quam præ-  
tenditur immunitas ex *Gloss. in  
l. semper S. demonstratur, ff. de  
iur. Immunit. Gaspar Thesaur. de-*

cis. 267. num. 9. Paschal. dictio loc. nu.  
25.

- 37 Vel quando tractaretur de muneribus ordinariis secundum opinionem Alberici in Rub. ff. de muner. & honorib. num. 88. Roland. à Vall. conf. 32. num. 15. & seq vol. 2. Sed hoc de facto non obliteratur, ita docet Gaspar Thesaur. dicta decis. 267. nu. 13. qui num. 14. dicit hanc immunitatem non habere locum in datijs, & gabellijs Principis.

Sed in contrarium est veritas, & consuetudo, ut testatur Carol. Ruin. cōf. 127. n. 10. in f. lib. 4. Jacob. Mädel. conf. 519. n. 6. Gaspar. Thesaur. in ad- dit. ad dictam decisionem, & quæst. fo- rem. 93. num. 2. lib. primo.

- 38 Vel quando esset causa belli, vel pestis, Gaspar Thesaur. d. decis. 267. num. 15. Paschal d. loc. à num. 15. ad 29.

Tamen in anno 1634. Regiæ Cu- riæ datij fuere decem ducati pro quoilibet certenario omnium introi- torum super Regijs arrendamentis functionibus fiscalibus, & alijs introitibus cum Vniuersitatibus pro subueniendis bellis, & fuit practicatum, quod V. I. D. Franciscus An- tonius de Angelis olim fidelissimi Populi Neapolitani Tribunus, M. C. V. Iudex criminum, nunc Regius Consiliarius tractetur immunis à di- cta exactione, vti pater duode- cim liberorum. Sic etiam audio fuisse feruatum in persona Domini Francisci Guindacij de Sedili Ni- di patris duodecim liberorum.

- 39 Tertiò principaliter notandum est quid de Regijs Officialibus Iustitiâ excentibus in hoc Regno, putat Præsidētes Regiæ Cameræ, ac Regijs Cōsiliarij assistētes in Curia. Et per Regiæ Camer. Sūmar. tempore Reg. Moles, ut ipse testatur tit. de functio- nib. fiscal. q. 4. per totam fuerunt di- scussa tria capita.

Primitus de muneribus personali- bus in propria patria; quæ Ciues su- bire tenentur, vt siue sint sordida, & vilia, siue sitè dedecore, sed eū ho- nore, & dignitate excentur, tunc licet alias esent in qualibet dignita- te Ciues; adhuc subire tenentur, tam ex quo ipsi Officiales tenentur as- sistere in Curia; & ab illa non possunt distrahi absq; licētia Regis, fuit cō- clusū, quod ipsi Consiliarii, & Præ- sidētes sunt immunes, ut testatur ip- se Regens Moles d. princip. quæst. us- que ad vers. Quod vero ad munera rea- lia.

- 40 Secundū caput de muneribus rea- libus, & tunc pariter fuit subdistin- ctum; aut tractatur de muneribus realibus, quæ à Ciubus tantum debentur. Aut de muneribus mæ- rē realibus, quæ debentur etiam ab exteris ratione rei, quam posside- rent in ipsius loci Territorio, & fuit conclusum, quod in primum capite sint immunes, in secundo. autem capite quod non sint immunes, ut testatur ipse Moles dicto loc. à ver- sic. Quo verò ad alia manera rea- lia usque ad vers. Et per istas ratio- nes.

- 41 Declarauit etiam Regia Camer- a supradicta capita sic decisa. Pri- mò, quod Officialis, qui præten- dit immunitatem prædictam, ut su- pra, si esset Ciua illius loci, quod teneatur ad multa realia cuius- cunque generis, quæ ab ipsis re- bus exiguntur, siue exiguntur re ra- tione rei, siue à persona ratione rei, ipsis, si vero est exterius, quod te- neatur tantum ad merē realia, ut ipse Moles testatur dicto loc. ver- sic. Et per istas rationes.

- 42 Secundò declarauit, quod Aut etia- lia munera realia sunt ordinaria, i. quæ à lege, more, vel Regis ordina- tionae, siue Imperio sunt indi- cta, & perpetuata, & certam ha- beret

beret præstationem. Aut sunt extraordinaria, ut quia extrà supradictum ordinem, vel ex causa extraordinaria sunt indicta, siue impetrata, & tunc primo casu non sunt immunes Officiales, ut testatur conclusum Moles d. loc. verific. Sed declarauit Regia Camera.

43 Secundo casu, ut sint immunes, ut ibidem verific. Si verò extrà ordinem.

Quæ immunitas fuit subdeclarata, ut ibidem testatur Reg. Moles paulò inferius dicens, quod immunitas ab ordinarijs muneribus, ut supra, cedit damno Vniuersitatis, ut non exigat ab immuni, sed Vniuersitas soluat totum debitum Regiæ Curiæ.

Sed immunitas ab extraordinijs cedit damno Regis, non autem Vniuersitatis, ita per Regiam Cameram fuisse conclusum testatur Reg. Moles d. loc. verific. Et sic conclusum.

44 Tertium caput de mixtis, & Domini d. Camera secuti fuerūt distinctionē Bart. in l. prima C. de mulier. & in quo loco, dicentem, quod immunis a personalibus, non est immunis à mixtis, quatenus rem ipsam attingit; Et obligatus ad patrimonialia est immunis à mixto, quatenus personam attingit, sed fiet separatio, ita Reg. Moles dict. loc. verific. Quod ad munera circam finem, dicēs, quod sic remansit decisum quoad omnia suprà dicta, vide quæ dico supra qu. 11. in fine.

45 Quid autem in Aduocato Fiscali Regiæ Cameræ dicas, quod prò bonis, quæ possidet in aliqua Vniuersitate est immunis ab omnibus functionibus fiscalibus sicut ipsi Presidentes, prò, ut sic fuit decisum in favore qm. Marcelli de Mauro olim Aduocati Fiscali Regie Camerae pro Vniueritate Monopoli, vbi possidebat nonnulla bona die 14. Ianuarij

1580. penes Secretarium.

Sic etiam Aduocatus Fiscalis Regiæ Cameræ Summariae tractatur in taxatione iuris sigilli Regij sicut ipsi Præsidentes prò ut sic fuit ordinatum die 26. Martij 1556. Taxatori Regij sigilli ad instantiam Magn. V.I.D. Friderici Longhi Aduocati Fiscali Regiæ Cameræ Summariae ch' in tutte le cose occorreranno al predetto Magnifico Aduocato Fiscale in la tassa dell Regj sigilli dell Priuilegj, & altre cose, & expeditioni lo trattati conforme tratta nell'expeditione alli Magnifici Presidenti di detta Regia Camere.



## ARGUMENTVM.

Adoha potest imponi per Regem, & in quibus casibus remissiuè intelligitur, & quid in Baronibus Regni nostri.

## S V M M A R I A.

- 1 Rex solus imponit adobam, & ex causa.
- 2 Constitutio Quamplurium comprehendit Regem, ut in eis cassibus possit adobam imponere, sicut Barones.
- 3 Duriora onera imponuntur ob publicam utilitatem.
- 4 Rex tenetur defendere Regnum suum ex suis pecunij, & donatiuo ordinariori, non autem sub colore defendendi Regnum, noua onera subditis imponere, illorumque bona erogare, quod limita sub nu. 5.
- 5 Rex potest noua onera imponera, ea quod, et quando redditus Regni non sufficiunt in cassib permittit.
- 6 Rex se petit adoba. n a Barone, tunc Baro petit a vassallis.
- 7 Barones non possunt imponere adobam

- ham in casibus Capp. Pap. Honoriū.
- 8 Rex extra casus Capp. Pap. Honoriū, & Barones extra casus Constitutionis Comitibus, & Constitutionis quamplurium non possunt petere adiutoria.
- 9 Baron non potest dicere, Rex grauat me, & ego volo grauare vassallos meos.
- 10 Rex si grauat Barones, & Barones ad eius exemplum grauant vassallos.
- 11 Exempla Regum respiciuntur in Baronibus, & subditis.
- 12 Rex imponens noua onera Baronibus, non potest reprehendere Barones imponentes noua onera vassallos.
- 13 Iustitia firmatur, ablata impietate de vultu superioris.
- 14 Boni mores superioris magis, quam poenarum timor subiectos in iusto officio detinent.
- 15 Adoba imponitur à Rege in casibus de iure communi feudorū, & de iure Regni remissiū, & declaratur.

## QV AE S T I O XVI.

- 1 **A**doham solus Rex ex causa boni publici imponere potest, dixi sup. q. 4. & Luc. de Penn. in l.p. C. de superindict. tenet Bartol. Camer. in S. firmiter, lit. S. fol. 92. de prohib. feud. alienat. per Frider. & superius cod. loc. lit. G. dicit Camer. quod doctrina Andreae de Isern. in
- 2 Conſt. Regni Quamplurium, quod in omnibus casibus comprehensis in illa Constitutione potest Rex adoham imponere, quia Constitutio illa habet etiam locum in Rege secundum doctrinam Andreae de Isern. ibi ex cap. primo S. fin. de pace iuramento firmata, Regens Anibal Moles tit. de Collectis decif. prima verſic. haec capita circa medium; Quinimò nec solum adoha solet imponi, sed & diu- riora solent imponi onera propter

publicam utilitatem, ut prædia ab inuitis auferre, & militibus assignare, modico honoris gratia possessori assignato ex l. Lutius, ff. de euict. Andr. de Isern. in S. similiter de capital. Corrad. Joseph Cum. in verb. Consueti, num. 36. & vbi, & in quibus casibus imponunt Barones adoham ex Constitutione Regni Quamplurium, & ex Constitutione Comitibus, potest in illis eisdem casibus imponere Rex ex Andr. de Isern. in dicta Conſt. Quamplurium, Anton. Capyc. in verb. feuda adobant, verſic. Et præ quibus.

Et idcò dum Rex in casu permisso à iure cōmuni, capitulis, & mūnicipali potest imponere adoham, vt subueniat occurrenti casui, non debet sub tali colore nouam imponere Populis collectam, & adoham, quia etsi Regnum habeat necesse defendere, tunc respondetur, quod prò hoc habet donatiua, & tributa, & si quæ onera propter Regnum ipse Rex haberet, tunc non ex redditibus, & bonis Populorum subuenire illis tenetur; sed ex sui Regni redditibus debet Regnum pacatum, conseruare sīnē subditorum grauamine, Andr. de Isern. in tit. quæ sint regal. verb. extraordinaria collatio. Luc. de Penn. in l.p. C. ne Rustic. ad mil. offic. Iacob. de Ayel. de Iur. ad hæn. primo 2. & 3. ex doctr. Sancti Thom. secunda secunda q. 63.

- 9 Quæ omnia debent procedere quando redditus Regni sufficiunt, secūs autem quando non sufficiunt, quia tunc in casibus permisis tantū potest imponere Iacob. de Ayel. d. loc. num. 7. & seq. vbi non nullos ex capitulis Papæ Honoriū connumerat casus, in quibus imponi potest, cuius rei occasione, quia Reges petunt adohā à Baronibus, possunt & ipsi Barones à suis vassallis petere subsidium adohæ prædictæ, & adiutorium in casibus comprehensis in dicta

*dicta Conf. Quamplurium, Capyc. in verb. feudorū adiutoria. uerſic. Quintus est casus.*

7 Est benè uerum, quod Rex potest petere adoham in casibus in dicta Constitutione comprehensis, dicet illa loquantur in Barone. *Petrus de Gregor. de cōcess. feud. p. 7. q. ult. n. 34. ex Andr. de Ifern. & Gloss. in Constit. Regni Quamplurium, Iacob. de Ayell. n. 33.* tamen non è contra Barones possunt petere adoham in casibus comprehensis in Capitulis Papę Honorij à vassallis, quia illa capitula loquuntur de collectis, & adohis imponendis per Regē, quorum materia stricta est, & ideo de persona ad personā non est facienda ampliatio;

8 maximè quia Barones sunt minus priuilegiati, quam Dominus Rex, sed extia calus comprehensos in dictis Capit. Papę Honorij, non licet Regi nouas collectas, & adohas imponere Baronibus, & Populis; Non n licet Baroni dicere, Rex grauat me, ergo & uolo ego grauare vassallos, sic dicit *Lucas de Penn. in l. hac definitione*; *C. de omni agro deserto lib. i i. Anton. Capyc. in verb. feudorū adiutoria, verſic. Extra dictos casus.*

Sic èt extrà casus dictæ Cōstitutio-  
nis Quamplurium, & Constitutio-  
nis Comitibus, & alijs casibus in  
Lege Regni, vel coi expressis nō po-  
tent Baro petere adohā, siue adiuto-  
riū à vassallis suis, prout cauetur in  
cap. Regni. Item statim, quia si im-  
ponit extrà dictos casus, debet emē-  
dere, & soluere Domino Regi du-  
plum, *Ant. Capyc. in dicto verſic. Ex-  
trà dictos casus.*

10 Vnde si Dominus Rex cupit ne  
*Barones grauent vassallos suos, nec ipse debet grauare ipsos Barones, & vassallos*, licet pœnam imponat, & edicta faciat. Sic enim sa-  
cipientia dicit, Magnam profectò ne-  
cessitatē petendi imponit Superior  
Populo, cùm nō tantum verbis præ-

cipit, sed exemplo præsit, quæ quidē  
necessitas non vi, nec ferro subditos  
impulit, sed pudore, timoreque  
infecto, nè ipsi faciant ea, que ui-  
dent suum Principem odiisse, & Ec-  
clesiastic. qualis Rector Populi,  
tales & ministri eius, & habitantes  
in terra, & alibi, Regis ad exemplum  
torus componitur Orbis. Mala n.  
exempla superiorū uenena fuit præ-  
parata subditis, peccarunt Reges,  
peccarunt subditi, quia Rex caput,  
subditi sunt membra, & ideo dolor  
capitis statim transfertur ad mem-  
bra, vt Cic. lib 3. de legib. nos monet,  
nam à superiore veluti à capite sen-  
sus, & motus subditis veluti cæteris  
membris per nervos operationis  
impartiuntur, & alibi, qualis est Rex  
talis Populus eius, si Reges noua im-  
poant onera, nec possunt reprehen-  
dere Barones noua imponentes one-  
ra vassallis, quod benè inquit tex.  
in l. ff. uxor, l. Iudex, ff. ad legem Corn.  
de adult. quomodo enim superiores  
poterunt increpare malefactores  
adulteros, & fures, si ipsi malè fa-  
ciunt; Cum ablata impietate de-  
vultu Regis, aufertur impietas de  
vultu Baronum, & vassallorum, &  
omnia æqua lance iustitia non fir-  
mabuntur Salomon. Proverb. 25. di-  
cit, aufer impietatem de vultu supe-  
rioris, & firmabitur in iustitia tro-  
nus eius Deuteronomij primo habe-  
tur; Sic vitam Superior dirigere de-  
bet, vt norma sit, & exemplum vir-  
eutum subditis, ideo si Rex cupiat  
vassallos non grauari oneribus per  
Barones, nec ipsi grauent Barones,  
& vassallos, nec interest edicta, le-  
gesq; promulgare, si ipse Rex primò  
legem, vel edicta non seruet de ipso  
lata; quia mores superioris, certa  
animi inductione, magis in iusto of-  
ficio subiectos retinet, quam vel  
pœna, vel premia magna, cùm exé-  
plis homines plusquam alijs ad res  
præclaras excitentur, & Reges, siue  
supe-

superiores tot mortibus digni sunt,  
quot perditionis exempla ad subdi-  
tos transmittunt, cap. quicunque, &  
cap. præcipue 11. q. 3. Luc. de Penn. in l.  
exempla, C. de decur. n. 3. lib. 10.

15 Et casus, in quibus Rex potest im-  
ponere adoham Baronibus, & vas-  
fallis, & per consequens Barones vas-  
falis suis sunt diuersi, alij de iure  
communi, alij de iure Regni nostri  
Neapolitani, Prò illis de iure com-  
muni videas Petrum de Gregorio de  
concess. feud. p. 7. qu. 8. per totam. De  
iure Regni nostri Neapolitani hic  
dissleramus, Ioseph Cum. in verb. Con-  
sueti, Afflict. in cap. fin. quis dicatur  
Dux. in fine, dicens vltra casus Iuris  
communis, Constitutionum Regni,  
& Capitulorum Papæ Honorij pos-  
se semper, vbi iusta, & publica causa  
interuenit, petere adoham.

Sed adhuc Jacob. Ayell. num. 28.  
dicit, quod in alijs dominijs potest  
imponi in multis casibus, In Regno  
autem nostro sunt determinati ca-  
sus tam in dicta Const. Quampluriū,  
quam etiam per capitula Papæ Hono-  
rij, de quibus latissimè discurrit  
Reg. Molestit. de Collectis, decis. pri-  
misper. totam.

Et à casibns determinatis in Re-  
gno prò imponenda adoha, non de-  
bet Rex recedere in Regno suo à Ca-  
pitulis, nam debet obseruare Capitu-  
la Regni, vt post alias docet P. An-  
tonin. Diana resolut. moral. tract. 3. de  
Parlamento resolut. 15. dicens, quod  
si verum esset, quod Rex vltra cas-  
us determinatos imponeret tribu-  
tum, quis amplius cum Rege practi-  
caret? Et licet Capp. PP. Honorij lo-  
quantur de collectis, noster autem  
tractatus institutus est de adoha,  
attamē nos, vt supra monuimus, sub  
 nomine adohæ intelligimus quod-  
libet onus, siue exactiōem facien-  
dam à vassallis per Dominum suum.

## ARGVMENTVM.

Adoha, siue adiutorium quan-  
do possit imponi prò guerra  
ad declarationem Cap. Pa-  
pæ Honorij, & guerra debet  
esse notabilis, grauis, nō pro-  
curata, nec affectata, & diù  
duratura intrà Regnum, vel  
extrà Regnum, idem de re-  
bellione vniuersali, siue par-  
ticulari, secùs si culpa Domi-  
ni causa euenisset; Et quid  
prò defensione vnius Ciuita-  
tis intrà, vel extrà Régnū;  
Et quid prò alio Regno, Et  
prò defensione fidei Catho-  
licæ, Et quid ob timorem  
belli.

## S V . M M A R I A.

- 1 Primum Cap. Papa Honory refer-  
tur.
- 2 Adoha imponitur à Rege in casu  
guerre notabilis, grauis, non procu-  
rateæ, non simulatæ, & non momen-  
taneæ.
- 3 Adoha imponitur à Rege in casu Re-  
bellionis grauis, non simulatæ, non  
procuratae, & duratura.
- 4 Adoha debetur Regi in sequenti ba-  
stes, & rebelles cum ipso belligeran-  
do intrà, vel extrà Regnum Nea-  
politanum, & nu. 8.
- 5 Adoha una debetur etiam si duo ca-  
sus petendi eodem anno euenirent.
- 6 Intellige in Regno Neapolitano, se-  
cùs autem in alijs dominijs.
- 7 Adoha debetur prò Rebellione unius  
Ciuitatis Regni, vel partis Regni, et  
num. 12.

8 Ado-

- 8 Adoha vigore Capitulorum Papæ Honorij non debetur prò bello, vel rebellione extra Regnum.
- 9 Adoha vigore Cap. Papæ Honorij adhuc debetur si Rex parùm extra Regnum egredetur.
- 10 Si Rex Ciuitatem extra Regnum acquisitam vellet defendere.
- 11 Adoha debetur si Regi expediret exstram Regnum hostibus obuiare, nec illos expellere, & n. 14. & n. 15.
- 14 Cap. Papæ Honorij de bello, & rebellione intra Regnum, declaratur habere locum etiam extra Regnum; limita quando aiudsonarent verba capitulinu; 15. & quid in Sicilia.
- 16 Prohibere verbum est imperatiuum.
- 17 Adoha nō potest imponi, quando guerra culpa Domini, vel rebellio ob tyrannidem eueniret.
- 18 Adoha in casibus legitimis imponenda, non debet exceedere summam taxatam.
- 19 Adoha non debetur, quando Rex gerit bellum prò vendicanda propria iniuria; Idem si deuenerit ad effectum ex proprio facto.
- 20 Adoha nō potest imponi in uno Regno prò defensione alterius Regni, et n. 24.
- 21 Adoha quando intra Regnum, vel extra Regnum dobeatur remissio.
- 22 Adoha potest imponi à Rege prò defensione fidei Catholicae non solum vassallis demaniaibus, sed burgenibus.
- 23 Adoha ob iustum timorem guerre in Regno potest imponi.
- 24 Barones Regni Neapolitani non tenentur dare lignamina profabrandis sciremibus alterius Regni.

## QVÆSTIO XVII.

**I**nter cætera Capitula, in quibus statuit Papa Honorius posse peti adoham per Regem à Baronibus Regni, adeo primum tenoris sequentis.

- 1 Primus est prò defensione Terræ, si contingat inuadi Regnum inuasione notabili, siue graui, non procurata, non simulata, non momentanea, seu transitoria facile, sed manente, aut si contingit in eodem regno notabilis rebellio, siue grauis, similiter non simulata, non procurata, non momentanea, siue facilè transitoria, sed manens &c. Plures casus petendæ adoha, simulquæ debendæ comprehendit hoc Capitulum. Primus si Regnum pateretur inuasionem notabilem, grauem, sed non procuratam, non simulatam, non momentaneam, & sic de facilè transitoriam, sed manentem, tunc enim concurrentibus dictis requisitis, potest Rex petere adoham.
- 3 Secundus, si Regnum pateretur rebellionem notabilem, grauem, nō simulatam, non procuratam, nō momentaneam, siue transitoriam de facile, sed manentem, in his enim duobus casibus adoha præstanta est, concordat Andr. de Isern, in cap. primo S. sed nec alia iustior, qua fuit prima causa benefic. amict. vbi Afficit. n. 6. Marin. Frecc. lib. 2. de auctoritate 5. num. 14. Ioseph. Cumia in cap. si aliquem, in verb. scrutij consueti, nu. 30. Andreas Khol. de seruit. feudal. p. 5. sit. vbi seruendum num. 27. dicens, de hoc debere ritè constare, alias temerè non debent affirmare, quia incurrent poenam amissionis feudorum.

- 4 Et quia guerra, siue rebellio, ut supra in dictis casibus, potest habere necesse, ut Rex vel intra Regnum illud gerat, rebellesque insequatur, vel quod extra Regnum cum exercitu vadat ad hostem, rebellesque ipsos insequendos, propterea facio duos casus, Primo quando intra Regnum, Secundo extra Regnum.

Quod ad primum, tenentur Baronies vigore Capituli prædicti præstare adoham imponendam iuxta formam

formā dictorum capitulorum Papæ Honorij Domino Regi belligerati, vel rebelles in sequenti in Regno Neapolitano. *Andr. de Isern. in cap. Imperiale S. firmiter per illum tex. de prohib. feud. alienat. per Frider.* & in cap. primo S. sed nec alia iustior, nu. 34. quæ sit pri. causa beneficij amict. & in cap. primo quis dicitur Dux, & in d. S. similiter in hostenditjs, sequitur *Marin. Frecc. lib. 2. de auctoritate Bar. auctoritate 5. num. 14. Anton. Capyc. in verbo, feudorum clausula verfic. Collectis. fol. 112. col. 2. & fol. 118. col. 2. verfic. in Regno. Ioannes Anton. Lanar. cons. 57. num. 6. & 7. Matth. Afflict. in cap. fin. quis dicitur Dux, num. 27. in locis citatis, vbi *Andr. de Isern. Jacob. Ayell. num. 16. Camillus de Curt. fol. 40. col. 2. num. 40. 46. & 47. Ioseph Cum. in verbo Consueti n. 30. & 39. Reg. Moles tit. de Collectis quæb. prima, vbi diffusè de hac ma-**

**5** teria, & agit de quantitatibus taxatione, et si eodem anno euenerint isti duo casus, tunc duæ adoha exigi nō possunt *Capyc. in dicto verb. feudorum clausula verfic. in Regno in fine, Jacob. Ayell. num. 14.* Et hoc obtinet tantum in nostro Regno, quia sic deter-  
**6** minatum est per cap. prædictum, *Jacob. Ayell. dicto tract. num. 28. Reg. Moles dicto tract. de regalib. Impossi. tit. de Collectis verfic. Nec concurren- tibus, non autem in alijs dominijs, in quibus seruatur ius commune;* Sic etiā in Regno Siciliæ ulterà pharum per *Capit. Regis Jacobi, incip. Barones, num. 39. sub tit. quod Baro, fol. 9. Ioseph Cum. dicto verb. Consueti, num. 30.* quæ capitula fuerunt posse à confirmata per Regem Marti- num *Petr. de Gregor. de concess. feud. p. 7. q. vlt. nu. 36.* quicquid aliter pos- set Rex ibi, vt annuit idem *Petrus ibi, nu. 35.*

**7** Qui omnes DD. et si loquantur etiam in rebellione graui, quæ in Regno occurrit cum qualitatibus

super appositis in dicto capit. tamē non per hoc excludas, quod si una Ciuitas, vel Castellum rebelletur propter sui defectum, non autem Domini, vt tunc Rex prò illius recuperatione, vel prò persecutione re- bellium potest adoha imponere, & collectam, ita ex doctrina *Andr. de Isern. ad cap. prædictum Pape Hono- ry tenet Jacob. Ayell. num. 40.*

**8** Vnde in secundo casu, dum capi- tulum Papæ Honorii loquitur de bello, vel rebellione intrà Regnum, sequitur, quod si extrà Regnum hæc euenerint, adoha peti non debet, quæ materia stricta est, & in casu suo intelligenda est, nec dilatanda, nec trahenda de loco ad locum, vel de tempore ad tempus, quia extrà Re- gnum nec seruire; *Marin. Frecc. lib. 2. auctoritate 5. num. 14. Andr. Khol. de seruit. feudal p. 5. tit. Vbi seruen- dum, nu. 9.* Nec adoha præstare

**9** coguntur, *Jacob. Ayell. num. 15.* nisi tamen Rex ex causa belli iusti moti contrà ipsum, vel eius Regnum, vel Ciuitates, haberet necesse parū egredi Regnum, & pugnare prò sua, Regnique sui iusta defensione, vel si consultiùs ratio belli, & status sua- deret inimicum venientem propul- fare, eique occurrere, ne ad Regnum ingredere tur, vel si Provinciam, vel Ciuitatem extrà Regnum acquisi- tam defendere vellet, quia tunc vi- detur tolerabile, dicit *Jacob. Ayell. num. 21. & 22. Marinus Frecc. dicta auctoritate 5. num. 14.* dicens, quod si expediatur Regi extià Regnum hostē aggredi, nec illum expectare in Re- gnō, potest liberè egredi, *Camill. de Curt. fol. 41. num. 45. Ioseph Cum. nu. 41. Petrus. de Gregor. de concess. feud. p. 8. q. 2. verfic. secundo intelligo, licet obligatio prò adoha per Capit. Pa- pæ Honorij restringatur ad limites feudi, sive territorij, quia tunc limi- tate debent præstari ex doctr. Oldr. cons. 334 Jacob. Ardizon. in summa- fol.*

fol. 13. col. 4. vers. quædā tamē in par-  
tice, Iacobus de Sancto Georgi. in verb.  
*Dicitque vassalli promiserunt; Frecc.*  
*vbi sup. Cumia dicto loc. nu. 39. & 40.*  
quia quando parūm, & non longe  
Rex egredetur Regnum, quia eum  
sequi teneretur vassallus, ut docet  
Ioseph Cum. dict. loc. num. 43. & Im-  
per, quod Dominus Rex indiget, &  
opus habet, ut seruitia sibi exhibe-  
atur, & adoha præstetur extrà Regnū  
suum, suamque iurisdictionem, prò  
regula est, quod vassallus licet obli-  
gatus intrà Regnum seruire, adhuc  
teneatur in dicto casu adoham præ-  
stare, vel seruire. Andr. de Iser. in cap.  
primo in princip. num. 3. vbi Bald. nu.  
4. Iacob. Aluarot. num. 10. Affict. nu.  
10. Martin. Laudens. nu. 5. quib. mod.  
feud. amicū & post multas Ludolph.  
Scrader. de feud. p. 6. cap. 6. n. 23. Hen-  
rich. à Rosenthal. de feud. cap. 8. conclus.  
25. & nouissimè post alios Andr. Ko-  
bal. de seruit. feudal. p. 5. sit. vbi seruien-  
dum, num. 11. dicens inconueniens  
oriri, si hostem expectaret Rex in  
Regno, cum consultiùs est hostem  
aggredi, quam aggredientem pro-  
pulsare, in quo versatur etiam utili-  
tas ipsius vassalli, nè eius possessio-  
nes deuastentur, & in puncto, quod  
donatiuum. impositem in uno Re-  
gno prò defensione alterius Regni sit  
iustum, docuere Turrian. tom. 2. dispu-  
tat. 46. num. 5. & Gabriel Vasquez in  
opus. de rebus. cap. 6. S. 3. dub. p. nu. 7.  
P. Antonin. Diana resol. moral. tract. 3.  
resolut. 3. intelligens dictum Gabriei  
Vasquez, & aliorum cum moderami-  
ne, quod ipse ponit infrà eod tract. q.  
5. nempe si vires Regni sufficiunt,  
& nè inducatur grauamen Regno, &  
ego annui supra q. 4. nu. 4.

12 Declarat, et si pars Regni contin-  
gerit inuadi, vel rebellari, per quā  
invasionē, vel rebellionē partis Re-  
gni posset totū Regnum periclitari,  
adhuc debetur seruitium militare, &  
sic adoha, quia semper militare ratio

capituli Papæ Honorij, ergo idē Ius,  
Ioseph. Cum. in verb. Consueti nu. 30.

13 Declara secundò, quod virtute  
dicti Capituli Papæ Honorij adoha  
potest peti extrà Regnum, quia Ca-  
pitulum dicit, si contingat inuadi, er-  
go mens Capituli est, ut tollatur in-  
uasio, eique occurrit omni melio-  
ri via, meritò debet exquiri modus  
illius tollendæ, qui modus potest es-  
se intùs Regnum, & extrà, sed dum

14 est inuasio, semper dicimus extrà  
Regnum venire, & per consequens  
melior modus, ac consultiùs est oc-  
currere extrà Regnum, quā modus  
expectandi hostem in Regno, secun-  
dum Frecc. dicta auctoritate 5. nu 14.  
Ioseph Cum. nu. 42. & seq. dicens, sic  
fuisse seruatum in Regno Siciliæ tē-  
pore Francorum aggrediētium. Nisi  
tamen aliud verba fōnarent, putā

15 quod omnia non debeatur extrà  
Regnum, ut est Capitulum Siciliæ,  
dicit Cum. d. loc. num. 45. dum dicit,  
Nolumus, ergo idem in cap. Papæ

16 Honorii, dum dicit; Prohibemus,  
quod est verbum Imperatiuum, &  
semper quod contrarium fit, dicitur  
fieri vi, & contrà voluntatem prohibi-  
bentis. l. Praetor ait, S. Item labeo, ff.  
quod vi, aut clam, licet verbum  
prohibere apud decreta Sanctissimo-  
rum Pontificum capiatur, id est mo-  
nere; Alberic. in verb probibere; tamē  
in dictis capitulis, eorumque præ-  
fationibus appetat clarè de mente  
prohibentis, quod non vult talia  
onera imponi, nisi in casibus prædi-  
ctis; sed quia ratio finalis est, ut inua-  
sio propulseatur, ergo videtur permis-  
sus omnis modus, per quem potest  
deueniri ad finem prædictum, quia  
semper videtur militare dicta ratio,  
quodunque lex suum adimpleat fi-  
nem.

17 Declarat tertio, q. talis inuasio si p-  
cesserit ex culpa Regis, vel si ob ty-  
rannicam abusionem vassalli se re-  
bellent, adoha præstari non potest  
per

per Barones, nec collectam imponi,  
Andr. de Isern. tit. que sine regal. ver-  
sic. extradinaria Collatio, & in dic-  
to S. sed nec alia iustior Ayell. n. 9.

18 Declarat, ut dicta adoha imponen-  
da in casu predicto, non excedat sū-  
mam quinquaginta duorum milliū  
vinciarum auri, ut habetur in dictis  
Capitulis, & sic ducatorum tercen-  
tum, & duodecim millium Ayell.  
dict. loc. num. 13.

19 Declarat, ut et iam procedat, si bel-  
lum gerat Rex propter vendicādam  
propriam iniuriam, Camer. fol. 92.  
col. 2. lit. V. Andr. Kbol. dictio loc. n. 12.

Sed quid si Rex ob egestatem, quam patitur ex proprio facto im-  
moderati luxus, ob ludos, vel bella  
iniusta &c. possit imponere adoham,  
& vassalli teneantur contribuere?  
Respondetur affirmatiuē, ut debeat  
soluerre adoham impositā, moder-  
atē tamen, prō subueniendis necessi-  
tatisbus prædictis, & dumodo vires  
subditorum sufficiant, ita aduersus  
Medinam, cap. de restit. q. 13. & Ga-  
brialem Vasquez in 4. distinct. 15. q.  
5. conclus. 3. & alios, docent Mader.  
in secunda secunda tract. 5. cap. 6. dub.  
4. Lessius lib. 2. cap. 33. dub. 6. num. 48.  
Turrian. in 22. tom. primo disputat. 44.  
dub. 2. num. 5. Molin. de Iust. tract. 2.  
q. 667. num. 4. P. Andr. Molles. in 5. tom.  
2 tract. 12. cap. 22. num. 72. Vas-  
quez opusc. de restit. cap. 6. S. primo dub.  
2. num. 24. & nouissimè Antonin. Dia-  
na Resolut. moral. tract. 3. resolut. 4.  
docens, quod Reges debent reseca-  
re immoderatos luxus, & impensas,  
& ab illis debent se continere.

20 Declarat, ut si Rex plura haberet  
Regna, & bellum esset in altero Re-  
guo, tunc vassallus vnius Regni te-  
neretur seruire Domino in bello al-  
terius Regni, ita ex cap. primo verfic.  
Etsi conigerit, de noua form. fidelitat.  
cap. Domino guerram hic finitur lex.  
Audr. Kbol. post alios dicto loc. mu. 14.  
Antonin. Diana d. tract. 3. resolut. 3.

secūs autem si impositio fieret par-  
ticularibus personis puta Baronis  
bus alterius Regni vide infr. num.  
24.

21 Regula autē, quādo intrā vel extra,  
Regnum, vel ditionē sit seruiendum  
Regi, & sic adoha præstanta per Vas-  
sallos ampliatur, & limitatur per  
Andr. Kbol. d. loc. à num. 9. usque  
ad finem tituli, ad quem remicto le-  
ctorē.

22 Non tamen excludas, meo quidē  
iudicio, quod si Dominus Rex no-  
ster, vti Catholicus, & fidei defensor  
vellet contrā inimicos Sanctæ fidei  
bellum indicere, ac gerere, & contrā  
inimicos Romanæ Ecclesiæ, & Sa-  
racenos, non posset excludi, quin  
peteret adoham, quia bellum iustū  
esset contrā inimicos fidei, & Roma-  
næ Ecclesiæ, qui semper sunt accin-  
cti ad inuadendum Regna Catholi-  
corum, & ideo si admisimus, quod  
extrā Regnum prō defensione eiul-  
dem Regni posset petere adoham,  
ergo tantò fortius pro defensione  
vniuersalis Regni Catholicī, ita ex  
Ioanne Raynald. in cap. primo S. firmi-  
tēr, de probib. feud. alienat. per Fride-  
ric. Iacob. in tract. de feud. in verb. Et  
promiserunt col. 8. q. 17. Petrus de Gre-  
gor. de concess. feud. p. 7. q. vls. nu. 34.  
versic. Quinimō, dicens posse petere  
non solū à Demanialibus, sed à vas-  
allis Baronum, & Comitum.

23 Nec secundo excludas, ut per iu-  
stum timorem guerræ in Regno pos-  
sit Dominus Rex imponere adoham  
suis feudatarijs prō bono Reipubli-  
cæ Regni sui, si ipse Rex non habe-  
ret pecuniam Affict, in cap. similiter,  
num. 6. de Capit. qui Cur. vend. dicens  
non solū adoham posse imponi,  
sed eorum res capi prō bono pacis,  
& prō bono publico.

24 Sed an Barones vuius Regni pos-  
sint adstringi ad subueniendum al-  
teri Regno subdito eidem Regi, di-  
cas, quod non nam in anno 1572.  
de

## QVÆSTIO XVIII.

de mense Ianuarij Setenissimus D. Ioannes de Austria cum ē in Civitate Messanæ petiisset à Regno Neapolitano lignanima prò reficiendis tñremibus armatæ naualis, & illas petiisset dari à Baronibus per viam impositionis, & sic quod Barones tenerentur soluere illorum premium, refert Reg. *Moles*, tit. de Camer. rescr. q. 3. quòd fuit decisum in fauorem Baronum Regni Neapolitani, quòd si Serenissimus D. Ioannes vellet lignamina, solueret iustum premium dictis Baronibus, vide quæ dictio infra q. 47.

Habent tandem Capp. PP. Honorii taxam collectæ imponendæ, nam prò inuasione, defensione, & rebellione, vel redemptione Domini quinquaginta millium vnciarum est taxa. Prò militia est duodecim millium vnciarum, vt dicit Reg. *Moles* tit. de Collect. verific. in predictis etiis.



## ARGUMENTVM.

Adoha quando imponitur pro redimenda persona Regis, ad declarationem secundi Capit. Papæ Honorij.

## SUMMARIA.

- 1 Capitulum Papæ Honorij pro redimenda persona Regis refertur.
- 2 Adoha debetur prò redemptione Domini capti ab inimicis.
- 3 Idem si esset captus à latronibus, limitatur n. 6.
- 4 Adoha non debetur quando feudum esset adeò tenue, vt illam non paterneretur.
- 5 Adoha, vt debeatur sufficit scientia, non autem requiritur monitio Domini prò illo redimendo.

**S**ecundus casus, quando per Regem in Regno potest imponi adoha Baronibus, est prò redimenda persona Regis, vt habetur in Capit. Papæ Honorij, quæ ad pennam habeo, versic. 2. casus, cuius verba sunt sequentia.

Secundus est prò Regis persona redimenda de suis redditibus, & collectæ, si eam ab inimicis captiuari contigerit.

- 2 Quod etiis de iure communī, & Constitut. Regni alias posset imponi adoha prò redimenda persona Regis, vt suo loc. dicemus, & annuunt omnes DD. infrā allegādi, tamē nos habemus in Regno nostro, vt vides, specialē prouisionē per capit. prædictum, vt scilicet Barones, & Populi debeant adohā præstare prò redemptione personæ Regis captiuaræ ab inimicis, prò vt sic affirmat *Afflict.* in cap. s. n. 27. verific. Item soluitur, *Quis dicatur Dux, Ant. Capyc. in verb. feuda adohant,* verific. Et licet vassallus, ibi, & quādo Rex deditus, quod si Dominus se redemit propria pecunia ab hostibus, pōt cōpellere subditos ad eam sibi soluendā, ex doctr. *Luc. de Penn. in l. agros, C. de fund. limit. lib. 10.* æquiparans idem *Capyc.* idē esse, si Dominus se redimeret à manibus latronū, *Iacob. Ayell. de iur. adoha* n. 10. ad 29. nisi tamen feudum esset

- 3 adeò tenue, vt tales expensas nō paterneretur *Nicol. Superantius ad Const. Quamplurium* in addit. incipiente.

- 4 In redimenda persona Domini, & licet alias in præstatione adoha requiratur, vt vassallus moneatur à Domino, tamē quādo vassallus scit Dominum esse in periculo vitæ, & sic captiuum ab inimicis, vel latronibus, monitio non requiritur. *Paris. de Put. de finib. feud. cap. 38. n. 5.* vel si Dominus esset abreptus ab inimicis, idem *Paris. d. loc.*

N Nee

## QVAE STIO XIX.

- 6** Nec pariter præstandū est adiuua-  
mētū Domino, quādo fuit carcera-  
tus sua culpa, Nicol. Boer. decis. 228.  
in fin. Afflīct. in Const. Quamplurium  
sub num. 4. Philip. Pascal de patr. po-  
test. p. 3, cap. 5, nu. 12.

## ARGVMENTVM.

**Adoha imponenda prò militia  
fratris, vel alterius consanguini  
nei, quando imponi possit ad  
declarationem tertij Capitu  
li Papæ Honorij.**

## SUMMARY.

- 1 Capitulum Papæ Honoriū prò militia  
fratris, vel filij refertur.

2 Capitulum Papæ Honoriū ampliavit  
Const. Quamplurium in militia  
proprij fratris consanguinei, &  
aliorum.

3 Adoba prò militia virtute Capp. Pa-  
pa Honoriū in toto Regno Siciliae est  
unciarum 12000. & sub n. 4.

4 Adoba debetur prò Doctoratu filij  
Regis, vel fratris &c.

5 Pater Rex præfrendus est filio in-  
concursu adobæ debita virtute di-  
ctorum Capitulorum.

6 Adoba, siue adiutorium an debeatur  
prò militia plurium filiorum, vel  
plurium casuum, & num. 8. conclu-  
ditur, quod debeatur.

7 Adoba non debetur regulariſtr, niſi  
quatenus consuetudine nitatur.

8 Adoba, siue adiutorium debetur Re-  
gi, siue Baroni prò pluribus filijs, &  
filiabus, & decisiones referuntur.

9 Adoba adbuc pluries debetur, si vas-  
falli effent pauperes, sed eis conces-  
tur ex aequitate dilatio, & ita deci-  
sum.

10 Constitutionis Quamplurium, &  
Capp. Pap. Honoriū mēs expenditur

**I** **C** Onstituit Papa Honorius  
terium Capitulum, in quo  
possit adoha peti in Regno  
à Baronibus, & Populis per hæc ver-  
ba.

Tertius est prò militia sua , seu  
fratris sui consanguinei , & vterini ,  
vel saltem consanguinei , siue alicu-  
ius ex liberis suis , cum se , huiusmo-  
di fratrem suum , vel aliquem ex eis-  
dem liberis militari cingulo deco-  
rabit , De quo capit . faciunt men-  
tionem , Iacob . de Ayell . num . 11 . de  
iur . adoba . Matth . de Afflict . in cap .  
fin . num . 27 quis dicitur Dux , Anton .  
Capyc . in verb . feudorum adiutoria ,  
2 vers . Et prò quibus , dicens , po-  
testate Regis circà hæc fuisse am-  
pliatam per Constitutionem Quam-  
plurium , dum dicit , prò faciendo  
filio milite , & per capitula Papæ  
Honorij , dum addit pro militia  
propria fratris sui consanguinei ,  
vterini , & aliorum Glos . in Const .  
Quamplurium in princip . & dicam  
infrà quest . 21 . & in verb . feudorum  
3 clausula , verific . In Regno autem Si-  
cilia , dicit quantitatib[us] in dicto  
casu exigendam vnciarum duode-  
cim mille , & talis summa erat im-  
posita in vtraque Sicilia , quando  
erant sub eodem Rege , Luc . de  
Penn , in l . prima C . de indiet . lib . 10 .  
idem Isern . Gloss . ibidem in dicta  
Const . dicens , quod si in casu præ-  
dicto Rex vellet imponere adoham  
in toto Regno Siciliæ , imponat  
secundum taxam expressam idest  
12000 . vnciarum auri , & paulò in-  
ferius in verb . quam contingit , di-  
cjt , quod adhuc potest petere  
adoham .

5 Sed an Capitulum prædictum ha-  
beat locum, quando Dominus Kex  
vellet facere filium ; vel fratrem  
Doctorem , non nulli tenent , ex  
quo

**quo priuilegia concessa militibus , videntur concessa Doctoribus , & Aduocatis, Alex. in l. Centurio, ff. de vulgar. & pupill. & ideo possit peti adoha, Luc. de Penn. in l. prima C. ut Rustic. ad nullum obsequium lib. 10. quem sequitur, & non esse rececendum ab eius opinionem dicit Ias. Mayn. in prelud. feudal. fol. 215. licet tangat hunc articulum Bartolom. Cassan. in Consuet. Burg. tit. des, iustices in Gloss. in verb. nouelle, versic. quid si Dominus, & Vinc. de Ann. sing. 14. dubitant, quicquid in contrarium dixerit Frecc. de subfeud. lib. 2. versic. quid si pater, fol. 168. Pascal de patr. pot. part. 4. cap. 10. num. 27. & in concurlu adohæ si concurrent ad militiam Dominus, & filius, tunc de facto præfendus est pater filio; quia propter quod vnumquodque tale, & illud magis, prò ut sic decisum refert Andr. de Iser. in d. Const. Quamplurium, in princip. nu. 70.**

**6 Sed an debeatur adoha, seu collecta prò militia vnius filij, vel plurimum, miscit hanc questionem Jacob. Ayell. de Iure adohæ, num. 12. & remittit se ad ea, quæ dicit in Constitutione Quamplurium, de qua remissiuè ipse verba facit num. 30. eodem tract. & videtur inclinare in opinione, quòd prò vnicā tantum filia debeatur adiutorium, siue subsidium, dicens tex. in dicta Const. Quamplurium loqui in numero singulari, & in materia Capitulorum. Papæ Honorij dicit, quod capitulum loquitur prò vna tantum filia, dum dicit, aliqua ex filiabus, & sic testatur ipse vidisse quandam apostillam, quæ tribuitur Bartholomeo de Capua in dicta Const. Quamplurium.**

**7 Insuper hæc adoha de iure communi feudorum non debetur, nisi quatenus cōsuetudine, vel particuliare cauetur Bald. in cap. primo**

**S. similiter, de Capit. Corrad. Jacobin. in suo tract. in verb. cum mero, mixtoque Imperio, col. 4. versic. sed an talis, Specul. tit. de feud & ibi Ioannes Andr. in addit. adeò, vt tempore Antonij Capycij, vt ipse refert in sua inuest. in verb. feudorum adiutoria, versic. Sed quid si isto, in fine, fol. 25. Sacrum Consilium Neapolitanum dum occurrisset casus, fuit in opinione, quòd capiatur informatio de consuetudine, quia talē casum habuit prò omisso in dicta Const. Quamplurium; Adeòque dubia fuit hæc contiouersia, quòd dixit Tho. Gram. in dicta Const. Quamplurium, num. 15. quòd hæc quæstio ob variationem Doctorum aliter decisa non fuit.**

**8 Histamen non obstantibus, contrarium videretur dicendum, debēri adoham, siue Collectam in casibus cap. Papæ Honorij, etiam si essent plures filij, vel filiae Regis, sic enim docuerunt Jacob. Ayell. dicto loc. num. 30. in fin. dicens, sic fuisse inductum per consuetudinem, cuius initii memoria hominum non extat in contrarium, quia Reges, & Barones cōsueuerunt semper exigere dictum subsidium prò omnibus filiis, & filiabus, dicens sic plures fuisse pronunciatum in Sacro Conf. Neap. in secunda filia Comitis . . . . & in secunda sorore Duci Amalphiæ, & secunda sorore Cesaris Bozuti, dicens has tres sentencias facere ius in Regno nostro, quem Ayell. referr Capiblanc. de offic. Baron. pragm. prima nu. 67.**

**9 Amplia etiam, si concurreret vassallorum inopia, & Domini opulentia, quia adhuc debetur, prò ut dixit Matib. Affict. in dicta Constitut. Quamplurium à nu. 10. ad 19. sequitur Marin. Frecc. de subfeud. lib. 2. quest. 5. referens, sic fuisse iudicatum in Sacro Conf. prò ut refert Fuscos singul. 25.**

- lit. F. in anno 1544. referente d. Marino Frecc. & nouissimè decisum in fauorem Baronis Sterneteræ petentis tria adiutoria prò maritagijs duarum filiarum, & prò emptione Terræ cōtrà dictam Vniuersitatem, quæ cùm opposuisset de paupertate, fuit ei concessa quædam dilatio, referente Regio Consiliario Fabio Riccardo in banca de Ferrarijs, ut refert Ioannes Baptista Thor. in secunda parte cōpend. decis. 12. verb. Adiuoriorum debitum.*
- 10 *Quia rationes, quæ mouerunt conditores dictæ Constitutionis, & Capiculorum ità militant in uno, sicut in pluribus filijs, quia dictæ leges locutæ fuerunt, quando casus acciderit, non autem se restringerunt ad unum, ergo quoties casus acciderit, toties debetur; quia quando voluere tales leges in uno casu deberi adiutorium, expresserunt, prout in casu Terræ emendæ, ergo si in alijs voluissent, vnicaratum vice itidem expressissent, & Jacob. Ayell. exemplificat toties, quoties euenerit Regnum inuadi, personam Domini captiuari, fratrem militem fieri &c. qui est casus noster, vide in quest. seq.*



### ARGUMENTVM.

Adoha, vel donatiuum an, & quādō imponi possit prò maritanda sorore, filia, vel alias coniuncta Regi ad declarat. Cap. quarti Papæ Honorij.

### S V M M A R I A.

- 1 *Capitulum Papæ Honorij prò maritanda filia, sorore, vel simili coniunctione coniuncta refertur.*

- 2 *Adoha, siue adiutorium debetur Regi prò filia, vel simili coniunctione coniuncta, quando ipse Princeps dotat illam, & de ratione ibidem.*
- 3 *Adoha prò dotanda foemina Regis coniuncta, debetur, quando redditus Regis non sufficiunt.*
- 4 *Adoha plures debentur si plures sunt foemina coniuncta Regi dotanda.*
- 5 *Adoha debetur prò maritanda filia spuria Regis sub cod. nu. 4. Spurietas non potest considerari in Rege sub nu. 5.*
- 6 *Capitula Papa Honori habent locum in Regno nostro, extra Regnum habet locum ius commune.*
- 7 *Adoha non debetur, ubi Rex iam collocauit filiam absque dose.*
- 8 *Matri dotanti filiam inopem debetur subsidium à vassallis.*

### Q V A E S T I O X X.

- 1 *O* *Varto denique capitulū ordinavit Papa Honor. adoham, donatiuum, siue collectā posse imponi Baronibus, & Populis pro maritandis foeminis coniunctis Regi in certo genere designato, cuius tenor hic subicitur.*
- 2 *Quartus est prò maritanda sorore, simili coniunctione coniuncta sibi, vel aliqua ex filiabus, aut nepotibus suis, sive qualibet alia de genere suo ab eo per rectam lineam descendente, quam, & quando ipse dotabit; Sicque vides adoham, collectam, seu donatiuum deberi Dominō Regi, quando dotat foeminam sibi coniunctam per lineam, vel genus ibi expressū, concordat Math. Afflīct. in cap. fin. nu. 27. ver. 4c. Item de capit. Corrad. dicens, deberi adoham pro maritanda sorore, filia, nepote, vel aliqua ex suis descendentibus Andr. de Isern. in Conf. Quamplurium, & in capit. primo S. fin. de pace iuramento firmo.*

*Iacob. Ayell. de iure Adohæ, num. 12.*  
 dicens deberi, quando ipsam dota-  
 bit Dominus Rex ita *Ant. Capyc. in*  
*verb. feudorum adiutoria, verfic.* Per  
*Barones, & verfic.* Sed quid si iste per-  
 fone. *Andr. de Ifern. in dicta Constitu-*  
*tione Quamplurium, verfic.* Quam  
 contingit, dicens deberi, quando do-  
 tabit, *Bartholom. Camerar. in S. fir-*  
*miter lit. G. de prohib. feudi alienat. per*  
*Frideric. fol. 92. col. 2.* & sic tempore  
 dotationis, siue nuptiarum, quia  
 dum Princeps collocat nuptui con-  
 junctam expressam in dicto capitulo,  
 dicitur conseruare suum statum  
 honestum, quia sororem loco hono-  
 ris collocat: At vero quando reddi-  
 eus Principis non sufficiunt, tunc  
 pro conseruando illius honesto sta-  
 tu, debent subditi de proprio exhibe-  
 rebre, & sic imponi adoha; *Archib.*  
*diach. in cap. Quia 10. q. 3.*

4 Dubium tamen fuit, quando mar-  
 ritari, & dotari contingebat secunda,  
 & tertia filia, vel foemina Regi con-  
 iuncta, & contenta in dicto cap. *Papæ*  
*Honorij, an pro pluribus foemini-*  
*nis plures potuissent imponi ado-  
 hæ, vel si foemina spuria dotaretur,*  
 & licet in casu Baronis esset deci-  
 suin, vt suo loco dicemus, tam pro  
 secunda filia, quam etiam pro filia  
 spuria, idem dicendum videtur in  
 Rege, quia Constitution Quampluri-  
 um, & dicta, & decisa per dictam  
 Constitutionem habent etiam locum  
 in Rege, & ibi *Glos. annuit, &* nos inferius dicemus, & in præce-  
 denti quæstione ex multis Doctori-  
 bus, tamen ne deficiant auctorita-  
 tes Doctorum in Rege, nam *Capyc.*  
 in *Inuestit. feudal. in verb. feudorum*  
*adiutoria, verfic.* sed quid si iste perso-  
 na, & propriè ibi. Es Capit. *Papa Ho-*  
*nory dubitauit, dum in dicto cap.*  
*Papæ Honorij dicitur, aliqua ex fi-*  
*liabus, & sic in numero singulari de-*  
*signauit aliquam ex pluribus foemini-*  
*nis, quas habebat Rex, adeò ut Sa-*

cr. Cons. tunc temporis iuit in du-  
 bitationem decernendo, quod ca-  
 peretur informatio de solito, tan-  
 quam quod talis casus fuisset omis-  
 sus in dicta Constitutione, & ideò  
 remaneret sub dispositione iuris  
 communis, & itidem dubitauit *Ia-*  
*cob. Ayel. num. 12.* tamen postea infra  
 codem trax. nu. 29. & 30. hanc dif-  
 ficultatem aperuit, decisionemque,  
 & consuetudinem in medium aspor-  
 tauit ibi in verfic. licet etiam, di-  
 cens, Reges semper consuevere, quā  
 do casus occurrerat, petere adohā,  
 siue adiutorium à vassallis, aliás si  
 hoc capitulum intelligeretur de  
 vna filia, & sic de uno casu, sequere-  
 tur, quod alia capitula, nempe pro  
 guerra, militia, redemptione Domi-  
 ni intelligerentur de vna vice, & sic  
 de uno casu tantum, de una guerra,  
 de una militia, sed hoc consequens  
 est falsum, quia intelliguntur de tot  
 vicibus, & ratibus, quot occurre-  
 rent, ergo idem dicendum in casu  
 Capit. quarti, quia dum unica est præ-  
 fatio, unita decisio, ergo, & omnia  
 capitula conformiter sunt intel-  
 ligenda, & non tria uno modo, &  
 vnum alio modo.

Quæ dubitatio ex alia ratione  
 conuincitur; nam plures sic est de-  
 cisum in Barone per dictam Consti-  
 tutionem Quamplurium, & non so-  
 lùm pro unica filia, vel nepte, vel  
 spuria, sed pro prima secunda, & plu-  
 ribus decimum est, quæ Constitution  
 Quamplurium, si admicimus quod  
 habet locum etiam in Rege, vt ibi an-  
 nuit Gloss. & nos inferius dicemus,  
 sumus in claris, vt Capitulum Papæ  
 Honorij sit intelligendum de plu-  
 ribus foemini maritandis, & do-  
 tandis.

5 Sic etiam in filia spuria ex *Mar-*  
*tin. Laudens.* ampliat *Iacobus Ayell.*  
*d. num. 30.* quia adhuc maritari fi-  
 liam spuriam Regis, (si spuria dici  
 potest, quod non admici debet ob

sanguinis purissimi splendorem, qui maculam contrahere nō debet, cūm sit adeò clarissimus, vt non possit obscuritas cōsiderari) hoc est honor Regis, dū ponit illā in honesto statu, hoc ēt est honor Regis, quo casu, quando adoha petitur prō honore, & honesto statu Principis, vassalli illam exhibere debent, vt supra ex Archidiac. diximus in præcedenti quæstione, quam rationē annuere videtur Capyc.d.loc.vers. Per Barones in fine, & ita fuit seruatum in anno 1548. nam prō maritanda D. Margarita ab Austria filia naturali Imp. Caroli V. fuit facta impositio carolénorum quinque prō quolibet sonolari Regni nostri.

**6** Quæ omnia Capitula habent locum in Regno nostro Neapolis, sed extrà Regnum in alijs dominijs habet locum dispositio iuris communis, prout sic annuit Iacob. Ayell. d. loc. num. 28. quia dicti casus sunt tantum determinati in Regno nostro, per dicta capitula, & addo Petr. de Greg. de concess. feud. p. 8. q. 2. nu. 15. Io. Cannet. in Extravagant. si aliquæ fol. 556. col. 2.

**7** Sed quid si Rex, vel Baro collocet filiam, vel aliam coniunctā absque dote, an hoc casu debeatur adoha, siuè adiutorium, dicas, quod nō, quia cessat ratio finalis Capp. & Const. quæ mandat dotari prō honesto statu, quia dum Rex, vel Baro illā collocavit in honesto statu absque dote, cessat ratio finalis legis; meritò cessat dispositio, quia adoha debetur prō collocanda in honesto statu, ergò dum reperitur collocata in honesto statu, meritò debet cessare adoha siuè adiutorium, nisi esset collocata minus digno.

**8** Sed quid si mater diues (stante inopia patris) dotaret filiam, prō ut tenetur secundum DD. in l. neq; mater, C. de iur. dot. & per alia iura per Nicol. Boer. decis. 129. nu. 3. An vas-

salli teneantur præstare adiutorium, concludas affirmatiuè, vt in tali casu teneantur, prò vt dixit Matib. Aſſiſt. in dicta Conſt. Quampluriam, dubitatione 5. col. 11. num. 1. quem sequitur Chaffan. in Cūſuet. Burghun. ſit. des iuſtic. S. 4. in tez. ibi, Mariage d'una fille. Sigism. Loffred. in cap. Item Sacra menta puberum, verſic. Quartò pro hac parte, Marin. Frecc. allegans istos, de ſubfeud. tit. de au- Eloritate Baron. auſtoritate 2. q. in ip. ſep̄ fui interrogatus, nu. 2. & 31. Fer- din. V aſquez cōtrouers. lib. primo cap. 7. Andr. de Iſer. in d. Conſt. col. 2. ver- ſic. hac amita, & in Conſt. Comitibus in fine, Vinc. de Franch. decis. 215. nu. 2. & 10. referentes idem in Auo do- tante neptem, patre existente inope, & ſic fuit decisū die 8. Iulij 1600 in Reg. Camera Summariz, referente D. Berardino Montaluo tunc Praſide, nunc autem Locumtenente integer rimo, & doctissimo in Banca de Cor- rerys in fauorem Eleonora Brancatis contrà vniuersitatē Martignani, præ- uia magna cauſæ diuifionē, dum fuit condēnata Vniuersitas ad pre- ſtandum adiutorium dictæ Eleono- ræ matri dotanti.



## ARGUMENTVM.

Capitula Papæ Honorii an ha- beant locum in Barone, & cōtrà Constitutio Quāplu- rium an habeat locum in Rege, & quid intrà Regnum nostrum, & quid extrà.

## S V M M A R I A.

Rex noster in alijs Regnis petit ado- bam in casibus permiffis de iure communi feudorum, ſed in Regno noſtro

- nostro per capita Papæ Honorij.*
3. *Constitutio Quamplurium loquens in Barone, ampliata fuit per Capp. Papa Honorij etiam in Rege in suis casibus. & sub nu. 5.*
3. *Constitutio Quamplurium loquens in Barone, habet locum in Rege respectu adoha, non autem respectu collectarum, & è contra, & sub num. 5.*
4. *Capp. Papæ Honorij babere locum in Barone respectu adoha petenda à vassallis probatur, & nu. 5.*
5. *Taxa adoha diuersa est in Rege, & diuersa in Barone.*
6. *De Capitulis Papæ Honorij remissione.*

## QUÆSTIO XXI.

**S**ed extrà Regnum Neapolitanum Rex nolter in alijs dominijs, vbi non est particularis lex, vel consuetudo, potest petere adoham in casibus de iure communis permisus, quia Capitula illa Papæ Honorij tantum in Regno locū habet, non autem in alijs dominijs, vt annuit Jacob. Ayell. d. tract. de Iur. adoha, nu. 28. & in præced. quest. num. 6.

Sed occurrit difficultas, si nos dividimus, quod Constitutio Quamplurium habet locum in Rege, ergo Rex vlt̄rā casus Capitulorum Honorii Papæ, potest in Regno petere adoham.

Sed responderetur, quod casus Capitulorum Papæ Honorii non sunt diuersi à casibus Constitut. Quamplurium, sed ijdem, imò dicit Glos. in d. Conſt. in princip. quod Papa Honorius ampliavit dictam Constitutionem in Rege, quæ per prius loquebatur in Barone, vnde quatenus loquimur de adiutorio, sive adiuuamento, & adoha quæ sunt sinonima, & æquiuoca, & tunc potest dici, quod Constitutio habet locum

3. in Rege. Sed quando egredimur terminos adohæ, adeò ut si collectam Dominus vellet imponere, tunc sunt restricti termini in dictis quatuor capitulis, quatenus autem vellet Rex adoham petere, tunc Constitutio Quamplurium habet locum in Rege, sic etiam quando per capitulo Papæ Honorij adoha petetur, tunc auderemus dicere, quod Capitula Papæ Honorij habent locum in Barone respectu suorum vasallorum burgensium, non autem quando collectam vellet petere, quia loquitur taxatiuè in solo Rege Neapolis. In hoc tamen differētia est circà taxam, quia maior est taxa prò Rege ipso, quam pro Barone, sed ijdem sunt ferè casus, Andr. de Isern. in princip. dicens, quod Rex potest vti priuilegijs, quæ concedit suis subditis, & quod alijs prodesse vult, & sibi prodesse facit, Constitutio enim Quamplurium dicit ibi, quod fuit ampliata in Rege per Capitula Papæ Honorij Bartbol. Camerar. in ſ. firmiter, fol. 92. lit. G. ex eod. Andr. de Isern. in cap. p. ſ. fin. de pace iuram. firm. dicens in omnibus illis casibus comprehensis in dicta Constitutione posse per Regem peti adoham, Matth. Afflct. in cap. fin. n. 27. circà medium, quis dicitur Dux, Jacob. Ayell. num. 3. dicens, posse per Regem peti subsidium in casibus dictæ Constitutionis, quia dicta Constitutione habet locum in Rege, & ita seruatur Petrus de Gregor. de conceſſ. feud. p. 7. q. vii. nu. 34. quia ampliavit casus dictæ Constitutionis, & alios ibi enumeratos procedere non solum in Comite, & Barone, sed etiam in Rege, dicens hodie hoc esse in usu, Antonius Capyc. in verb. feudorum adiutoria, verſic. Et prò quibus, dicens, ex Andr. de Isern. quod in casibus in quibus imponere possunt Barones adiutoria, imponit, & ipſe Rex.

De

6 De capitulis Papæ Honorij discurrat Reg. Conf. Ioannes Andr. de Georg. in repetit feudal. cap. 57.

Et ante ipsum latissime de origine, & progressu dictorum capitulorum discurrat Reg. Moles tit. de regalibus Regni Neapolitani sit. de Collectis verbis sed cum de ipsis, & nouissime D. Ioh. Dominicus Tassonus in pragm. de arte fato verf. 4. obser. 1. num. 10. & seqq.

\*\*\*

### ARGUMENTVM.

Adoha imposta ob guerram, in Regno, deinde finita guerra, si exacta non repertatur, an possit per Regem peti à vassallo, siue Barone, illamq; exigi, & an possit conuerti in aliam causam.

### S V M M A R I A.

- 1 Adoha non exacta, finita guerra, an abeatur, distinguuntur tres casus.
- 2 Adoha, non exacta incuria Perceptorum Prouinciarum, adhuc potest exigi.
- 3 Adoha non exacta voluntate Regis censetur remissa.
- 4 Adoha imposta pro guerra, & non exacta, non debetur finita guerra, nisi protestetur Rex.
- 5 Adoha imposta pro una causa, potest conuerti in aliam.

### Q V A E S T I O X X I I L

**D**ifficiliter in Regno nostro potest hæc quæstio euenire, cum adoharum exactores rigidi, ac solliciti sint, dicit Praeses Amat. d. conf. II. Acta-

men, quia posset euenire, distinguo plura capita, aut fuit taxata, & non exacta incuria Perceptorum, & eorum, qui satagunt tales adohas exigere, aut non fuit exacta de voluntate Regis, aut in dubio.

2 Primo casu sufficit, quod dictum feudum fuerit taxatum, quia incuria Perceptoris non nocet Domino circè suum ius consequendum à debitore, vulgatis iuribus, tales enim exactores non præjudicant Domino in talibus, quia ius adohæ semper remanet inconcussum, quia reale est, remque ipsam afficit.

3 Secundo casu, si de voluntate Regis, & tunc quilibet rei suæ moderator est, & arbitrer, remuere suam, libera est voluntas donandi, quia Rex si adoham remittere potest perpetuò, feudumque francum à seruicio constituere, ergo tantò magis temporalem adoham remittere.

4 Tertio casu, in dubio, & tunc Afflict. in cap. similiter, num. 6. de Capit. qui Cur. vend. fuit in opinione, quod non posset Rex petere adohā prædictam, motus ea ratione, quia vassallus erat debitor adohæ, & Rex creditor in tempore guerræ, ergo finito tempore, non potest debitor temporis vrgeri à creditore, & reliquit cogitandum; Verùm admicet Afflict. ibi in fine, quod si Rex protestatur, potest petere. Actamen in anno 1634. Perceptor Terræ laboris exigit à me ratam donatiui ducentum mille donatorum Regi annis elapsis; quo tempore non fuerunt exacti, & nunc hodie fuerunt exacti, ut supra in princip. bus ius tract. monui.

Quarto casu, si adoha esset imposta pro guerra, & guerra esset finita, vel sedata, an tunc per Regem possit conuerti in aliâ causâ, respondeatur affirmatiuè ex tex. in l. legatum, ff. de administr. ad Ciuit. pertin. quia est in potestate imponentis mutare modum,

modum, & conditionem l.p. ff. *adimend. leg. & ita docet in materia collectarum Bald. in cap. p. 6. conueniunculas de pace iuram firm. quem sequitur l.ul. Ferrett. de gabellis, parte prima n. 483. dicentes, quod si est imposita collecta pro soluendis stipendiarijs, & postea cōuersa est pro aquæductu, quod Populus teneatur soluere per iura supra allegata.*



## ARGUMENTVM.

Adoha non soluta per prædecessorem, & soluta deinde per successorem, an possit repeti per successorem à suo Authore.

## S V M M A R I A.

- 1 *Fiscus non potest perdere adobam proprie feudum venditum, & distinguita refertur.*
- 2 *Adoha de feudo vendito, vel alias ad successorem peruenio, debet solvi per successorem, si ita conuentum.*
- 3 *Baro retinens p̄nes se unam exterris venditis solvet adobam proterva resentat tantum.*
- 4 *Adoba soluta ab emptore pro terra resenta p̄nes venditorem reficienda est emptori ab ipso venditore.*
- 5 *Adoba debetur à possessore feudi, quando nihil est conuentum inter auſtorem, & successorem, sed postea repetitur ab ipso authore.*

## QVÆSTIO XXIII.

**S**Olet quandoq; feuda uendi, donari, vel quoouis modo deuenire ad aliquem, non soluta adoha, & nulla facta mentione, ad quem spectaret onus adoha im-

positæ, & nō solutæ antè alienationem, quo casu inconcussum est ius fisci, vt recta via propter ius reale, actionemque realem super feudo sibi satisfiat, vt post alios Petrus de Gregor. de concess. feud. p. 8. q. 3. & nos supra tetigimus, adeò vt nihil ad eū de ouibus &c. sed ipse possessor feudi soluat, & à feudo exigat, vt dico infr. q. 56. num. 8 vbi adduco præmix Regiæ Cameræ cum prouisionibus expeditis, remanet tamen questio inter ipsum successorem in feudo, & authorem, quia successor non potest se tueri contram fiscum, sed soluere debet, author autem dicit, quod feudum transit cum onere suo; in quo distinguas, quod aut est conuentum de tali adoha, aut nihil est conuentum.

- 2 Primo casu, quando de tali adoha conuentum est, vt solutio eius impedit ad successorem, vt quia minus emit, vel alia causa, tunc pacia seruanda sunt int̄ contrahentes, dumodò non repugnantia legi, & naturæ contractus l.p. ff. de pactis, Marin. Frecc. auctoritate 5. num. 13. nec afficiant fiscum.
- 3 Quia quando aliter est conuentum, tunc adoha, vt dixi, debet solvi à quo sic est conuentum, prò ut sic fuit obseruatum in persona D. Ioannis de Gueuara, qui emit terram Apicij cum pacto de retrouendo, sed adiecit aliud pactum speciale, vt ipse emperor non teneretur ad adohas, & fuit ordinatum, quod, stante tali pacto, non teneretur soluere adohas, sed quod illas solueret vendor, die 27. Aprilis 1575. vt ex lib. Adobarum 15. fol. 102. Sic etiam fuit ordinatum ad instantiam Ill. Principis Scalez prò Terra Cruponi vendita Petro Antonio Ferraro, die 4. July 1575. fol. 124. Adobarum 15. vi de quæ dico infra d. q. 56.

- 4 Sed quid si vasallus possidens diuersas tetras, prò quibus omnibus est

est taxatus in centum, v.g. vendiderit non nullas terras, & duæ, vel tres terræ remanserunt pœnes ipsum venditorem, an hoc casu teneatur dictus venditor soluere iuxta taxā factam tempore, quo possidebat omnes terras etiam alienatas, an verò debet soluere, prò rata terrarum, quæ pœnes ipsum remanserunt, prò vt sic fuit ordinatum ad instantiam D. Georgii Castriotæ, qui vendiderat non nullas terras non nullis particularibus, quod solueret ratam terrarum pœnes se retentatarum, & emptores soluerent ratam terrarum emptarum die 29. Januarij 1574 fol. 33. In Adobarum lib. 15. Sic etiā ad instantiam Comitis Pulicastri contrà Ioannem Antonium Moctula emptorem Terræ Mandriæ, die 29. Februarij 1574. eod.lib. in quo apparet, quod fuerunt expeditæ literæ executoriales die 2. Aprelis 1574. eod.lib.

5 Sed quid si emptor prædictus solueret adohā prò rata tam terræ retē tæ, quam terrarum emptarū dicas, quod restitueret vèditor emptori, sed postea deducitur ab ipso venditore, prò vt sic fuit ordinatum ad instantiam Ill. Principis Bisiniani contrà Scipionem Sanseverinum concessionarium d. Ill. Principis die 6. Octobris 1574. fol. 69. Adobarum 15.

6 Aut nihil est conuentum, & tunc ibi difficultas est, quam resoluas, quod possessor qui soluit, repetit ab ipso alienante, & sic ab authore suo, si aliter non apparet conuentum l. apud Julianum, S. fibares, ff. de leg. primo Marin. Frecc. dicta auctorit. 5. num. 13. circā medium, nam emptor feudi tenetur soluere adoham à die, quo cœpit possessionem feudi empti, quia ex illo die percipit fructus, ideo à die illo debet soluere adohā respectu dictorum fructuum debitā, prò vt sic fuit ordinatum ad instantiam Ferdinandi Venturæ contrà

Anton. Scaglione venditore, die 15. May 1573. & iterū die 11. Junij eod. anno fuit seruatum in persona V. I. D. Ioannis de Januario emptoris Ciuitatis Monderuini, & in aliis casibus, prò vt apparet ex libr. 15. Adobarum, fol. 9. & 10. ter. & in seqq. quia alias esset decipere nouum emptorem, vel successorem, qui dum emit, est in credulitate illud esse liberum ab oneribus præteritis, illaque esse soluta, alias utique si fuisse certioratus, vel non emisset, vel si emisset, vilius emisset Ioseph Cumia in cap. si aliquem, in verb. confueti, num. 5. dicens, quod possessor ex causa onerosa repetet ab alienante, & restitui debet soluenti, prò vt fuit ordinatum ad instantiam Lucretiæ de Frisis de Ciuitate Licij contrà venditorem feudi die 13. Januarij 1552. lib. Adobarum 11. fol. 31. & fol. 36. sergo 37. tergo, & fol. 47. ter.

Et sic etiā die 22. Februarij 1574. fuit ordinatum quod Ill. D. Pompeus Columna emptor terræ Kodij sibi venditæ per Camillum de Antonellis restitueret dicto Camillo venditori omnes pecuniarum quātitates, quas dictus Camillus soluit prò adohis dictæ terræ prò tempore, quo solutio adohi spectabat ad dictum D. Pompeum, & fuit sic ordinatum seruari, prò vt apparet ex fol. 80. lib. Adobarum 15. si aliter conuentum non apparet per dicta iura allegata à Frecc. subdens idem Ioseph Cum. ibi num. 6. quod de æquitate in subsidium conueniri deberet, si non peteret, ac periculo suo discuteretur venditor l. unde queritur, ff. commodati.



## ARGVMENTVM.

Secundogeniti an debeat contribuere primogenito in solutione adohæ de quantitate, quam habent pro vita & militia, adeò ut tanto minus sit in vita militia, & è contrà an diminuatur adoha.

## SV M M A R I A.

- 1 Secundò genitus an tenetur de vita militia contribuere primò genito in adoha, ponderatur Constitutione Comitibus, & contrarium sub nu. 4.
- 2 Adoha soluitur ad perpetuam feudi utilitatem.
- 3 Adoha est quota fructuum, ex quibus debetur.
- 4 Decisiones referuntur contrà primò genitum, ut soluat adoham, tempore afflictionis, & sub nu. 7.
- 5 Secundogenitus non tenetur contribuere primogenito in adoha, & refertur decisio.
- 6 Regia Camera Summaria nostri Regni taxat adoham, nulla habita consideratione de vita militia secundò genitorum.
- 7 Onus adohæ non minuit alimenta debita secundogenitis ex dispositio-ne testatoris.
- 8 Vita militia non minuit teleium.
- 9 Primiogenitus solvere tenetur canone, tributum, vel alia onera debita occasione maioratus, nulla facta diminutione alimentorum debitorum secundogenitis.
- 10 Secundogeniti ex aequitate Sacri Conf. non contribuunt primogenito, licet alias ponderetur de iure.
- 11 Pensionarius tenetur contribuere in charitatiuo subsidio, quod limitatur, ut ibi.

## QVÆSTIO XXIV.

**F**uit hæc quæstio priscis tem poribus excitata in fauorem primogeniti, soluentis adoham prò feudo, & dubitatum fuit contrà secundò genitos habentes vitam militiam per nonnullos DD. qui allegabant Constitutione Comitibus, & ibi Gloss. contrà secundogenitos, dicendo, quod dū Gloss. in dicta Constitutione Comitibus dicit, quod fratres secundogeniti tenentur Domino præstare seruitiaz ad eorum expensas, & habere arma, & equos fratris maioris, ideo deduccebant quidā, nā adoha hodie succedit loco dicti seruitij, meritò adhuc præstare tenentur, & sic fratri primogenitò contribuere, & ità contrà secundò genitos respondisse quosdam peritos tunc temporis DD. refert Jacob. de Ayell. de iur. adoha, num. 93. sic etiam docet Paris de Put. de reintegrat. feud. cap. Nunc videndum, sub Rubr. vitam militiam, col. 4. fol. 177. num. 17. Ioannes Ant. de Nigris in capit. Regni Alienationis actus, nu. 11. Matth. Afflct. sibi contrarius in reperit. capit. Imperiale, S. Præterè Ducatus, num 18. & ità dubitasse Viceprothonotariū tempore Afflcti refert decisi. 252. nu. 2. verific. Verum, dicens, quòd dum solutio adohæ siebat ad perpetuam feudi utilitatem, tunc quia iste secundogenitus habebatur ad feudū loco vñfructuarij, & vñfructuarius contribuit ad expensas perpetuas, meritò de vita, & militia contribuere tenebatur primogenitò in solutione adohæ, tanè magis ex dicta Gloss. in Conf. Comitibus, dum secundogenitus tenere tenebatur; meritò contribuere tenebatur,

Item adoha debetur de fructibus feudi, est enim adoha quota pars fructuum feudi, & per consequens prò solutione adohæ diminuantur

sic.

meritò diminui debet vita malitia, quæ cùm debeatur prò alimentis secundum opinionem nonnullorum Regnicolarum, ut aliàs diximus, & refert Octau. Bambacar. in cap. omnes filii, si de feud. defunct. & debetur de fructibus feudi, & alimenta debentur, deductis oneribus, meritò vita militia diminui debet.

- 4 E contrà prò secundògenitis contrà primògenitum permultè erant validiores rationes, quas longa manu refert Matth. de Afflct. dicta decis. 252. à num. 2 ad finem, adeòque fuit alterata dubitatio hinc inde, ut per Sacr. Cons. tempore Afflct. us ipse refert num. 9. orta dubitatione inter Antonium Pudericum primògenitum, & Iacobum secundògenitum, fuit propter dubietatem conclusum, quod reseruata meliori deliberatione, interim primògenitus solueret adoham, & ad partes hanè quæstionē disputat. Sygism. Loffred. in parapbras. feud. in cap. Imperiale. S. scribam, dicens hanc quæstionem non adhuc fuisse decisam.

Attamē talis dubietas, siue quæstio paulatim incēpit terminari tempore Antonij de Alex. in Regia Camera, prò ut refert Thom. Gram. in addit. ad Afflct. d. decis. 252. in addit.

6 incip. in solutione, dicens, sic fuisse decizum in fauorem filiorum secundògenitorum Iacobutij de Alexander, quicquid dicat in cap. Imperiale, §. Præterea Ducatus, & apertiùs fuit obseruatum contrà primògenitos, vt nunquam per primògenitos, potuisse obtineri ex Anton. de Alex. refert Iacob. de Ayell. de iur. adohae no.

7 93. dicens, sic processisse communem obseruantiam Regiæ Cameræ, nunquam in taxatione adohæ fuisse deductam vitam militiam, sed integrè fuisse solutam per primògenitū abiq; alia deductione, sive contributione secundògenitorū, hāc eadem sententiā in fauore secundòge-

nitorū, firmavit Marin. Frecc. quem allegat Vinc. de Franch. decis. infr. acleganda, sed illam non potui inuenire, sic etiā in fauorem secundògenitorum resoluit Cesar. Vrfill. dicta decis. 252. & sic fuisse decizum tandem refert Vinc. de Franch. decis. 20. num. 11. Franc. de Pont. de potest. Pro reg. sit. de assens. Reg. §. 4. num. 30. & & antè isto hanc tententiam docuit etiam ultra supra citatos, Anton. Capyc in sua inueſt. feud. in verb. feuda adobant, versic. Et fratres, qui licet dubitet contrà secundògenitos, tam refert decisionem Regiæ Cameræ dictorum filiorum Iacobutij de Alexandre Paris de Put. de finibus feud. q. 42 num. 17. Niger. in dict. cap. Alienationis actus, num. 11. Petrus de Greg. de dot. de parag. q. 2. num. 8. post alios Ioannes Baptista Bilotta de absolutione iuram. allegat. 2. num. 8. post tract. prædictum, dico Ego de Iur. releuij, parte 7. q. 7. nu. 21. Iul. Cesar. Galup. de feud. p. 3. cap. 3. num. 66. vbi obseruantiam refert Horatius Mont. in §. Præterea Ducatus num. 135. de prohib. feud. alien. per Frideric. Anton. Borrin. in tract. Caualcata, siue de seruit. vassal. p. 3. §. 2. Adohæ, vers. Non habetur.

Ex quibus iam remanet soluta quæstio prædicta, adohæ onus ad solum primògenitum integrè spectare, nec secundògenitos teneri ad contribuendum.

8 Declara primò in releuio, ut vita militia non minuat releuium, nec è contrà, quia totum releuium integrè ad primògenitum spectat solvere, nec secundògenitos afficit, Gars. Maſtrill. decis. 112. & Ego latè dico de Iur. releuij d. q. 7. nu. 21. p. 2.

9 Declara secundò in alimentis ex feudo debitibus secundògenito ex dispositione testatoris, ut non teneatur prò illorum rata contribuere primògenito, soluenti adoham, & per consequens, ut onus adohæ non mi.

minuat alimenta relicta super feudo, sed ad primogenitum spectat onus integræ adohæ, prò ut sic deci- sum refert Matth. Afflīt. dicta de- cis. i 52.n. primo, & ibi additio Thom. Gram. referentis sic etiam fuisse de- cīsum.

- 10 Declara quarto in maioratu, vt si frater primogenitus possessor Maioratus teneretur ad solutionem tributi, Canonis, vel alterius iuris ex causa dicti maioratus, & teneretur etiam ad aliquam annuam quantitatē correspondere secundogeniti ex causa alimentorum, tunc integra solutio tributi, canonis, vel alterius annuæ p̄st̄ationis, siue quantitatis spectat ad primogenitum, nec secundogeniti tenentur contribuere de rata alimentorum, ita Matth. Afflīt. in cap. Imperiale, S. Præterea Ducatus, num. 53. de prohib. feud. alien. per Frider. Arribus Pinel. de bon. matern. l. prima p. 2. num. 22, versic. septimo ampliatur. Lus. douic. Molin. de Hispan. primogeniti lib. primo cap. 27. num. 9. versic. Idque adeo verum est, Tyraquell. de iur. primog. q. 74.

- 11 Declara tamen h̄c omnia de æquitate nostri Sacr. Cons. vt refert Marinus Frecc. de subfeud. lib. 2. de auctoritate Baron. auctoritate 34. nu. primo dicens, ex Andr. de Isern. in Conf. Comitibus, quod posset aliquando minui vita, & militia, ad hoc vt fratri primogenito remaneat tantum quantum sufficit ad vivendum vti Baro, & primogenitus, & sic deducto ne egeat.

- 12 Declara sexto in pensione, & charitatiuo subsidio, vt pensionarius, qui habet pensionem simpliciter concessam, teneatur contribuere in charitatiuo subsidio, nisi pensio fuisset concessa libera, & exempta ab omni onere subsidij charitatiui, vt latè fundat Hyeron. Gigas. do-

pensionibus quæst. 38. num. 39. Ioseph Cum. in cap. si aliquem, in verb. Con- sueti seruity, n. 93.

Et an secundogenitus possit petere partem in meliorationibus factis feudo, vide quæ dico infrà q. 30. per totam.

### SUMMARIA QVÆSTIONIS 25.

- 1 Paragium debitum foeminis an minuatur propter onus adohæ, controverfa fuit quæstio, nunc autem de- cisa.
- 2 Anelli Amati Consilia prò primoge- nita, quod onus adohæ minuatur pa- ragium, ponuntur, & nū sequentibus.
- 3 Camilli Villani, & Octauy Bamba- rary Consilia prò secundogenita proponuntur. Sequuntur alia Sumaria dictæ qua- stionis post consilia,

Summaria Conf. Anelli Amati S. C. Aduocati Primarij, Reg. Cam. fisci Patroni, & Præsidis feudorū interpretis designati.

- 1 Vita, & militia an ex adohæ p̄st̄atione minuatur, DD. pro utraque parte recensentur.
- 2 Paragium est loco portionis de iure nature debite.
- 3 Paragium est idem iuris cū legitima.
- 4 Legitima est quota bonorum.
- 5 Item & paragium.
- 6 Legitima in liquidatione mortis tem- pus spectatur, prò ut paragij.
- 7 Paragium, & legitima in proprieta- te debentur.
- 8 Fructus paragij, & legitima qualiter debeantur.
- 9 Paragium licet non sit idem quod le- gitima, est tamen quasi idem ex interpretatione Sapientum Regni.
- 10 AEquiparatio sufficit in casu, de quo agitur, vt ab equiparatis su- mi possit argumentum.

O

Ex-

- 11 Exceptionem alleganti incumbit probandi onus.
- 12 Legitima in liquidatione ante omnia onera deducenda.
- 13 Idem in paragij liquidatione.
- 14 Vita, & militia an paragio adaequatur, vt ab uno ad aliud argui possit, & nu. 16. 17. & 18.
- 15 Vita militia est onus feudi, & quemcunque sequitur possessorem.
- 16 Vita militia respicit tantum feudum, non autem uniuersum patrimonium.
- 17 Fidelitas feudo inest, non seruitum.
- 18 Paragium non est onus intrinsecum feudi.
- 19 Cap. Alienationis actus, quod de vita, & militia loquitur, non habet locum in paragio.
- 20 Feudarius occasione feudi ad paragium tenetur.
- 21 Andreas in Constitutione post litem, & in S quid ergo, num. 6. de inuestitura de re aliena facta, afferens, paragium esse onus feudi, declaratur.
- 22 Dic̄io, Propter. designat causam remotam.
- 23 Paragium respectiue ad feudalia, & burgensatica debetur.
- 24 Paragium qualiter dici possit portio hereditatis, & Andrea locus in Constitutione in aliquibus declaratur.
- 25 Legitima debetur cum qualitate hereditaria.
- 26 Hereditas, vel bona ad aliquem si deferantur, effectu non differunt.
- 27 Vita, & militia à paragio distat, & ab uno ad aliud non rectè arguitur.
- 28 Foemina melioris conditionis nunquam masculo existit.
- 29 V̄sufructus filio familias relictus patri non queritur.
- 30 Vita, & militia loco portionis legitimi-

me, vel alimentorum an subrogatur remissio.

## EPITOME.

Adohæ onus paragium minuere latè probatur Prò Illustri  
D. Beatrice Vitelli  
Vrsina.

## CONSILIVM XII.

**I**N liquidatione paragij Illustris quondam Marchionissæ Roboris debiti super bonis feudalibus communis patris per Beatricem Vitelli primogenitam possessis, illud in controuersiam deducitur; num debetur paragium, habito respectu ad integrum feudi valorem, nulla facta deductione, vt aduersarij assertunt; An autem adohæ solutio sit à feudi valore detrahenda, ita vt ex eius præstatione paragium diminuatur, vt primogenita contendit.

In hac disceptatione paucis agam, etenim quicquid in ea controuersia dicendum sit, num vita, & militia, quæ secundogenitis debetur; ex adohæ præstatione minuatur, in qua sibi ipsi parum constat. Affict. qui in deciso. 252. minui afferit, cùm tamen contrarium in lecturis firmarit in cap. Imperiale, §. Præterea Ducatus, de probib. feud. alienat. per Fridericum, & prò primogenito firmat etiam Paris de finibus feud. quest. 42. incip. nunc videndum, num. 17. & cæteris clarius hoc tradidit Petrus Gregor. Sicul. in tractat. de dote, & parag. quest. 2. in 4. illat n. 8. eamq; iuris magis consonam restatur Niger. in cap. Alienationis actus, num. 11. ad idem, quod tradidit Det.

*Dec. conf. 155.* & post cum *Gigas de pension. quæst. 38.* & *89.* aliaque recenset ad huius opinionis probationem addens *ad Affiliæ in d. decis. 252.* latè firmasse *Loffredum in parapbrasi in cap. Imperialem, S. firmiter, versic. queri potest, fol. 56.* à *terg. Tiraquell.* de iure primogen. *quæst. 74. num. 2.* & sequitur *Molin. de Hispan. primogen. lib. primo cap. 27. num. 9.* *Capyc.* quod ità iudicatum per Cameram refert in *inuest. in verb. feuda adobant, col. fin. versic.* & *fratres,* quos refert, & sequitur *Dominus de Franch. decis. 20. num. 11.* & *Camill. Salern.* in *addit. ad consuetud. huius Ciuitatis in consuetud. quod si aliquis, sub Rub. de alimentis præst. in princip.* Sed controuersia hæc ad calum propositum minimè deseruit, cùm de alia re diuersam naturam, diuersamque rationē habente dicamus: Omissa itaque in hac controuersia opinione, disceptatione ad casum deueniendo, ex infrā dicendis facile constabit primogenite iustitia.

2. Est enim vera, & ab omnibus recepta opinio, quod paragium est loco portionis iure naturæ debite, ideòque iura que de legitima loquuntur in paragio, etiam verificantur ex natura subrogati, *Andr. in Constit. in aliquibus, col. mihi 8. in antiquis, versic.* Sed hoc paragium, & col. 12. in fin. versic. eadem ratione, & in repetit. *Constit. Comitibus, in princip. & innumeros congerit Affiliæ in dicta Constitutio. in aliquibus num. 43. & 44.* *Vinc. 3. Anna allegat. 70. num. 13.* ibique inquit, paragium esse eiusdem iuris cum legitima, quod etiam tradit ex *Andrea Fabius eius filius conf. 4. num. 10. de Franch. decis. 61. nū.* 5. *Petrus Gregor. in dicto tract. de dote, & parag. quæst. 2.* & quæst.

28. *num. 7. in fin. 3e paragium,* quod vigore Constitutionum Regni debetur, est portio illa, quam pater filiæ relinquere tenetur, vbi non ex Constitutione, sed ex paterna dispositione filia excluderetur, ità tradit idem *Andr. in dicta Constit. in aliquibus, col. mihi penult. versic.* filia si concurrerit, & *Reg. Lanar. conf. 70. num. 4.* Et quemadmodum legitima debetur, deducio de patrimonio ære alieno; l. quoniam 29. C. de inoffic. test. h. *Papinianus, 8. 9. quoniam ff. eodem, ob quod legitima dicitur quota bonorum, non autem hereditatis, vt post alios tradit Ias. in Autb. Nouissima, num. 3. C. eodem, Boer. decision. 24. num. 12.* Ità pariter, & paragium *Andr. 5 in dicta Constitutione col. 8. versic.* Sed hoc paragium, & *Petr. Gregor. dict. quæst. 2. num. 8.* & verunque in proprietate debetur *Andr. in dicta Constitutione in aliquibus, col. 8. versic.* Sed hoc paragium, & *Anna dicta alleg. 70. num. 6. cum seq. & 6 mortis tempus tam in legitima, quam paragij liquidatione spectatur; l. cum queritur 6. & l. parentibus 8. C. de inoffic. test. & tradit *Vinc. Anna dicta allegat. 70. num. 4.* ibi que ex æquiparatione subdit, deberi fructus paragii eodem iure, quo fructus legitimæ debentur, vt ibi num. 11. & sequen. & latè *Petrus Gregor. dicto tract. de dote quæst. 9. 26.* ibique addentes, & licet in aliquo differat paragium à legitima, ità vt paragium non sit idein, quod legitima, vt probat *Nepod. in consuetud. si moriatur, num. 51. cum seq.* est tamen quasi idem ex interpretatione Sapientium Regni, ac loco debiti iure naturæ, ità ille num. 56. & *D. de Franch. dicta decision. 61. numer. 5.* & cum habeamus specialem æquiparationem quod ad modum liquidatio-*

nis, de quo agimus, ut per Andr. dicta col. 8. & Ann. dicta allegat. 70. num. 3. cum sequentibus. Sufficie æquiparatio hæc quod ad casum, de quo tractamus, vt de vno ad aliud argui possit. Abbas in cap. Translato post nu. 3. de Constit. et in cap. Constitutus el secundo de appellat, in cap. quemadmodum, §. primo de iure iur. Dec. conf. 328. col. fin. & 416. nu. 15. quod multò magis procedit, vbi est facta æquiparatio per modum regulæ, l. p. ubi notatur, ff de leg. primo, & prop. tere alleganti exceptionem incumbit probandi onus, notatur in l. p. & in l. omnis definitio 201. ff. de reg. sur.

Hoc iacto fundamento, clara sequitur propositæ difficultatis resolutio, nam quemadmodum in legitima liquidatione sit priùs deductio onerum de toto patrimonio, & de eo, quod superest, competit legitimam dicta l. quoniam, & tradit latissimè. Cuccus in tractat. de legitima, sub Rubr. legitima est. quota bonorum n. 3. cum seq. & Surd. conf. 216. n. 12. vol. 2.

Ità pariter in paragij liquidatione, vt tradit in individuo Andr. in dicta Constitut. col. 8. & Petrus Gregor. dicta quest. 2. num. 8. est enim paragium quota bonorum prò vt, & legitima; Afflitz. decis. 162. post nu. 2.

Non obstat quod dicitur in liquidatione vitæ militiæ onus adhæ non deduci iuxta vnam opinionem, nam præterquam quod opinio illa juris regulis repugnare videatur, & plures habeat contradicentes, vt supra deduximus, attamen, præsupposita prò nunc opinione illa prò vera, adhuc nihil obstat, cum alia ratio pactum reforet, vita enim, & militia est onus ipsius feudi, ideoque quemcunque possessorem etiam titulo particula-

ri sequitur, vt in cap. Regni. Alienationis actus, vbi latè Niger. & Afflitz. dicta decis. 162. & Petrus Gregor. in tractat. de vita, & militia, 16 quest. 3. & est onus respiciens tantum ipsum feudum, alia autem bona à tali nexus sunt prænitus exempta, vt in Constit. Comitibus, & Petrus Gregor. dicto tractat. de vita, & milit. quest. 5. & propterea vita hæc, & militia, quæ ad feudi limites restringitur, non diminuitur ex onere extrinseco feudi, nam fidelitas feudo inest, non autem seruitium, nisi imponatur Andr. in §. sed nec est alia, num. 38. in fine. qua sit prima causa, & in cap. primo §. huius ausem generis num. 9. verific. sed si infeudatur fisco, ut ex quibus causis feudi amicil. cum quo omnes concurrunt secundum Camerar. in cap. Imperiale, fol. 75. col. 3. verific. aliud esse seruitium.

18. Diuersum in paragio est, illud enim non est onus intrinsecum feudi, ita vt ius aliquod prò eo sit causatum super ipso feudo, cùm nulla prò eo competat realis actio, sed tantum in personam, nec capitulum Alienationis actus, quod de uita, & militia loquitur, ad paragium trahitur, ut firmat Andr. in dicta Constitut. In aliis, cap. primo ad agnatis, num. 158. verific. quoniam in paragio, & in cap. Imperiale, fol. 13. col. 2. verific. banc enim ob rem; & fol. 14. col. prima lit. D. & Petrus Gregor. de dote, & parag. quest. 3. num. 5. quod uidetur de mente Andreæ in d. Constit. in aliis, col. 6. in fine, & col. 7. ubi arguendo ab oneribus realibus ad paragium, allegando tex. in l. p. & 2. C. fine cens. l. ba-

l. battemus 8. ff. de usufruct. & l. quo-  
to 28. de usufruct. legat. in verfic. Et  
sic non obstant, inquit in illis casibus  
expressim decidi, dari actionē in rē,  
in dote secūs, & licet obligetur vas-  
fallus occasione feudi, non ideo ta-  
men ius distinctum causatur in feu-  
do, Camerar. in d. cap. Imperiale, —  
fol. 13. col. p. in princip. & licet Andr.  
21 in Const. si quis post litem circa finem,  
& in cap. p. S. quid ergo, num. 6. de in-  
seft. de re alien. facta afferat, paragiū  
esse onus feudi, intelligi debet cau-  
satiuē, scilicet ut propter feudum  
cencetur possessor exemplo actionis  
personalis in rem scriptae iuxta l. mē-  
tum 9. S. Cum autem, vbi Glos. ff. quod  
metus causa, prō ut in propria mate-  
ria arguit Andr. in d. Const. in aliqui-  
bus, col. 7. in fin. & clariū Camerar. in  
d. cap. Imperiale, fol. 13. col. p. lit. B.  
& idem Andr. in dicta Const. in ali-  
quibus, col. 6. circa medium, de para-  
gio loquens, inquit, cum hoc debi-  
tum dotis propter feudum sit, quæ  
dictio causam remorā designat, l.  
p. S. Ex incendio, ff. de incend. ruin. &  
naufr. & licet subdat ibi, Et onus feu-  
di contractum est, loquitur tamen  
facta executione super feudalibus  
in subsidium, ac prævio pignore in-  
feudo constituto, ut ex præcedenti-  
bus, & subsequentibus clarè colli-  
gitur, Imò quod plus est, si paragiū  
in genere, sū in abstracto conside-  
retur verè non potest dici plus onus  
feudatarij, quam burgensis, cum nē  
dum debeatur respectiuē ad feuda-  
lia, prō ut vita, & militia, sed etiam  
ad burgensatica, dicta Const. in ali-  
quibus, verfic. Si autem filij, ibique  
Andr. col. 7. verfic. Sed hoc paragiū,  
& ad literam explicat Camerar. in d.  
cap. primo an agnat. post num. 158. &  
Petrus Gregor. dicto tract. de dose qu.  
19. in princip. Afficit. in Rubr. Const.  
In aliquibus, de success. filiorum Co-  
mitum, & Baronum, inquiens, ita  
per omnes Regnicolas teneri, ac plu-

riès in Sacro Cons. iudicatum vi-  
disc.

Cùm itaque onus paragij totum  
respiciat patrimonium, & in pro-  
prietate debeatur, omnino sequitur  
vt siue dicamus esse portionem hæ-  
reditatis, vt inquit Andr. d. col. 8. &  
iterum col. 9. ibi, tantò plus, quia hoc  
paragium est portio hæreditatis, si-  
ue quota bonorum, vt supra dixi-  
mus / quod verius est, cùm sit loco  
legitimæ, & præcedens dictum An-  
dreæ intelligi debet, quod debeatur  
de bonis hæreditarijs cum qualitate  
hæreditaria, vt in legitima tradit  
25 post alios Alex. in l. p. nu. 3. ff. de acq.  
bæred. in l. quia poterat, n. 10. ff. ad Tre-  
bell. & alibi) semper venit deducen-  
dum æs alienum d. l. Papinianus, S.  
Quoniam, & vbi esset verè portio  
hæreditatis, adhuc idem esset, nam  
teneretur prō rata debitum agno-  
scere, l. prō hæritarijs 2. C. de bær.  
act. l. prima C. si cert. petat; & licet iu-  
ra videantur discrimen constituere  
inter vocatum ad partem bonorum,  
vel hæreditatis, iuxta legē si quis ser-  
num, S. fin. cum l. seq. ff. de leg. 2. Acta-  
men in effectu, quod ad commodum  
26 vocati, idem est, vt rectè declarat  
Castr. ibi antè num. 4. sequitur Dec.  
conf. 336. nu. 2. ibi, nam, vt dicit Pau-  
lus.

Præterea inter vitam militiam,  
& paragium satis diuersa ratio vi-  
27 get: illa enim in fructibus debetur,  
& cum vita extinguitur, dicta Const.  
Comitis, & Petrus Gregor. de vit. &  
mil. q. 5. nec attenditur valor rei,  
sed redditus tantum, Ioannes de  
Plat. in l. 2. in 3. notab. in fi. C. de pred.  
& omnibus rebus nau. lib. 11. Bart. in  
l. Imperator in fin. ff. ad Trebell. Bald.  
in l. 2. num. 2. C. de alim. pupil. preft.  
secūs est in liquidatione paragij,  
quod ad instar legitimæ in propri-  
tate debetur, ideoque valor non  
tantum redditus attendi debet, vt  
per DD. in d. Const. in aliquibus, vt su-

pra retulimus , & primogenitus  
çquo animo hoc agnoscere debet,  
cùm ipse honoretur in successione  
feudal, nec fratri inuidet, cui tantum  
alimenta ministrat , quæ cum vita  
extinguntur, qui etiam de persona  
seruire tenetur, vt cōsiderat *Afflīct.*  
*in dicta decis. 152. post num 5.* Ratio  
hæc in sorore cessat, cùm illa serui-  
vire non teneatur , & portionē non  
in fructibus , sed in proprietate ha-  
beat , nedum legitimæ & equivalen-  
tem , sed quandoque usque ad viri-  
lem ascendentem, vbi aliter pari nu-  
bere non posset , vt tradit. ibi *Andr.*  
*28 col. penult. & Afflīct. num. 5 2.* quo ca-  
su, melioris esset conditionis ipsa  
scēmina, quā masculus, si onus ado-  
hæ ipsa non agnosceret, quod non  
est dicendum secundum *Afflīct. in-*  
*ead. Conſt. post num. 5 1.* subditque  
*Afflīct. dicta decis. 252. num. 6.* por-  
tionem hanc vitæ , & militiae adeò  
exiguam esse, vt aliud onus ferre nō  
possit, l. *nauis onusta 4. ad leg. Rhod. de-*  
*iact.* Ad idem, quod tradit *Gloss. in*  
*Authentica Idem est, versic. Itē nouus.*  
*C. de bonis, quæ lib. inquiens, reliquo*  
*29 filio familias usufructu, illum patri-*  
non quæri, licet secūs vbi relinqu-  
tur proprietas l. p. eiusdem tit. & per  
totum, & sequitur *Riminal. Iun. in S.*  
*p. nu. 183. instit. per quas person.* Cùm  
itaque hæc non reperiantur æqui-  
parata per viam regulæ , & militet  
diuersa ratio , non potest de uno ad  
aliud inferri l. *Papin. 2 1. ff. de minor.*  
Nec est expeditum , quod aliqui as-  
serunt , vitam , & militiam esse loco  
*30 portionis, à qua excluditur, vel lo-*  
co legitimæ , vt alij censem, cum  
utrumque improbet *Marinus de*  
*subfeud. lib. 3. de different. interfud.*  
*ex pacto, cap. 19. nu. 2. fol. 460.* in no-  
uis, inquiens esse loco alimentorum ,  
hoc tamen ad præsens differere non  
expedit .

Tandem cum in paragij liquida-  
tione in hoc Regno nedum feuda-

lium, sed & burgensaticorum valor  
attendantur , vt per *Afflīct. in dicta.*  
*Rubr. Conſt. In aliquibus*, non erit sol  
uendum paragium respectu feuda-  
lium, sed si secundogenita ex bonis  
burgensaticis tantam quantitatem  
consecuta sit, quæ sufficiat prò por-  
tione legitima, cùm habito respectu  
ad valorem feudalium non possit  
aliquid ulterius consequi , vt per  
*Andr. in d. Conſt. col. 8. & Camerar. in*  
*d. cap. primo nu. 158. an adgnat.* quod  
satis in tentativa exprimitur , dum  
dicitur , in cuius paragij liquidatio-  
ne habeatur ratio de bonis bu-  
gensaticis peruentis ad dictam Isabellam  
ex hæreditate Iacobi, frustra de  
adobæ deductione disceptatur .

In bac controuersia, post magnam  
discussionem, Domini iudicantes dua-  
rum aularum in parem iuere senten-  
tiam , sed cùm ex officio causam tue-  
rer, absente cliente, datis tribus adiun-  
ctis, suis decism adobam non minue-  
re paragium per maiorem partem, sed  
si casus iterum occurrerit, cogitent in-  
geniosi quidnam respondendum : vidè  
enim aduersantium scripta: quæ pre-  
missas rationes minimè tollunt. Poenes  
Actuarium .



### S V M M A R I V M .

- 1 Paragium loco legitima subrogari.
- 2 Legitima in liquidatione onera omnia deducuntur.
- 3 Regula in aduersarium transferte probandi onus.
- 4 Andreas in Constitutione Comitis declaratur.
- 5 Vita, & militia loco alimentorum subrogatur.
- 6 Adoba origo latè recensetur.
- 7 Adoba loco personalis seruitur fabra-  
gatur.
- 8 Domino tamen volente.
- 9 Adoba solutio qualiter liquidetur.

Vaf-

10. *Vassalli in adoba solutione contribuunt.*
11. *Feuda magna valoris quandoque parum pro adoba soluunt.*
12. *Seruitium extinguitur, feudo ad Dominum reuerso.*
13. *Augmentum adsumit naturam rei, cui accedit.*
14. *Inuestitura non petitur pro eo, quod feudo accrescit.*
15. *Donatiui prestatio an voluntarie fiat.*
16. *Prestatio triginta annorum uniformis obligationem inducit.*
17. *Adoba tempore belli prestanda.*
18. *Rex si bellum extræ Regnum habeat, an à vassallis adobam petat.*
19. *Nibil interest quid de iure, vel de facto fiat.*
20. *Paragium iuxta feudi valorem liquidandum.*
21. *Valor ex redditu colligitur.*
22. *Gabella si de singulis centum relictis soluenda sit, erit à legato prius deducendum onus.*
23. *Petri Gregor. opinio de dote, & paragio q. 28. recensetur.*
24. *Petrus Gregor. contrarietate notatur.*
25. *Defenditur tamen distinctionis foedere.*
26. *In secunda quest. generaliter loquitur.*
27. *In secunda question. ad ius Citerioris Siciliae restringitur, sive ad concordiam deducitur.*
28. *Divergitatis ratio affertur.*
29. *Seruitium non venit ex natura feudi.*
30. *Adoba in vita, & militiae liquidatione non deducitur.*
31. *Foemina in hoc Regno cum à feudarium, & burgenaticorum successione excludatur, ex utroque patrimonio doranda.*
32. *Beneficium propter onus minus valere dicitur.*
33. *Feudum beneficium appellatur.*
34. *Aextimatio ex fructibus facienda.*
35. *Fructus, deductis oneribus, aextimantur.*

## E P I T O M E.

Paragium adohæ præstatione minui, adohæque origo latè explicatur: Pro eadem Illustri Beatrice Vitelli Vrsina.

## C O N S. XII.

**P**RIMÙGENITÆ IUSTITIA EX PRIORIBUS ISCRIPTIS FACILIÈ CONSTAT, SED VT ADUERSANTUM FUNDAMENTA POCENIUS REICJANTUR, ADDENDA HÆC CENSUI.

1. Fundatam habet primogenitæ intentionem, vt cum paragium loco legitimæ subrogetur, vt ex Andr. pluribus in locis, Affici. utroque Anna, Prefide de Franch. Petro Gregorio, & Regente Lanario alias retulimus, quibus accedunt Loffred. cons. 26. num. 14. & seq. Minad. cons. 2. num. 6. Gram. decis. 101. num. 45. quibus in locis ab uno ad aliud sepiissimè arguunt, præcipue Andr. & Molin. post alios, de Hispan. primogen. lib. 2. quest. 15. num. 2. si in legitimæ liquidatione onera omnia deducuntur l. Papinius. 8. S. Quarta, ff. de inoffic. test. ita pariter, & in partagio ex natura subrogati dicendum erit, vt in proprijs terminis arguit Andr. in d. Conf. col. mibi 8. verific. Sed hoc paragium, in antiquis, ex reg. leg. si cum 10. S. qui iniuriarum, ff. si quis cautionibus, cum concordantibus.
2. Non obstat quod ex aduerso dicatur, non semper esse validum argumentum à subrogato, cum quandoque contrarium contingat, nam sufficit, hoc esse regulariter verum d. l. si cum S. qui iniuriarum, ubi concord. Gloss. Et alleganti exceptionē 3. incumbit probandi onus, & res certa dicitur pro eo, qui regulam habet, latè Dec. in l. p. post num. 6. ff. de reg. iur. cons. 142. post nu. 4. conf. 552. num. 5.

num. 5. Ferrecl. cons. 294. nu. 5. vol. 2.

Nec dicatur vitam, & militiam pariter loco legitimæ subrogari, ad quod aduersarius allegat Andr. in Constitutione Comitibus in princip. prima, & secunda lect. nam primò Andr. hoc non dicit, sed tantum da-

ti loco portionis, à qua excluditur, cùm communi iure feudorum omnes filij succedant, s. omnes filij, si de feud. fuerit controuers. & hoc modo arguendo esset contrà partem, cùm omnes in honore, & onere succedant, d. s. omnes filij cum ibi notatis.

Secundò respondeatur non esse verum quòd detur loco portionis, nec etiam legitimæ, sed potius alij mentorum, ut latè probat Petr. Gregor. de vita, & milit. q. 2. num. 11. & Minadous in cors. primo num. 56. & seq. cum alijs relatis per addentes ad Petrum Gregor. de vita, & milit. loc praeceps.

Videns Aduersarius rationē hanc evitari non posse, negat solutionem hanc, adoham dici posse, sed voluntariam donationem, quæ quolibet biennio per Barones in beneficium Regis elargitur, idq; sororibus præiudicium afferre posse, periniquum videri, s. non debet alteri 74. ff. de reg. iur.

Secundò inquit, etiam si necessarium onus esset, ac de adoha ageatur, non posse præcedentem regulam in proposito applicari, cùm seruitum tempore mortis non debeatur, sed tempore belli, cap. primo, ubi Andr. & alij, hic finitur lex.

Cuius rei, vt veritas appareat adohæ originem breuitè (quoad

fieri potest) repetam. Est enim communis feudorum iure statutum, tene-ri vassallum Domino personaliter seruire tempore belli, cap. primo in princip. vbi DD. omnes hic finitur lex, vel alium Domino acceptabilem- mittere, aut dimidium redditus v-nius anni soluere, cap. Imperialē, s.

similiter de probib. feud. alienat. per Frider. In hoc tamen Regno parùm plus soluitur, vt declarat Andr. in cap. primo col. fin. quis dicitur Dux; & mox latitū dicam.

Loco huius personalis seruitijs rea-lis præstatio succedit, dicto s. simili-ter, quæ præstatio in Regno adoha dicitur, vt declarat Andr. in cap. pri-mo s. similiter in boſtenditijs, num. 13. verific. In Regno, de Capit. Corrad. in cap primo num. 9. de controuers. feud. apud par. term. & in d. cap. primo in fine quis dicitur Dux. Quod tamen intelligitur, Domino volente, alijs non posset compelli aliud prò alio recipere l. 2. S. primo ff. si cert. pet. Andr. quis dicitur Dux in fin. et alibi, Afflicl. decis. 320. num. 9. Capyc. decis. 10. nu. 14. & 15. & in inuest. in verb. feuda adohant, & Ill. Marchio Mur-coni decis. 3. num. 7. & hæc est vera, & communis opinio in hoc Regno, idque receptum fuit in causa Iosephi Caraccioli cum Principe San-di Seueri, & alijs, facta relatione in Collaterali Cohsilio.

Soluitur autem prò adoha decem vnciæ cum dimidio prò singulis vi-ginti vncijs in feudis habentibus vassallos, qui tenentur Domino subuenire, sicut remanent pœnes feudatarium vntiq; nouem cum di-midia, sed si non habeat vassallos, soluuntur sex vntiq; prò singulis vi-ginti, et si feudum non in Terra, sed in redditibus consistat, soluuntur tantum vntiq; quinque Andr. in d. c. primo in fin. quis dicitur Dux, & alijs in locis inibi relatis, Capyc. in dicto verb. feuda adohant in princip.

Nunc ad praxim deueniendo, soluitur adoha hoc modo, non prò quolibet centenario reddituum in feudo habente vassallos, soluuntur ducati 52. 2. 10. Verùm tenentur vas-salli Domino feudatario subuenire, & cum eo contribuere, vt inquit Andr. in d. cap. pri. quis dicitur Dux, quæ

quæ contributio dum fiebat per Vassallos Baroni usque ad medietatem ad rationem carolenorum quinque prò quoquis foculari, ut in cap. Regni, Comites, Barones, ubi notatur, quòd si non sufficerent ob defectum vassallorum, tunc Baro de proprio supplebat; si autem exce-debant, non ob id ad plus, quam usque ad medietatem contribuerunt tenebantur; hodie uero hæc medietas directè à vassallis exigitur, & soluunt Barones duc. 26. ÷ ubi verò feudum non habet vassallos, tunc soluuntur triginta prò quolibet cœ-tenario: in redditibus verò feudalibus veluti in functionibus fiscalibus, quæ augmentum recipere non possunt, soluuntur tantum duc. 26. ÷ prò singulis centum.

Quæ taxa conformatur cum dictis Andr. in d. cap. primo Quis dicatur Dux, & in cap. Imperiale, §. firmiter ante num. 31. versc. idem videmus Jacob. de Ayell. in tract. de iure adobæ num. 52.

Præmissa omnia explicantur per consultationem Regiæ Cameræ ad illustrissimum Cardinalem Granuela transmissam in anno 1571. sub die 8. lunij subscriptam per Hernandū de Auolos M. C. L. Bernardinum de Sancta Cruce, A. de Salazar, Annibalem Moles, Francisc. Ant. de Dauid, & Franciscum Aluarez à Ribeira.

In eadem consultatione habetur, cur diuersimodè feuda hoc in Regno reperiantur taxata circa solutionem adohæ (quòd cum ad rem faciat, pariter referam) dicitur enim ibi feuda fuisse antiquitus tempore primarum concessionum per retrò Reges Aragoneos factarum appre- ciata, & iuxta illius temporis redditus fuisse taxata ad rationem superius relatam, & feuda, quæ fuerunt ad posteros translata, soluunt iuxta priuileium taxam, non obstante té-

poris, vel industriæ latenti augmen-to, quod etiam de iure procedit se-cundum Andr. in cap. primo nu. 18. ibi si diligentia possessoris de contro-versiæ inuestit.

11 Ideoque videmus feuda magni valoris parum, vel nihil soluere in pecunia, Andr. in d. cap. Imperiale, §. firmiter ante num. 31. quæ verò tractu temporis ob resolutionem inuestituræ, ob fidem forsan non seruatam, vel ob lineam finitam ad

12 Regem redierunt, sicque seruitum fuit extictum, l. vii frui. ff. si vnu-fruct. petat. Andr. ex quib. caus. feud. amitt. post num. 12. dum posteà, au-ēis tunc redditibus, noua ipsorum concessio facta fuit, illud in con-trouersiā venit in dicto anno 1571. num sub antiqua taxa fuissent con-cedenda feuda, vel habito respectu ad redditus illius temporis, cum ta-xa semper sit uniformis, vt per Ann. in dicto cap. primo num. 150. & D. de Pont. dicta decis. 3. nu. 2. & licet Re-gia Camera inclinare videatur, q secundum veterem taxam conce-siones fierent, vt facilius emptores inuenirentur, ac vt illius tēpestatis necessitatibus urgentibus mederi possit. Attamen in pluribus conce-sionibus appareat fuisse aliter serua-tum, prò vt in Comitatu Nolæ, & in Ducatu Boiani contigisse testatur Anna in dicto cap. primo num. 150. de vassal. decrep. stat. ac etiam in conce-siooe huius status Amatricis, prò quo soluebantur olim ann. duc. 980. prò adoha, seu donatiuo in anno autem 1591. fuit aucta ad annuos duc. 1401. 2. 6. (Additio auctoris E. Ego vidi plures prouisiones in Adoharum 5. & 6. in quibus fuit ordi-natum, quod in similibus feudis capiatur informatio de introitibus ad finem de novo taxandi.)

Taxa autem, quæ fit inter Baro-nes Regni, & Vniuersitates prò so-lutione donatiui (& si fatear non esse

esse veram adoham ) est tamen additamentum ad priorem adoham, & quilibet taxatur iuxta menturam veteris adohæ, nulia habita ratione fructuum, qui eo tempore percipiuntur.

His sic præfatis, facile omnia ex aduerso replicata corruunt, & primò dum inquit, solutionem hanc non esse adoham, nam imò cùm sit facta concessio secundum nouam taxam ad rationem duc. 52. 2. 10. prò singulis centum, id est proprie adoha, quæ loco militaris seruitij præstatur, ut per Andr. in d. c. 1. in fin.

13 quis datur Dux, & quod super additur ratione donatiui, cùm sit augmentum adohæ, & ad eādem rationem liquidetur, debet eiusdem naturæ censeri, l. inter sacer. 26. 9. cùm inter ff. de paci. dotal. l. etiam 8. in fin. C. de iur. dot. cap. primo §. si quis de manu. verific. sed si Dominus. Si de inuesti. fuerit contr. & ibi Andr. nu. 14. in fin. Schrader. de feud. in secunda parte quest. p. princ. sect. 2. nu. 7.

Hinc dicebat Andr. in cap. primo num. 6. verific. si verò agnatus per quos 14 fiat inuestit. prò eo, quod feudo accrescit, non esse aliam inuestitiram petendam, nec iuramentum præstandum, cùm additamentum, & quod accrescit sit idem cum re, cui sit augmentatio d. l. etiam cum similibus, & plura per Dec. conf. 141. num. primo, & conf. 330. num. 7. subdens, quod portio, quæ accrescit, debet sapere naturam eius, cui accrescit. l. si ex toto 8. ff. de leg. primo, Quæ tamē intelligas (nè decipiaris) iuxta ea, quæ tradit post alios Schrader. loc. præcit. nu. 8. cum seq.

Nec est verum quod aduersarius inquit, præstationem hanc voluntariam esse, cum omnes ad ipsius solutionem cogantur, & innumeri sunt Barones, qui non miscunt procuratores in generali parlamento, non ideo tamen solutionem subter-

fugiant; Item Populi, qui soluunt tres partes ex quatuor, neminem eorum nomine miscunt, vt testatur Jacob. de Ayell. in d. tract. de iur. adohæ num. 38. Non ideo tamen evadunt rigidos huius tributi exactores, sed siue velint, siue nolint, iuxta taxam soluunt, præualuit enim opinio (quicquid de iure dicendū sit) firmantium sufficere contensum majoris partis, l. quod maior 19. ff. ad municip. ita Jacob. de Ayell. loc. præcit. Sicque nemo dixerit, solutionem hanc donationis nomine mereri, cùm illa nullo iure cogente fiat. l. Donari 82. ff. de reg. iur. & non nisi ut quis liberalitatē exerceat l. p. ff. de donat. in necessitatibus autem nemo liberalis existit. l. rem legatam 18. ff. de adim. legat.

Ex alio etiam non potest talis præstatio voluntaria censeri, cùm ab 16 anno 1560. semper fuerit quoquis biennio uniformiter præstata, sufficit autem triginta annorum decursus ad obligationem inducendam, l. c. 6. C. de fund. rei priu. lib. 11. Andr. de his, qui feud. dar. poss. antè nu. 5. verific. Nisi à Predecessore, in cap. p. num. 11. verific. si sine Principiis, de controu. feud. apud par. term. & alibi.

Ex quo satis superque constare censeo, non meruisse prædecessorem collegam, tanquam in facto errantē notari, sed nec in iure, dum ex aduerso dicitur mortis tempus attendi in liquidatione onerum, l. cum queritur 6. C. de inofficio. seq.

17 Adoham autem, leu militare seruitium, non nisi tempore belli deberi, Andr. in cap. p. bic finit. lex. Responsio enim facilis est, quod immo tempore mortis hoc onus adohæ loco militaris seruitij aderat, & debebatur, & licet ex Capitulis Papæ Honorij de anno 1285. licita sit tantum adohæ exactio, vbi Regnum notabili inuasione, non momentanea, nec procurata deprimitur, ac alijs

alij tribus in casibus inibi expræssis;  
**18** Actamen vbi pro alicuius Regni iusta recuperatione, vel ut inimicis occurrat, bellum extrâ Regnum habeat, tenentur adhuc Barones Regi subuenire, & adoham soluere Andr. in §, sed nec est alia, num. 45. quæ sit prima causa.

Imò ètiam si talis exactio de facto tantum (quod asserere non audeo) fieret, adhuc licet posset vas-  
fallus tale onus deducere; cùm nihil  
**19** intersit quid de iure, vel de facto seruetur, arg. Gloss. in l. qui habebat 54. in fin. ff. de manum. testam. & plures per Dec. cons. 487. num. 2. cons. 557. num. 13. 665. nu. 4. & 686. nu. 6.

**20** Tandem cùm paragium iuxta va-  
lorem feudi, & burgensaticorū soluendum sit, vt tradit Camerar. in d. cap. primo num. 158. an agn. & alibi scrib. negare nemo poterit, quin feu-  
dum hoc minus valeat propter hoc.

**21** onus, cùm extimatio fiat iuxta redi-  
ditum quantitatem, l. si fundum 94.  
ff. de leg. primo, & l. si quos 16. C. de  
rescind. vendit. à quo redditu onus deducitur, & tanto minus percipi videtur, quod decidi posse videtur ex traditis per Bald. & alios in l. non amplius in princip. per illum tex. ff. de leg primo, vbi si de legato soluan-

**22** tur duo prò quolibet centenario, & legatarius in 30. grauetur ad decem, soluetur de viginti tantum gabella, deductio onere iniuncto, quod cum notissimum sit, ulteriori comproba-  
tionè non indiget.

Non obstat itaque Petri de Gre-  
gor. authoritas, quæ forsitan aliquos  
**23** contrariæ opinionis decepit defen-  
sores, qui in tract. de dot. & parag. q.  
**24** num. 8 inquit onus tamen seruitij militaris non deducitur, quia il-  
lud debetur tanquam tributum sex forma priuilegij ab initio conces-  
sionis.

Huius Doctoris auctoritati quā-  
cum sit deferendum, vbi ex seipso

loquitur facile ex Cannet. clarescit,  
qui in Extrauag. se aliquem, cap. sed queritur num. 3. fol. 331. relata Petri Gregorij opinione, inquit sed in-  
vtraque quæstione aberrauit toto Cœlo, vt solet, quando ali quid de-  
cidit suis viribus à nemine adiutus; sed quid in hac re testibus indige-  
mus? cùm in eadem proposita quæstione, in eodem opere paruis paginis contento, sibi ipsi pugnetur nobiscum enim firmat in eodē tract. q. 2. nu. 8. inquiens, dos de paragio debetur deducto omni æro alieno totius feudi, & sic debetur deducto priùs onere seruitij militaris; sicq; apertam nostram firmat opinionē, nec nouo à nobis crimine notatur, cùm in alia quæstione sibi ipsi pa-  
ritè dissidens referatur per eundem Cannet. in §. Et cùm prefati in fin. fol. 316.

Sed absit, quod aliorum famæ (præter institutum) detrahere ve-  
lim, & forsitan si locus pateretur, ip-  
sum à Cannetij morib[us] prò viribus  
**25** liberarem, sed ad rem, de qua sagi-  
mus dicam, Petrum Gregor. vtroq; in loco rectè loquutum, & non con-  
trarium sibi ipsi esse, sed diuersum,  
ex qua resolutione constabit nostra firmasse sententiam, nec meruisse  
in contrarium allegari.

In secunda itaque quæst. genera-  
liter firmat onus adohæ seu seruitij militaris esse in paragij liquidatione à feudi valore detrahendū, quod ex superiùs relatis satis comproba-  
tur.

In vigesima octava autem quæst.  
loquitur in Regno illo Siciliæ ultra  
**27** pharum, vt patet ibi n. 2.

Sed cur diuersum? ratio in prom-  
ptu se offert; in Regno enim illo fœ-  
**28** mina à feudi tantum successione excluditur, non autem à burgensa-  
ticis, vt ibidem nu. 2. & 3. Vnde ta-  
xatur dos respectu feudalium tan-  
tum, à quorum successione excludi-  
tur,

eur, ut ibidem num. 3. ibi, sequitur,  
quod eorum. & q. 19. Ideoque onera  
annexa tantum feudo sunt detrahē-  
da, ita ipse num. 6. seruitium autem  
non potest verè dici onus annexum  
29 feudo; Cum ex natura concessionis  
non veniat seruitium secundum  
*Andr. in S. Sed nec est alia. num. 38. in  
fine, qua sit prima causa, & in S. bu-  
tius autem generis, num. 9. verific. Sed  
si infideatur, ex quib. caus. feud.  
amici. cum quo omnes transeunt  
secundum Camer. in cap. Imperia-  
lem, fol. 75. col. 3.*

30 Hinc videmus in liquidatione  
vitæ, & militiæ, quæ respectu feu-  
dium tantum præstatur, non deduci  
onus adohæ secundum *Affict. dicta  
decis. 252. & Præfid. de Franch. decis.  
20.*

31 In hoc autem, Regno foemina cū  
à toto patrimonio tam feudali, quā  
burgensatico excludatur, debet de-  
viroque dotari secundum eumdem  
*Petrum Gregor. dicta quest. 19. cum  
concordantib. vnde non mirum si  
hoc onus detrahatur, cùm negari nō  
possit in toto patrimonio reperiri  
hoc onus, ratione cuius totum pa-  
trimoniū minus valet, vt tradit post  
alios Cagnol. in L. 2. num. 243. C. de re-  
scind. vendit. Hinc beneficium dici-  
tur minoris valoris propter onus illi  
adiectum. Ripa in l. p. S. si hæres num.  
27. ff. ad Trebell. post Bald. in l. sed si  
hoc, S. cuidam in fine, ff. de condit. &  
33 demonstrat. feudum autem bene-  
ficium dicitur, cap. primo, & fin. quo  
tempor. mil. in cap. primo in fin. de his,  
34 qui feud. dare poss. & alibi, et si exti-  
matio fiat iuxta fructuum quantita-  
tem l. si fundus 13. ff. de reb. eorum, &  
Arium Pinell. de rescind. vendit. p. 3.  
cap. 4. num. 27. Petrus Gregor. d. q. 28.  
num. 5. fructus extimantur deduc-  
atis oneribus, Ripa post alios in d. S.  
hæres num. 27. Cum itaque fiat exti-  
matio feudalium, & burgensati-  
eorum prò paragij liquidatione, vt*

per Camer. in dicto cap. primo ag-  
nat. num. 158. nullus unquam di-  
cet feendum tanti valete, si adoham  
non soluit, quantum valet, vbi hoc  
onus adiicitur, & siue onus sit de  
natura feudi, siue ex conventione,  
vel alio quoquis modo, semper verū  
est rem minori præatio propter onus  
extimandam, uti constat ex cumu-  
latis per Ripam in dicto S. si hæres, ex  
*Cagnol. in d. l. 2. ibique Pinell. in ul-  
tima omnium parte, nu. 18. circa me-  
dium.*

Ex quibus omnia, quæ in contra-  
rium excogitari possunt, facili ne-  
gotio resoluuntur.

### S V M M A R I A Incepit questionis 25. sequuntur.

- 4 Paragium non minui propter ado-  
bam refertur decisio.
- 5 D. Berardinus Montaluuus lauda-  
tur, & eius laudes.
- 6 Dos de paragio taxatur, deductio aere  
alieno onerante feendum, & quare  
sub nu. 7. & 10.
- 8 Onus debitum ex feudo ex eius natu-  
ra, diminuitur propter onera, non sic  
quando est impositum ex forma  
privilegij.
- 8 Adoba tanquam onus feudi ex forma  
pacii non diminuitur propter one-  
ra, secus autem paragium, vt de-  
bitum ex ipso feudo intrinsecè, di-  
minuitur.
- 9 Primogenitus tanquam magis hono-  
ratus propter feudum, idèo onera  
sentire debet.
- 10 Expensæ factæ ob fauorem publicū,  
siue diuinum non deducuntur.
- 11 Gabella imposta fauore diuino, vel  
publico soluitur absque deductione.
- 12 Paragij quantitas respectu feudi est  
tenuis, idèo onera sentire non debet.
- 13 Adoba an diminuatur ob paragium,  
vel è contraria, hac quæstio procedere  
non potest, & declaratur.  
*Adoba bodie non potest considerari,*  
nec

- i n factō, nec in iure propter diminuendum paragium, & probatur n. 14. & sub n. 24.*
24. *Onus grauans feudum ut diminuat paragium, debet immicere tempore debiti paragij sub num. 24.*
25. *DD. tenentes, quod onus adoba non diminuat vitam militiam referuntur, & bodie non dubitatur sub n. 17.*
27. *Anelli Amati argumento responderuntur.*
18. *Anelli Amati argumento dicentis indistincte paragium successisse loco legitima, & proinde quia legitima debetur deductis oneribus, ita & paragium, distinguendo responderetur sub n. 18. 19. 20.*
20. *Legitima portio debita foeminis, dicitur legitima respectu allodialium, sed ex feudalibus dicitur paragium, nec potest considerari ut legitima etiam respectu masculorum secundogenitorum.*  
*Feudum totum dicitur legitima primogeniti sub n. 20.*
21. *Paragium ex feudalibus successisse loco legitima, & qui uocum esse ostenditur.*
22. *Anello Amato dicenti donatiuum esse idem, quod adoba, vel ad infir, vel loco adoba, respondetur, & sub n. 23. Et tandem, mutato nomine, probatur esse idem, quod adoba sub n. 23. & seq.*  
*Barones non concurrentes in donatio, adhuc de facto non euadunt rigidos exactores.*
23. *Donatiuum est ex principio voluntarium bodie factum est necessarium.*
24. *Onus donatiui bodie non diminuit paragium ex ratione, quia tanquam debitum ratione iuris publici.*

## ARGVMENTVM.

Onus adohæ an minuat paragium debitum foeminis? magna proponitur quæstio, in qua diuersorum scripta proponuntur, & Authoris non nulla dicta referuntur; Et de consideratione adohæ in facto, & in iure, De onere adohæ quomodo consideretur in grauamine feudi; Anelli Amati Argumenta proponuntur, & illis responderetur. An paragium successerit loco legitimæ, vel portionis hæreditariæ debitæ super feudo.

## QVÆSTIO XXV.

**M**agna sanè, & disputatio ne cælebris fuit hac quæstio in Regno nostro quæ Regnicularum animos torsit, & sinodali decisione post longam agitationem fuit decisa, & præcipue in causa Donnæ Isabellæ Vitelli tertio genitæ cum D. Beatrice Vitelli primogenita super liquidatione paragij debendi super statu Amaticis, & in liquidatione paragij prædicti debuit haberi ratio de adoha, quæ prò dicto statu soluebatur per ipsam Regio Fisco, adeò ut solutio adohæ diminuebat ipsum paragium, & sic tantò minus debebatur. In hac controværsia scripserunt Aduocati Primarij tunc temporis, quorum scripta placuit querere, imò quosdam rogitare, ut hic apponenterent, cum mihi iam notificari fuere illi Aduocati, qui scripserunt in dicta causa.

Prò primogenita, & sic ut onus adohæ minuat paragium scripsit

P

Praefes

*Præses Anell. Amat. & tria consilia edidit. nempè undecimum, & duodecimum, & tertiodicimum in primo vol. qua supra posuit.*

3 Pro tertioagenita fuit mihi dictum, quod scripserunt Regius Conf. Camill. Villanus, & D. Octavius Bambacarius Præceptor meus, ut mihi dixit Dominus Carolus Amatus filius d. q. Anelli, quas allegationes iam vidit dictus eius pater, ut ipse dicere in fine sui consilij, & eas dedit mihi dictus Dominus Carolus mihi semper obseruandus.

4 Sed et si validè ex more pugnauit *Anell. Amat.* attamen cōtrarium fuit decisum in favorem tertioagenitæ, ut onus adohæ non minuat paragium; Sed ego, si non extaret decisio prædicta, adhuc intrepidè prò D. Anello pugnarem, eius namque rationes sunt solidæ, ut ipse dicit, & intellectui meo adequantur licet imbecilli, nam dicta causa, ut refert D. Octavius Bammacarius in quadam apostilla manuscripta ad *Petr. de Gregor. loc. inferius citando* refert, quod prò sua opinione fuit decisum, licet cum maxima discussione, ac prævia magna causæ cognitione; quia primi iudices n. 8. de duabus aulis fuerunt in paritate votorum, deinde fuerunt dati alij tres iudices adiuncti, & fuit prò sua opinione decisum pœnes Secretarium, ut ipse dicit, & quod scripsit in dicta causa, cuius scripta inferius ponam de qua decisione meminit etiam *Ioannes Aloys. Mormilis* in suis paradoxis in Constitutione in aliquibus, n. 43. & *Præses Amatus* in fin. dicti Conf. & dicta decisio dicit, D. Aloysius Mormilis, quod fuit in anno 1607. die 9. Maij, & in ea interue-

5 nerunt D. Berardinus Montaluuus olim Præses Regiæ Cameræ, Reges Regiæ Cancell. Regius Collateralis Conf., Marchio S. Iuliani, Eques Sancti Iacobi de Spata, & nunc ver-

satisimus eiusdem Regiæ Cameræ Locumtenens, cui dignissimè præest, vir quidem omnigena doctrina, bonitate, ac probitate præcelens, morum candore conspicuus, humanitate mirificus, iudicij perspicacitate, ac rectitudine mirabilis, denique numeris omnibus vulgaris absolutus, quem in senectute licet alias prole masculina orbatu, Deus consolari voluit, & meritò, & nos etiam, dum ex Illustri D. Isabella Caracciola filia Marchionis S. Erami filium magnæ indolis ad paterna aspirantem encomia concessis, ut tantarum virtutum in terris relinquatur heres, in quem, & tanti patris imaginem, & propriam personam, & reuocri, & inspicere possimus.

6 Ratione ex *Bald. in l. Papinianus*, S. Vnde se quis in fine, ff. de inoffic. seft. cum concord. alleg. ab Alberto Brune in trahit. quod extant. masc. f. m. non succed. qu. 3. quod in constituendo paragio fœminis, debet considerari modus facultatum dotantis, deducto ære alieno annexo prò onere feudi, & dos de paragio est onus causatiuè siue propter feudū T. bom. Minadoi conf. prima n. 32. & *Petr. de Gregor. de dose de parag. q. 11. n. 7.* & tā-7 quam'æ alienū deducatur, tamen quando onus feudi non debetur ut onus ex ipso feudo de natura ipsius, vel quia desuper illa contractum est, sed debetur ex forma priuilegijs, vel pacti ab initio concessionis, ut est onus adohæ, siue seruitij militaris, ut ait *Petrus de Gregor. de concess. feud. p. 8. q. 2.* tunc quia debetur illud tanquam tributum, ideo ante omnia deducitur, nec minuitur propter onera ipsius feudi intrinseca, vel annexa, prò ut est paragium.

8 Item dictum paragium vel succedit loco legitimæ, vel loco portionis feudi, à qua fœmina venit exclusa de qua opinione *Octavius Bammacar.*

*car. in cap. omnes filij, si de feudo defuncti. Anell. Amat. dictio cons. 11. nu.*

*2. & seq. Si loco legitimæ, tunc et si debeatur, deductis oneribus, & per consequens minuatur, tamen est intelligendum de oneribus debitibus ex feudo, siue feudi ipsius, siue rei, ob quam debetur paragium; at verò onus adoha debetur nō vt onus feudi, sed vt tributum, ex forma parti in initio concessionis, quæ non deducitur; & per consequens non minuit paragium.*

*9. Item onus adoha debetur ex feudo, quia debet seruire vassallus Regi, sed seruire autem Domino honoris est, quia vassallus dicitur Dominus, & nobilitatur ob feudum. Vnde dicitur satis honoratus primogenitus propter successionem in feudo, meritò cùm sit honoratus ipse solus, non autem fœminæ ipse, meritò debet ipse solus portare onera feudi, ob quod ipse consequitur honorem, & dignitatem.*

*10. Item quando concurrit fauor diuinus, vel publicus, tunc expensæ necessariæ non considerantur, ut considerauit Matth. Afflict. decis.*

*252. nu. 7. et tunc quantitas, quæ soluitur ob fauorem publicum, non deducitur; nec consideratur cap. tua nobis, & cap. Pastoralis, decimis, sed adoha soluitur ob fa-*

*11. uorem publicum, ut Regnum sit tutum, ideo nec consideratur, nec deducitur; prò vt etiam de Gabela affirmat, ut sit soluenda absque deductione expensarum, quæ forsitan fierent ob juris publici fau-*

*12. rem: Si verò loco portionis feudi succedat paragium secundum veram feudistarum opinionem, tunc portio prò paragio est adeò tenuis habito respectu ad feudum, quod si alia onera sentiret, ad nihilum redigeretur, nec illa posset sufficere, argumento l. Tisia, S. qui in vita, ff.*

*de leg. 2. l. nauis onus, ff. ad legem Rhod. de iact.*

*13. Tandem, vt rationibus, quæ per mille possunt adduci, conuincantur partis aduersæ auctores, ac claudi debent ora eorum, qui æquiuocant ex evidenti eorum fallacia, quæ est in facto, & in iure. In facto, quia pecuniam, quam hodie soluunt Barones, quamque exigunt fiscales à possessoribus feudorū ex eorum fructibus, non est adoha, quia adoha iam fuit remissa per Regem Alphonsum, facta compositione cum Baronibus Regni, sed dicta pecunia soluitur, vt donatum, quod exigitur secundum taxam adoha, vt ex Camill. de Curt. in suo diuersor. fol 41. num. 63. & habetur in gratia Regis Catholici inter Capitula Neapolitana cap. 19. fol. 59. & nos supra qu. 1. si ergo est donatum, non autem adoha, ad quid ergo querere an minuat adoham, quæ non est in rerum natura, cùm fuerit remissa.*

*14. In iure quoq; falluntur contrariæ partis auctores, nam dato quod esset vera adoha, dicta pecunia, quæ soluitur per Barones, adhuc nō prodesset parti aduersæ dicere, quod debet deduci, ad hoc enim vt deducatur opus est, quod non solum sit onus, sed oportet quod sit onus, quod immineat tempore mortis patris. l. Cum queritnr, & Autb. Nouissima, C. de inoffic. testam. sed seruitium debetur tempore belli, vel quando indicatum esset, c. p. hic finitur lex, vbi Andr. de Isern. Marin. Frecc. de subfeud. auctoritate 5. nu. 14. ergo cum non immineat, nec considerari debet.*

*15. Tandem accedat auctoritas rationi, quippè in specie hanc sententiā docuere Petr. de Gregor. de doce de parag. qu. 28. num. 7. & 8. vbi contraria secundogenitum firmat conclusionem, vt onera diminuant vitam.*

militiam, & paragium, tamen nu.8. excipit onus seruitij militaris, vt nō deducatur, quia illud debetur tanquam tributum ex serua, & pacto priuilegij in initio concessionis, vt supra præmonuimus.

15 Quibus sic positis, superest, vt salua pace tanti viri Anelli Amati, respondeamus ad eius fundamenta, quibus etsi solida responsa data minimè erunt, vt credo, sufficit mihi, quod cum tanto viro yoluvi congregdi.

17 Et primò in cons. 11. num. primo versic. In hac disceptatione, dicit, quod amplius de diminutione vitæ militiae ob adoham non debet dubitari, nec in controversiam reficiari, licet non nulli sibi parùm content, cum hodie sit iam indubia, & sopita quæstio, non minui vitam militiam ab adoha.

18 Secundò, *Anellus Amatus dicto cons. 11. à num. 2. usque ad num. 12. & seq.* ad fundandam suam intentionem vtitur hoc argumenti generic, dicens paragium successit loco legitimæ debitæ iure naturæ fœminis, imò quod potius, est idem cum legitima in iure debendi in tempore liquidationis, & in alijs, & saltē dicit in casu, de quo agit, & qui parari legitimam, & paragium, deinde si mat minorem argumenti, dicens, sed legitima debetur deductis oneribus, irà etiam deducit in paragio, vt liquidetur deductis oneribus, & sic minuatur ob adoham, quod est onus feudi, siue debetur ex feudo.

19 Sed maior argumenti fallax est, quia debebat considerare, quod vassallus habet duplex patrimonium, paganum, & feudale; Et ideo aliud est dicere, deberi legitimam ex allodialibus, aliud ex feudibus, quia in allodialibus fœmina succedebat sicut masculus, l. maximum vitium, C. de lib. præt.

adeò vt de iure communi debebat succedere vnā cum masculo in portione, à qua successione fuit temporaliter exclusa per Constitutionē Regni ob existentiam masculorum, vel saltē debebat habere legitimam in dictis bonis, sed loco legitimæ prædicta Constitutionē Regni voluit vt dotentur de Paragio.

20 Aliud est dicere in feudalibus, quia fœminæ, & secundogeniti non habent legitimam in feudo. Hartam. Pistor. lib. 2. par. poster. q. iur. q. 38. num. 30. & 21. & dico in sequenti, quia totum feendum est legitima primogeniti, vt aduertit Reg. Lanar. cons. primo num. 20. sed tantum per cap. Omnes filij, si de feud. defunct. & secundum ordinem naturæ est verum, quod debebant succedere in feudo, non vt in legitima, sed vt in portione sibi ipsis tangentे, & loco dictæ portionis successit paragium in feudalibus, & sic loco portionis, vt tenet ex permultis D. Octavius Bammac. in dicto cap. omnes filij, si de feud. defunct. & ego infrà in quæst. leq. dicam.

21 Quibus positis, si dicere velis, quod paragium successit loco legitimæ, intelligas de paragio debito ex allodialibus vigore Constitutio-nis Regni, & Consuetudinis Ciuitatis Neapolitanæ prò vt loquuntur permulti DD. allegati à dicto Praefide Amato dicto num. 2. Si vero loquimur de paragio debito ex feudo, quomodo vis quærere de subrogatione, si non habemus locum subrogabilem? & sic non constituimus legitimam in personam filiorum secundogenitorum, & fœminarum, sed tantum legitimam constituitur in persona primogeniti, ergo non potest dici paragium successisse loco legitimæ debitæ iure naturæ, adeò vt in hoc calu debebant parificari, & idem trahere argu-

argumentum, licet postea debebatur ex toto patrimonio tam burgéfatico quam feudali, quia quod spectat ad feudaliam, debemus secundum iura, & terminos feudales intelligere.

Et quibus videtur responsū tam ad dicta in *dicio confil.* 11. quam ad sequens *conf.* 12. vñq; ad nu. 5.

22 Deinde d. *conf.* 12. *num.* 5. *versic.* *videns aduersarius*, conatur diluere æquiuocū, quod proposuimus suprà quod adoha non est onus, sed donatiuum, & licet esset adoha necessarium onus, tunc quia tempore belli, non autem mortis debetur, sequitur, quod non debet deduci, & conatur fundare pecuniam istam esse adoham, vel saltem loco adoha, vel ad instar adoha, & non esse donatiuum voluntarium, quia innumerū Barones non donant, nec mīctunt procuratores ad donandum, & tamen non evadunt rigidos exactores, & ideo dicit, quod est adoha est onus necessarium, non autem donatiuum voluntarium.

23 Ad hoc dico, quod licet benè dicat, quod retinet tantum simplex nomen donatiui, sed in veritate, & quidditate est necessarissimum onus soluendum, et si medij crepuerimus. tamen in effectu non est adoha, quia eius nomen non habet, nec substantiam, nec quantitatem, quia adoha taxatur respectu fructuum, & donatiū taxatur respectu adoha, & ad taxam adoha ut supra diximus, tamen est plusquam adoha, & necessaria solutio, quæ sit hodie revoluto mātello, ac mutato nomine, & mutatis figuris, & ideo quicquid sit, non benè queritur de adoha.

24 Nec facit quod dicit idem *dicio conf.* 12. *num.* 16. *versic.* *Ex quo satis,* superquæ, quasi quod præuiderit rationem illam pro contraria parte à me adductam, nempè de errore in facto, & in luce, vt in facto non de-

buit ipse notari, vt modo supra dixi, & in luce, quia dicit ipse, immo & tempore mortis aderat hoc onus adoha, ideo in liquidatione deduci debet, quia respōdetur, quod licet debebatur in illo anno mortis, tamen adhuc concidit sub illa ratione esse onus debitum ratione ius publici, & ex alijs rationibus supra allegatis, & ideo deduci non debere.



## ARGVMENTVM.

Onus adoha an minuat paragium debitum fœminis, & quid in filia nupta, vel nuptura; Adoha an sit onus reale feudi; Donatiuum soluitur ad taxam adoha.

## S V M M A R I A

*allegat D. Camilli Villani.*

- 1 Paragium decernitur babito respettu ad facultates, numerum filiorum, dignitatem viri, & mulieris.
- 2 Paragium ascendit ad virilem, quando vir eiusdem qualitatis alias inueniri non potest.
- 3 Paragium in nuptia regulatur secundum legitimam, secūs autem in nuptura.
- 4 Adoha an diminuat paragium, & n. 10. & sub nu. 15.
- 5 Adoha est onus reale feudi loco servitū.
- 6 Seruitium feudale est onus reale feudi.
- 7 Adoha non minuit vitam militiam, & decisiones afferuntur.
- 8 Adoha dicitur expensa ad perpetuam utilitatem.

- 9 Secundogenitus seruire tenetur ex pensis primogeniti.
- 10 Primogenitus dicitur honoratus in succedendo.
- 11 Quoꝝ Diuinus, & publicus equiparantur.
- 12 Pecunia, quæ soluitur bodie à Baronibus, non est adoha, sed donarium ad taxam verò adoha.
- 13 Opus adhoa ut diminuat paragium, debet imminere tempore mortis.
- 14 Seruitum debetur tempore belli, vel incurſus hostium.
- 15 Onus subuentioñis ex Constitutione Comitibus, & Constitutione Quamplurium non est in consideratione paragij.

**A L L E G A T I O N E S**  
**D. Camilli Villani olim Regij Consiliarij.**  
**Prò D. Isabella Vitelli tertìogenita contrà D. Beatricem pri-**  
**mogenitam.**

**I**N causa liquidationis paragij Isabellæ Vitellæ Marchionissæ Roboris, queritur num adoha illud minuat? nam etsi paragium constituatur habito respectu non solum ad facultates, & numerum filiorum, sed etiam ad dignitatem viri, & mulieris, vt voluerunt DD. ex l. quæro, & l. cum post, S. Gener. ff. de iur. dot. ita ut integra virilis debeatur, si alias vir eiusdem qualitatis non inuenitur Isern. in Cōst. in aliquibus, col. fin. versc. nos dicimus, num. 70. Nā pod. in Consuet. si moriatur in versc. paragium, ubi Capic. Pisanell. & omnes, Affict. dec. 160. Vinc. de Franch. decis. 87. num. 11. & alij passim.

Et secundum hanc opinionem non veniret disputandum, si onera hereditatis debeant cedere in damnum nubentis, nam omnimodò debere habere talem quantitatem, quæ sufficeret ad nubendum pari.

3 Tamen, quia hæc procedunt in filia volente nubere, secùs autem in

nupta, prò ut casus noster est, nam tunc paragium regulatur secundum legitimam, vt in allegatis locis voluerunt Isern. & Affict. & Cumia in cap. si aliquem, ver. Maritata, nu. 17.

4 Dicit primogenita ex paragio debere deduci adoham, nam si est verum, quòd in maritata illud regulatur secundum legitimam, & quòd legitima debetur deduc̄tis oneribus. l. Papinianus, S. Quarta, ff. de inoff. test. hoc consequens venit necessario, ut deducatur adoha.

5 Cùm non possit controuerti, quòd adoha est onus reale, nam debetur loco seruitij, Isern. in S. similiter, de Cap. qui Curiam vend. num. 14. & in cap. primo quis dicitur Dux, circa finem, in l. Imperiale, S. firmiter, de prohib. feud. alienat. per Frider. sub nu. 30. Affict. decis. 265. & alij quos cumulat Intrigliolus de seud. q. 45. n. 3.

6 Nec disputetur; quòd seruitum in Regno sit onus reale per Constitutionem Consuetudinem prauam, S. prædicta autem, licet de iur. cōmuni sit articulus admodum controuersus, ut per Isern. in cap. primo S. sed nec est alia iustior, quæ sit prima caus. benefic. amict. num. 35. in fin. verific. an sit realis, in cap. primo S. huius autem generis, ex quibus caus. feudum amictatur, sub nu. 12. & in Cons. Si quis post litem, Frecc. de subfeud. auctoritate 5. num. 13. Camer. de prohib. feud. alienat fol. 20. lit. R. & alij quos adducit Cum. in dicto cap. si aliquem, vers. seruity consueti, num. 17.

7 Nec posse ad hanc causam paragij allegari decisiones in beneficiū secundogenitorum, quòd in liquidatione vitæ militiae non sit deducendum onus adoha, vt per Loffred. in l. Imperiale, S. Præcrea si infeudatus de prohib. feud. alienat. per Frider. & Affict. decis. 252. & Vinc. de Franch. decis. 20. num. 11. nam mouentur præfertim duabus rationibus, quæ non militant in paragio.

Pri-

- 8 Prima, quod adoha dicitur expensa ad perpetuam utilitatem, & propterea non debet nocere secundogenito in vita militia; pro ut nec nocet usufructuario. *I. diuortio. S. Impendia, ff. sol. matrim.*
- 9 Secunda, quia iam est clarum, quod secundogenitus debet seruire expensis primogeniti, ut per *Gloss. in Conf. Comitibus, & Iacob. de Ayell. in tract. de iur. adoha, num. 93.* & propere non est mirum, si non contribuit, cum ipse debeat contributio nem recipere, ut per *Grammat. ad dictam decis. Affict.*
- 10 Domini ego pro secundogenita possem allegare generales rationes, quod sufficere debeat primogenito, quod ipse sit honoratus in succendo, nec inuidere sorori, quæ minima partem recipit, ut quod ad vitam militiam voluit *Isern. in Conf. Comitibus*, Et quod vbi concurrit i favor diuinus, aut iuris publici, quæ equiparantur, ut in *I fin. C. de sacro-san. Eccles. expensa, & onera non sint in consideratione, alleg. decis. Affict. num. 7. & c. tua, & c. Pastoralis extra de decimis, & I offr. ubi supra in fin. verific. & predicta possunt. Vel mouere auctoritate Petri de Greg. in tract. de dote, & parag. q. 28. nu. 8.*
- Sed aduertamus, quod pars prætendens in casu nostro deductionem adohæ, errat in facto, & in iure.
- 11 In facto, quia pecunia, quæ hodie soluitur à Baronibus, & à possessore horum feudorum, non est alias adoha, sed donatiuum, quod exigitur secundum taxam adohæ, ut est clarum in Tribunal Regiae Cameræ, & refert *Camill. de Curt. in suo diversor. feudal. fol. 41. num. 63.* Et si est donatiuum, quod faciunt Barones, & Vniuersitates, & ab eisdem venit exigendum, frustra querimus si in id contribuere teneantur mulieres pro paragio.
- 12 In iure errat, nam licet disputare-

tur de vera adoha, & illa esset onus reale, cum soluat loco seruitij, ut supra est fundatum, id neq; prodes set parti, nam ut ducatur, opus est, quod non solum sit onus, sed onus quod imminet tempore mortis patris. *I. cum queritur; & Authentic. nouissima, C. de inofficio. test. sed seruitum non debebatur tempore*

14 mortis, quia illud debetur tempore belli, *cap. primo bic finitur lex, vbi Isern. & in alijs locis, quos cumulat Frecc. auctoritate 5. nu. 14* quod bellum eo tempore non aderat.

Neque dicat Pars, quod poterat superuenire, nam incursus hostium superueniens post mortem, quod ad liquidationem legitimæ, non debet esse in consideratione *I. in ratione, & I. in quantitate, ff. ad I. falcid.*

15 Pro ut nec etiam considerantur subuentiones, quas varijs ex causis vassalli soluunt Baronibus, ut in *Conf. Comitibus, & in Conf. Quamplurium.*

Si igitur adoha non debet deduci, & auctoritare, & ratione, & præterea pecunia, quam allegat Pars, non soluitur pro adoha, sed pro donatione, quod exigitur iuxta taxam adohæ, omnino est pronuntiandum pro secundogenita.



## ARGUMENTVM.

Onus adohæ an minuat paragium debitum foeminis, & an minuat vitam militiam debitam secundogenitis, negatur. Et permulta rationes pro fomina afferuntur non minui paragium. Petrus de Greg. concordatur. Et quæ actio

aetio detur pro paragio; Et an paragium successit loco legitimæ; Et in quibus differant, vel concordent.

**SUMMARIA ALLEGATIONVM.**  
D. Octavius Bammacary.

- 1 Adobæ onus an minuat paragium, & resoluitur non minuere sub num. 3. 4. & 5.
- 2 Adobæ onus nec minuit vitam militiam, & decisiones afferuntur, & num. 12.
- 3 Primogenitus solus soluit integrum adobam, & nu. 12.
- 4 Onera feudi deducuntur in liquidatione paragij, & n. 11. & 12.
- 5 Paragium an successit loco legitima, vel portionis feudi remissio, & nu. 15. affirmatur loco portionis feudi.
- 6 Primogenitus dicitur honoratus ob feudum.
- 7 Expensæ necessariae non considerantur, quando concurrerit fauor Diuinus, vel publicus.
- 8 Adobæ solutio respicit fauorem publicum.
- 9 Gabella inducta fauore publico, soluitur absque deductione expensarum.
- 10 Pecunia, que soluitur bodie à Baronibus, non dicitur adobæ, sed donatum ad taxam adobæ.
- 13 Paragium an differat à vita militia, vel è contrà.
- 14 Actio contrà tertium possessorem datur pro vita militia, non sic in paragio sub nu. 13.
- 15 Paragium an habeat naturam legitimæ, eamque sequatur, negatur numeros sequentibus.
- 17 Paragium in quibus differat à legitima.

Legitima est quota bonorum, paragium est quantitas.

Legitima minuit substantiam, non sic paragium,

Legitima relinquitur titulo institutionis, & de manu heredis, dos in continentem post mortem peti potest.

Item, & de alijs differentijs.

18 Legitima debetur iudicio uniuersali, & augesur, vel diminuitur, & pertinet iudicio familiæ hereditatis. & tempore mortis debetur.

19 Paragium debetur actione personali condicione ex lege in quantitate, et non in portione.

20 Fructus paragij debentur mulieri nupta.

**A L L E G A T I O N E S**

D. Octavius Bammacary Pro D. Isabella Vitelli contrà D. Beatricem primogenitam.

**I** Isabella Vitella Marchionissa Robore filia tertigenita quondam Iacobi Vitelli Baronis Amaticis obtinuit in Sacr. Conf. sententiam contrà primogenitam ad soluendum paragium sibi debitum super dicta Baronia, seu statu Amaticis liquidandum. In liquidatione huius paragij oritur difficultas utrum onus adobæ Regiae Cameræ debitæ, minuat paragium, vel integrè hoc onus cedat in damnum primogenitæ.

Articulus iste nullam habet pœnes me probabilem difficultatem ex decisionibus à simili factis in Sacro Conf. & Regia Camera, & in specie in eadem Baronia Amaticis post Afflct. decis. 252. Loffred. Capyc. Ludou. Moli. & alios, facit decis. D. Presid. de Franch. 20. nu. 11. in causa Iacobi Vitelli Patris cum secundogenitis super liquidatione vita militiæ, fuitque decizum onus adobarum integrè cedere in damnum primogeniti, nec minuere vitam militiam, idem quoque fuit decizum per Re-

Regiam Cameram in causa filiorum Iacobutij de Alexandro, teste Cap. in ver. feuda adohant, ver. Et fratres, Thom. Gram. ad Affl. dicta dec. 292 & alij, idemque Affl. ibidem nu. 9.

3 refert dictum D. Andr. Maricondæ Reg Cons dicentis, ipsum nunquam vidiſſe hoc in quæſtione deduc̄tum, ſed ſemper primogenitos ſoluifile adohas, nec petijſſe à fratribus minoribus, quod èd̄rum vita militia minuatur; ſed vita, & militia, ac paragium pari paſſu ambulant ex communi voce feudistarum in cap. Regni Alienationis actus, & in Conſt. Comitibus, & In aliquibus, imò maius eſt tributum priuilegium paragio, quòd debeatur in proprietate, vt mulieres valeant ſe nuptui traddere, quām vita militiæ, quæ debetur in fructu, & extinguitur vita, ergo deſiſiones paſſim receptæ in vita militia in beneficium ſecundogenitorum, terminant quoque articulum paragii in benefic. foeminarum ex rationis idempiitate.

Sed nè loquamur abſque parti- culari auctoritate, allego Petr. de Greg. Siculum feudistam in tract. de dot. de parag. q. 28. num. 7. & 8. qui firmando priùs conſuſionem, quod onera feudi in computatione dotis de paragio deducuntur tanquam ēs alienum, quibus deduc̄tis, inde fit li- quidatio dotis de paragio, ſubdit hæc verba, onus tantum ſcrutii mi- litaris non deducitur, quia illud de- betur tanquam tributum ex forma, & pacto priuilegii ab initio concesſionis, vt ſcripſi in alio tract. meo de concess. feud. num. 29. quæſt. prima maximè quia propter hōc remanent duæ partes redditū feudi prò feu- datario, prò vt ſcribam in fr. 32. q. in fine, & ita ſeruatur; Haſtenus Petrus de Greg. credendum igitur erit tanto viro Regio Consiliario doctiſſimo attenti, quod ita ſer- uatur, & quamuis ad id probandum,

5 aliam adducat rationē, quòd para- gium ſuccedit loco legitimæ, quæ non minuitur, niſi per æs alienum; de veritate tamen huius articuli; an paragium ſuccedit loco legitimæ, vel alimentorum, vel loco portio- nis feudi de iure communi feudo- rum debitæ per capitulum Omnes fi- lij, ſi de feud. defunct. quia non facit ad caſam, ſi veritatē aliquis ex doctiſſimis Dominis detegere velit, videat, quæ latè ſcripſi in d. cap. Om- nes filij, q. 7.

6 Nec deſunt aliæ decidendi ratio- nes ad prädictam veram. roboran- dam ſententiā, vñtrā duas per Petr. de Gregor. adductas, (ſufficere ete- nime debet primogenitæ, quòd ipsa ſit honorata in ſuccedendo in feu- do, cuius ipſa eſt domina, nec inuidiat tertio genitæ, quæ ſolū ab ea recipit paragium, quod etiā ſucce- dat loco portionis feudi ſecundum veriorem opinionem, quam appro- bauimus in dicto cap. omnes filij, q. 6. Hæc tamen portio eſt adeò exigua, quòd alia onera non recipit, argu- mento 1. Titia, ſi Qui in vita, ff. de leg. 2. l. nauis onus ad l. Rhod. Iactu, & qui in vno grauatur, in alio releua- tur l. cum, qui ff. de iure iur. in princ.

7 Item quando concurrit fauor di- uinus vel iuriſ publici, expēſç, quæ fiunt necessariò, non conſiderantur c. tua nobis, & cap. Pastoraliſ de deci- mis,

8 ſed ſolutio adohæ respicit fa- uorem publicum, quia präſtatur tē- pore belli, vt Regnum ſit ſaluum, ergo non conſiderantur, neque deduc- cuntur, eſt argumentum formatum ab Affl. decis. 252. num. 7. qui alle- gat etiam Paul. de Caſtr. in l. fructus,

9 ſol. matr. dicentem, ſtante ſtatuto de fructibus ſoluatur gabella, debet ſoli- ui absque deductione expensarum- ratione iuriſ publici, ad hoc etiam Affl. allegat Bald. & Salic. vt per eum, qui ſubdit, quòd quando prä- ſatio ſoluitur prò aliquo feruicio, vel

vel Custodia, vel defensione dantis vel simili causa, non consideratur, quod decimauit auctoritate Innocentij, & Ioannis Andreæ, ita non consideratur in fructibus, quādo feudum soluit adoham.

10 Rursum pecunia, quæ à Baronibus hodie soluitur Regiæ Curia, non est adoha, sèu seruitium, sed donatiuum, quod exigitur iuxta taxam adohæ, teste *Reg. de Curt. fol. 41. nu. 63.* & legitur in *gratia Regis Catolici cap. 19. fol. 59.* in *Capitulis Neapolit.* vbi fit gratia generalis feudarijs nè soluant adohas, ergo donatiuum factum à Baronibus, & vniuersitatibus, ab eisdem venit exigendum, & in vanum queritur, si prò paragio secundogenitarū, quæ non donauerunt, nec in parlamenti ad donandum vocantur, contribuere teneantur.

Quatuor Pars aduersa contrà prædictam solidam conclus. in scriptis proponit difficultates. Dicit

11 Primò doctrinam Petri de Gregor. esse dubiam; & sibi ipsi pugnare, siquidem in *cod. strac. de dote de paragio q. 2. num. 8.* dicit, dotem de paragio liquidari ad instar legitimæ, in cuius liquidatione deducuntur omnia onera, & omne æs alienū totius feudi, & sic debetur deducto priùs onere seruitij militaris, & aliorum onerum totius feudi, prò quibus feudum reperitur obligatum, sed facilis est solutio; quia *Petrus de Gregor. d. q. 2. non exactè, & ad partes, sed perfunctoriè loquitur de articulo;* & dubitatiuè potius, sed deinde *q. 28. nu. 7.* format quæstionem qualiter facultates condemnari debent in taxanda dote de paragio, & dicit æs alie num in liquidatione dotis de paragio esse priùs deducendam, onus tamen seruitij militaris non deducitur, quia illud debetur tanquam tributum ex forma, & pacto priui-

legij ab initio concessionis, & subdit, quod ita seruatur, hoc igitur loco pedes firmauit Petrus de Gregor. & suam protulit sententiam, vbi testatur ita seruari.

12 Secundò principaliter pars aduersa dubitat de veritate decisio- num factarum in vita militia, & allegat aliquos DD. dicentes onus adohæ minuere militiam, sed hoc est ridiculum, quippe loqui aduersus communem prædicam, & in Tribunalibus Regiæ Cameræ, & Sacri Cons. pluriè receptam opinionem, teste *Afflito dicta decis. 252. D. de Franch. decis. 20. num. 11.* post *Loffred. Tiraquel. Capc. Ludou. Molin. & alios, & Afflito. decis. 252. num. 9.* refert dictum Andreæ Maricondæ, qui asserebat hoc nunquam fuisse in quæst. deductum, sed semper vidisse primò genitos soluer adohas, & non petere contributio nem à fratribus minoribus.

13 Tertia est præcipua difficultas, quia magna est differentia, inquit pars aduersa inter militiam, & paragium, militia est onus reale, & sequitur tertium possessorum, *ex cap. alienationis actus*, prò paragio verò competit actio personalis, & de eo non loquitur *cap. Alienationis actus*, sed hæc difficultas faciliter tollitur, nec ex ea concludens rea-

14 sumitur argumentum. Primò nos negamus prò paragio non dari realē actionem, præsertim quando feudum est poenæ heredes, *Isern. in S. Quid ergo n. 6. de inuest. de re alien. fact.* & alibi, & etiam quando venditurn extraneo in subsidium, facta priùs excussione contrà heredem, eo non reperto soluendo, datur actio prò paragio contra tertium possessorum feudi realis ex theore ca *Isern. & Afflito. in Confl. Regni, in aliquibus.*

15 Quartam, & postremam validiorē proposuit pars aduersa ad difficult-

ſealatatem, in qua in totum eius firmitat pedes, atque spem, obtinendi victoriam in hac votorum paritate, dicens paragium deberi loco legitimæ iure naturæ debitæ, & illius locum esse subingressam, non loco alimentorum, vel portionis feudi, & ad hoc firmandum plures allegat auctoritates; Verè tamē communis opinio est in contrarium, quod hoc paragium fœminis debitum ex prouidencia l. Regni in aliquibus succedit loco portionis feudi debitæ de iure communi feudorum per Cap. Omnes filij, si de feud. defun. milit. ac de iure Longobardorum, l. 3. circā finem subtit. de benefic. Et Terris tributarüs lib. 3. quod ius commune est in Regno, & etiam fœminas ad portiones admictebat, & ad istorum iurium correctionē superuenit ius francorum, fœminis paragium tribuens, & masculis militiam per ll. Regni, in aliquibus, & Comitibus, hāc opinionem post Andr. in pluribus locis tenet Loffred. in cap. p. 9. Quid ergo, verific. Vel danda militia fratri, de inuest. de re alien. fac. Minad. ex-  
Ede conf. primo num. 35. 44. & 67. de Francb. decif. 61. num. 2. & 3. qui Parid. de Pue. et plures locos Isern. ad hoc congetit Dominus de Pont. conf. 79. n. 8. & 9. Capyc. dec. fin. num. 3. Ioannes Vinc. Ann. allegat. 70. nu. 14. & alle-  
gat. 22. num. 5. Pern. conf. 11. nu. 10. Afflct. Cum. Petrus de Monte Forte, Ioannes Ang. Pisanell. & alij, quos cumulaui septennio præterito, pugnando prò hac communi sententia in Commentario cap. omnes filij, q. fin. num 7. fol. 119. si de feud. defunct. militis, quo tempore hæc dif-  
ficultas, quæ nunc deciditur in ista causa, adhuc non erat à me cognita, nec in iudicio proposita, videant quæsò doctissimi Adiuncti, quæ tūc scripsi, vbi veritas istius quæst. ni fallor, omnino detecta fuit.

15 Quibus addo nunc notabilem-

theoricam Blaschi Lanza Siculi feu-  
diſæ in cap. ſi aliquem quæſt. fin. ma-  
nuscripta, vbi ad intellectum Con-  
stitution. Regni format quæſtionē,  
an dcs de paragio succedat loco  
legitimæ, & concludit, quod non  
potest in omnibus habere naturam  
legitimæ, ſiuè succedit in locum le-  
gitimæ, ſiuè non, subscriptis forma-  
libus verbis. Legitima est quota bo-  
norum, Auth. Nouiffima, C. de inof.  
testam. Dos stat in quantitate.

Illa minuit substantiam rerum  
hæreditiarum l. ſeimus, ſ. Replecio-  
nem C. de eod. tit.

Illa non tangit rerum substantiæ;  
legitima venit ex successione.

Illa à lege, uel statuto; Illa debet  
reliqui tit. instit. d. Auth. Nouiffima,  
& manu propria capitur. l. Quo-  
ties C. de hæred. inf. Dos autē perci-  
pitur manu hæredum.

Illa præstatur in continent mor-  
tuο testatore, Dos uero in tempore  
saltim nubilis ætatis, ut inferius de-  
clarabo.

Quomodo igitur potest sequi na-  
turam legitimæ in omnibus.

18 Erit igitur in pluribus diuersitas,  
nam legitima rerum habet petitio-  
nem uniuersalem, & augetur fructi-  
bus, & prò ea competit famil. hæ-  
risc. iudicium, ita dicit Bald. in l. nō  
eft ambiguum, C. famil. hærisc. Alex.  
ad Bart. in l. Papinianus, ſ. Vnde ſi  
quis, de inoffic. ſeff. ex qua decisione  
sequitur, quod augmentum, uel di-  
minutio intrinſeca rerum hæredi-  
tiarum auget, uel minuit legitimam,  
postquam diuilio petitur per  
iudicium familæ hærcundæ l.  
coheredibus, C. eod. tit. quem Bald. al-  
legat ad hoc, & ſic limitaretur illud,  
quod quantitas legitimæ attendi-  
tur tempore mortis. Auth. Nouiffi-  
ma, C. de inoffic. ſeff. nam hoc proce-  
dit in quantitate, ſed quoties in hæ-  
reditate ſunt corpora, quia de quo-  
libet debetur pars legitimæ, uenit  
ipſa

ipsa pars cum intrinseco augmento fructuum, licet augmentum, veldiminutio extrinfeca non considerentur, vt tenet Salic. d. S. repletionem, vlt. col. & Paulus, & Alex. in l. in ratione in princip. ad l. falcid.

- 19 Sed ista dos venit actione personali scilicet condicione ex lege, vt tenet Andr. in Const. In aliquibus, & Bart. in l. prima ff. de condic. ex lege, & non datur contrà tertios possesores. Item datur ad quantitatem, non ad portionem, siue rerum substantiam, & ideo non possunt venire in hac petitione fructus, tanquam fructus rei debitæ, quia debitum est in quantitate, sed nupta muliere, debetur interesse. l. insulam, S. usuras solut. matrim. hactenus Blasius Lanza; Ex quibus liquet quanta sit differentia inter legitimam, & dotem de paragio, cetera plura, quæ breuitatis causa consultò, prætermittuntur, suppleant Doctissimi Domini iudices &c.

Octavius Bammacarius.



### ARGVMENTVM.

An soror tertigenita, quæ habuit prò paragio certam quantitatem ex allodialibus, possit petere paragium super feudalibus, non obstante, quod sit nupta, & renuntiauerit, declaratur varijs modis; Et an dos de paragio sit onus feudi, & qualiter debet intelligi; Et paragium, et vita militia an sit subrogatum loco legitimæ, vel portionis feudi, De exclusione fœminarum quo-

modo consideranda in Regno ob Constitutionem In aliquibus, & Comitibus, & quando soror dotata de virio genere bonorum possit petere paragium super alio generi, puta feudalium, & similiū, & de fratre succedente in allodialibus, an possit petere vitam militiam super feudo.

### S V M M A R I A.

- 1 Antonius Caracciulus auctorit. Preceptor laudatur.
- 2 Soror secundogenita babens paragium ex allodialibus, an possit petere ex feudalibus, & distinguatur, & nu. seqq.
- 3 Dos de paragio est onus feudi, eiusque corporis, à quo deducitur usus alienum.
- 4 Dos de paragio est onus personale fratri secundum aliquos.
- 5 Frater ob paragium tenetur actione personali.
- 6 Paragium est onus saltem respiciens feodium ipsum, maxime quando primogenitus possidet.
- 7 Secundogenitus babens paragium ex allodialibus, potest petere etiam ille ex feudalibus, & sub num. 14. & seq. ad 33.
- 8 Vita militia non est subrogata loco legitime, & quare?
- 9 Primogenitus non potest feudum babere, & onus paragij, & vita militia renuere.
- 10 Paragium successisse loco legitima ostenditur perperam sentisse DD. et sub nu. 14. 19. 20. 22. & seq.
- 11 Paragium successisse loco portionis feudi debita terminis probatur, & n. seq. 20.

12 Fec.

- 12 Foemina nunquam detraxit legitimam ex feudo, sed insimul cum masculis succedebant ex cap. Omnes filii, maximè in feudo iuris Francorum.
- 13 Feudum totum est legitima primogeniti.
- 14 Legitima debetur primogenito ex feudo, quod est donatum secundogenitoratione exclusionis.
- 15 Foemina in Regno non excluditur ab uniuersali hereditate propter aliam foeminam, sed propter masculum cum onere illam dotandi.
- 16 Secundogenitus, & foemina secundogenita respectu primogenite excluduntur ratione rei, sexus & aetatis, & n. 49.
- 17 Secundogenitus, & foemina exclusi habent vitam militiam, & paragium ex Constit. Comitibus in Regno.
- 18 Exclusionis duas sunt species à feudo respectu secundogenitorum, & foeminarum, sexus, & aetatis, quod demonstratur.
- 19 Paragium foeminarum dupliciter consideratur respectu uniuersalis hereditatis, & respectu certæ rei, et sic feudorum.
- 20 Paragium ex feudo successit loco portionis hereditariae feudi, & probatur, & n. seq.
- 21 Vita militia debita secundogenitis successit loco portionis hereditariae feudi, ex doctr. Andrea de Iser.
- 22 Constitution in aliquibus loquitur de paragio debito ratione exclusionis ab uniuersali hereditate, & n. seq.
- 23 Paragium, & vita militia equiparata sunt in aliquibus, et eodem ferme iure debentur.
- 24 Argumentum de vita militia ad paragium aliquando valere ostenditur, & n. 40.
- 25 Secundogenitus habens successionem allodialium, adhuc non excluditur à vita militia superfeudo.
- 26 Foemina secundogenita habet paragium ex feudo non ratione exclusionis ab uniuersali hereditate, sed ratione exclusionis à certa re, & ratio ponitur.
- 27 Secundogenitus, & foemina excluduntur à feudo ratione rei, & suo feudi individui.
- 28 Foemina habet paragium ex Constitutione. In aliis ratione exclusionis à tota hereditate, que est diuidua, non sic ex Constitutione Comitibus.
- 29 Legitima ex feudo debenda foeminis non potest considerari, & probatur.
- 30 Legitima debetur valentibus succedere ab intest. & deinde exclusis ab hereditate.
- 31 Foemina quia non succedit in feudo, non facit partem in illo statibus masculis, vel alia foemina primogenita.
- 32 Leges feudales in successione feudi nullam fecerunt considerationem de secundogenitis, & foeminis circa legitimam, sed circa militiam, & dotationem de paragio.
- 34 Filia dotata de paragio ex uno genere bonorum, an possit, & quando illud petere super alio genere bonorum, de quibus non sit dotata, quod limita infra num. 42.
- 35 Filia dotata de bonis intrà districtum potest petere paragium de bonis extra districtum.
- 36 Filia dotata de bonis fraternali potest petere paragium de bonis paternis.
- 37 Soror, siue filia, et si aliunde dotata, potest petere, se dotari de bonis paternis, & n. 45.
- 38 Soror dotata de bonis allodialibus, non autem de emphiteuticis, potest petere se dotari de emphiteuticis.
- 39 Foemina ut excludatur à tota hereditate per Constitutionem, debet dotari ex tota hereditate, & de feudalibus expressè n. 47. vel aequivalentem

- ualentem quantitatem habere ad totam hereditatem n. 48.*
- 40 *Argumentum de vita militia aliquā do valet in equiparatis.*
- 41 *Secundogenitus debet habere vitam militiam ex feudo, non obstante, quod aliunde ex allodialibus congruentem quantitatem habuisset, et decisiones referuntur.*
- 42 *Paragium quando est taxatum, attentis omnibus bonis cuiuscunque generis, tunc foemina excluditur.*
- 43 *Dotatio simpliciter facta intelligitur de bonis illis, in quibus competebat foemina legitima.*
- 44 *Feudalia bona non subintelliguntur; nisi exprimantur in dotatione, quod de iure, & de facto ostenditur procedere.*
- 46 *Filia dotata de bonis maternis, potest petere dotem de paternis.*
- 49 *Foemina primogenita, & masculus idem operantur respectu foeminarum secundogenitarum, & tenetur sicut masculus.*
- 50 *Soror, quae renunciauit, & soror, quae non renunciauit, ambæ succedunt fratri ultimo morienti ab intestato, & absque filiis masculis, & decisio refertur.*

### Q V A E S T I O X X V I .

**D**ominus Antonius Caracolus præceptor meus aitioris doctrinæ vir, perspicacioris ingenij homo, politioris omnigenæque scientiæ magister,loquentioris vocis Demosthenes, Ciceronianæ facundiæ imitator, in causis tuendis mirificus, in negotijs, etsi arduis peragendis dexteritate mirandus, & humanitate in amicos ad primè gratius, nunc Regiæ Cameræ Summarioræ dignissimus Præses, &c. quondam me interrogauit, quando eius præceptis

obsequabar, de quæstione vertente inter easdem sorores Vitelli, nempe inter dictam D. Beatricem, & Virginiam, si malè non recordor, quippe dicta tertogenita se nupsit Marchioni Roboris, & habuit certam quantitatem ex allodialibus pro dote, & pater reseruauit dictæ filiæ iura super feudalibus, dein de melius recordata, petiit paragium super feudalibus, non obstante, quod nupta fuerit, & quod renuntiauerit. Ego autem tanto Præceptor legum, ac veritatis oraculo respondi, posse illud petere ex feudalibus, dictamque meam sententiam fundauit, pro ut ex sequentiibus.

Sed volens ego materiam altiori stylo pertractare, duas feci quæstiones in facto de facili usui evenutas.

Prima an possit petere paragium in feudalibus, non obstante, quod habuit certam quantitatem ex allodialibus, de qua hic.

Secunda quæstio erat, an si habuit paragium congruum, possit illud petere suppleri in feudalibus, de qua in sequenti.

Ad primam dixi, rectè posse paragium peti ex feudalibus per tertogenitam à primogenita, causamquæ tertogenitæ plura reddunt portionem, nempe ratio, auctoritas, & decisio.

Ratio autem tertogenitæ ex tribus elucescit capitibus.

Primò, ut videamus paragium quodnam, qualeue constituat ius oneris in feudo.

Secundò an paragium successit loco legitimæ debitæ iure naturæ super bonis illius, de cuius successione agitur, vel loco portionis hereditariæ super feudo debitæ.

Deniq; consideratione intericta, paragium non esse congrue in hoc

hoc casu constitutum exinde conclusionem subne<sup>c</sup>tam.

- 3 Quod spectat ad primum communis dicit vox feudistarum, quod dos de paragio est onus feudi, super quo contrahitur, *Andr. de Iser. in Constitut. in aliquibus, col. 5. versic. Sed si dicamus, Sygismun. Loffredus in cap. primo versic.* Quid ergo, de inuestitur. de re aliena facta, *Hartm. Pift. libr. secundò quæst. iur. part. poster. quæst. 33. num. 5. vbi citat Andr. de Isern. & Afflīct.* & est onus annexum feudo ex ipsis feudi natura, ut ex Bald. tenet *Petrus de Gregor. de dote de parag. quæst. 20. nu. 3.* & esse onus feudi personale, *Gars. Mastr. decis. 200. num. 29. lib. 2.* & est onus ipsis corporis feudi, *Petrus de Gregor. de vita milit. quæst. 11. num. 2.* & de dote de parag. *quæst. 3. num. primo* dicens n.
4. quod deducitur ex feudo tanquam æs alienum, *Nicol. Intrigl. de feud. cent. prima quæst. 51. num. 264. Ioannes Cannet. in Extravag. si aliquem, cap. At pulchra, & nodosa quæstio num. 12 fol. 326. col. 2.*

Et licet nonnulli dicant, quod tale onus non est onus reale feudi, sed

- 4 personale fratri caussatum ex feudo, ut idem *Petrus de Gregor. dictio tract. de dot. de parag. qu. 3. num. 5. Nicol. Intrigl. dicta Cent. prima qu. 29. num. 72.* cæterique, quos allegat, & pro se ponderat *Præf. Anell. Amat. conf. 11. num. 18. versic. diuersum, vol. primo adeò ut frater obligetur ad paragium ex causa feudi, & sic causatiæ, & propter feudum frater teneatur actione personali in rem scripta, ut ex doctrin. *Bartholom. Camer. in cap. Imperiale fol. 13. col. prima lit. B.* docet idem *Amat. n. 21.**

- 6 Sed quidquid sit, ad rem nostram, siue paragium esset onus intrinsecum feudi, siue causatum ex feudo, vel proper feudum, siue

onus personale fratri debendum ex feudo, tamen negari, nec inficiari non poterit, quin tale onus non respiciat feudum ipsum, siue principaliter, siue in subsidium, siue causatiæ, ita intelligit *Anell. Amat. d. conf. 11. num. 21.* tamen quod spectat ad nos, sufficit casui nostro, quod habeamus ipsum primogenitum possidere feuda, ex quibus paragium prætenditur, quia concurrit

- 7 onus personale, & onus ex feudo ipso, sed dum ex feudo non habet paragium tertigenita, quia in specie debebat dici dotata de feudilibus, sequitur, quod adhuc remanet onus prædictum, & sic potest petere illud ex feudalibus, non obstante dicta successione, quam habuit ex allodialibus, pro ut faciunt omnia adducta per Minad. *conf. primo à num. 32. usque ad 67.*

- 8 vbi latissimè fundat vitam militiam non esse subrogatam loco legitimæ, sed loco portionis; Et quia debetur, & sumus in linea

- 9 transuersali, in qua non cadit legitima, & etiam ut onus feudi intrinsecum, siue quo non potest primogenita feudum habere, & onus renuere, & alia, ut ibi, quæ non refero, nec transcribo, remitto enim lectorem, ut videat, & consideret, quod per multa dicta in vita militia parificantur in paragio, ergo si primogenita habuit feudum, debet illud agnoscere cum dicto onere dandi paragium tertigenitæ. Secundò an hoc paragium (intellige debitum ex feudalibus) successit loco legitimæ de iure naturæ in feudo, vel in cuiusnam partis in feudo.

- 10 Et licet nonnulli docuere, & perperam successisse loco legitimæ debitæ de iure naturæ, ut fuit *Afflīct. aum. 43. & 44. in Constitutio- ne Comitibus, Vincentius Anna alle- gat, 10. n. 13. Vinc. Franc. dec. 61. n. 5.*

*Fab. de Ann. conf. 6. num. 10. ceteriq; passim, quos allegat, sed non sequitur Octau. Bammac. in cap. omnes filij, quæst. 6. num. 70. verfic. Camer. si de feud. defuncti, & nouissimè Pres. Amat dicto conf. 11. n. 2. & seq. & antè ipsum Petrus de Greg. de dote, de parag. q. 1. & q. 28. num. 7. in fin. Conf. Ioan. Andr. de Georg. allegat.*

II.

11 Tamen (ut vèrior) mihi arridet sententia præceptoris mei Octauij Bāmac. in dicto cap. omnes filij, q. 6. n. 70. verfic. cōmuniſtamen, & vèrior, docentis paragium debitum foeminis super feudo non successisse loco legitimæ debitæ Iure naturæ, sed successisse loco portionis debitæ foeminis Iure communi feudorum super feudo, à quo fuerunt exclusæ per lus francorum, & Constitut. Regni, quam sententiam ex pluribus Iudicio meo esse veram, dico.

12 Primiò si admic̄timus; hoc paragium successisse loco legitimæ debitæ iure naturæ, debemus necessariò presupponere, filiabus foeminis debitam fuisse legitimam super feudo, ad finem ut subrogatio habeat locum, ut quia foeminæ succedebant, & detrahebant legitimam, & per statutū, vel per testatorē fuerūt exclusæ, & rōne exclusionis ab hereditate debeant habere legitimam, ut inferius dicam ex Hartam. Pistor. sed foeminæ nequaquam detrahebant legitimam ex feudo, sed tantum admic̄tebantur vñà cum alijs filijs, dicto c. omnes filij, non quod foeminæ ipse poterant diuidere feudum, & sibi detrahēre partem, siue quotam, prò vt in legitima debita iure naturæ filiabus, vel filijs exclusis ab hereditate patris, sed tantum faciebant partem in iure, non autem discretam, quia si admic̄teremus facere partem, esset diuidere feudum, dñ tex. in d. c. om-

nes filij, dicit, maximè si induitum habent, & si contrariæ partis authores vellent affirmare, quòd in dicto tex. feudum diuidebatur de iure commuui feudorum, hoc non benè dicunt, quia nec in secundo casu illius textus; dicitur quod feuduui diuiditur inter filios, sed dicitur, quòd si integrum ad vnum peruerterit ex diuisione, ergò totum feendum, non autem diuisum peruenit, valide defendit Hartam. Pistor. lib. 2. par. post. quæst. iur. quæst. 38. ad num. 15. ad num. 42. dicens, id verò nequaquam sequitur, filiabus à feudo legitimam deberi, & paulò inferius dicit, filiabus ex illo feudo quamvis hereditario legitimam non deberi, maximè si sumus in feudo iuris Francorum, in quo solus primogenitus succedit, tunc apertè negatur super illo detrahendam esse, ac deberi legitimam affirmat, & probat Hartam. Pistor. dicto loc. num. 19. ex cap. licet, de voto, ubi Gloss. in fine; apertè docet Anton. Capyc. decis. 2. num. primo, ubi allegat Abbat. conf. 12. lib. primo, & Ioannes de Imol. Hostiens. Io. Andr. & alios in dicto cap. licet, ea nimis ratione, quia totum feudum est legitima primogeniti ita ex Hostiens. in c. licet, col. final. post princ. & post Io. Andr. & alios docet Marin. Frecc. lib. 3. quæst. 19. Reg. Io. Ant. Lanar. conf. primo num. 20. dicens, ex sententia Abbatis, quòd in dicto feudo, in quo succedit solus primogenitus, alij filii non debent habere legitimam ex Gloss. in dicto cap. licet, ubi Abbas num. 9. & idem Abbas conf. 3. num. 4. versus finem, vol. 2. & apertè docuit Petrus Jacob. in pract. de success. Regn. Franc. vers. Sed quid, dum decessit, ex mente Ioan. Imol., & Zabarell.

in

**cap. 2. extra de feud.** & nouissimè  
Bartholom Camer. in cap. Imperialē,  
§. Preterea Ducatus fol. 99. col. p. lit. E.  
docet hanc sententiam reyectis Ol-  
drad de Pont. & alijs , adeoque est  
**14** verū , quòd feudum Iuris francorū  
est legitima primogeniti , vt si pater  
excluderit filium primogenitum à  
feudo cum consensu Domini , donā-  
do illud scūdogenito , tūc primō-  
genitus pōt petere legitimā , & hoc  
ratione exclusionis ab illo , ità ex  
Camer. in §. Preterea Ducatus , uer-  
sic. circam tertium probat Hartam.  
Pistor. dicta q. 38. n. 11. non sic in  
foeminis , quæ dum non succedunt  
in feudo cap primo §. ad filias autem ,  
de his , qui feud. dar. pos. meritò non  
potest considerari exclusio , cuius  
ratione legitima debetur , si ergo  
non competit legitima secundōge-  
nitis , & filiabus , quo nam pacto af-  
serunt subrogatam else loco legitī-  
mæ ; Id valde me mirari facit ,  
quomodò lapsi sic fuere prædicti  
DD. Ex quibus consequens est cla-  
rum , quòd dictū paragium successit  
loco portionis hæreditariæ in feu-  
do , quam secundōgeniti , & foemi-  
næ debebant habere in feudo Iuris  
Francor. sed hæc tertīogenita non  
habuit hanc portionem , quia tantū  
ex allodio habuit certam sumnam ,  
ergo meritò potest petere dictum  
paragium super feudalibus Pistor.  
dicto loc. n. 42.

15 Tertiò prò clariori intelligētia terminorum, sub quibus æquiuocat DD. tenentes paragium successisse loco legitimæ debitæ lure naturæ, est facienda quædam consideratio, qua facta, facile detegetur æquiuocatio terminorum, & considero, quod in Regno nostro nulla adest lex, quæ excludat foeminas ab universalis successione ad beneficiū alterius filiæ similiter foeminæ, licet primogenitæ, sed tantū adest hæc lex exclusiva foeminarū à tota hereditate.

tate ad beneficium masculorum, cū  
onere tantū dotādi eas de paragio,  
vt in Constitutione in aliquib. et Cōsti-  
**16** tutione, vt de successionibus. Est tamē  
verum, quod respectu feudorum;  
in quibus viuitur iure Frācorum, &  
sic iure particulari, adest lex Regni  
Comitibus, & statuit aliam speci-  
em exclusionis, quæ non à sexu, nec  
à persona dependet, sed ab ipsa-  
re, quæ est talis individuæ qualita-  
tis, vt dicit Bartholom. de Capua in  
dicta Constitutione Comitibus, & or-  
tum habet priuilegium exclusionis  
ab ætate, nēpē vt primogenitus ex-  
cludat secundōgenitos, quod etiā  
in foemina primogenita procedit,  
**17** vt inferiū dicam, & masculis de-  
ficientibus excludat secundōgeni-  
tas; et hæc exclusio, quæ ratione rei  
competit, diuersum onus induxit,  
nam masculus debet tātum habere  
vitam militiam in fructu, foemina  
verò debet habere paragium etiam  
in proprietate, vt in dicta Constitu-  
tione Comitibus cum ibi notatis cum  
actione reali contrā tertios posses-  
**18** sores per cap. Alienationis actus. Et  
sic habemus duas species exclusio-  
nis, vnam ratione sexus, quæ exclu-  
dit ab vniuersali hæreditate consi-  
stente siue in allodio, siue in feudo,  
alteram verò ætatis respectu certæ  
rei s. feudi iuris francorum, quæ ex-  
cludit omnes secundōgenitos, siue  
masculos, siue foeminas, quando su-  
perest masculus primōgenitus, &  
masculis deficientibus, idem pri-  
uilegium remanet inter filias foe-  
minas, vt infrā dicam.

19 Inde infertur, quod respectu foeminarum habemus duas species paragij, vnu ratione exclusionis ab vniuersali hæreditate, alterum ratione exclusionis à certa re ob priuilegium ætatis, quia res, illa erat sic à principio erecta p directu Dominū, qui cōstituit feudū, & dedit ei natu- rā Iuris frácorū, *Hartam. Pistor. lib. 2.*

*part. poster. q. 38. num. 8.* Quando ergo contrariæ partis authores faciūt assumptū, quòd paragium hoc subrogatum est loco legitimæ, valdè, & egregiè falluntur, quia hoc paragiū respectu certi feudi non est subrogatum loco legitimæ, sed loco portionis hæreditariæ feudi in Iure cōsideratæ, à qua excluditur fœmina secundogenita ratione sexus, & ætatis, & nō voluntate defuncti, quo casu debetur legitima non à lege excludente ab vniuersali hæreditate, cum lex communis feudalis, quæ per Constitutionem Regni est ampliata ad fœminas, vocabat omnes filios æqualiter ad feuda, sed feuda illa non diuidebat, per *sex. in cap. omnes filij, si de feud. defuncti.* vbi Octavius Barnmac. num. 7. quæst. 6. verſc. Communis tamen, ac verior, exceptis verò feudis dignitatum, §. Præterea Ducatus, de probib. feud. alienat. per Frider. & antè Ius commune feudorum aderat lex. 3. Longobardorum, circa fin. sub tit. de beneficiis annuis tributarij. Et hac differentia attenta, Andr. de Isern. in Cōſtit. Comitibus in prima, & secunda lect. quia agit de feudo Iuris Francorum, dicit quòd vita militia, quæ debetur secundogenito masculo, & secundogenitæ fœminæ debitum paragium est loco portionis hæreditariæ feudi, à qua excluditur per primogenitum. At in Constitutione in aliquibus, col: 7. & alibi plures, dum loquitur de paragio debito ratione exclusionis ab vniuersali hæreditate, dicit, quòd talc paragium est loco legitimæ portionis debitæ de Iure, quam hodie debent habere, si alium institueret, & non quoquo relicti titulo, sed per institutionem, & proinde dicit, quòd hoc paragium est eiusdem Iuris si- cut legitima. Vndè cùm paragium debitum secundogenitis propter exclusionem à feudo Iuris Francorum

tantum sit æquiparatum vitæ militiæ debitæ secundogenito masculo, vt in dicta Cōſtitutione Comitibus, & per Andr. in dicta Constitutione in aliquibus, col. 6. vers. quid si defnat, vbi dicit paragium deberi secundogenitæ; sicut vita militia fratri minori per dictam Constitutionem Comitibus, ex quibus male allegat Andr. de Iser. in dictis locis Auctores contrariæ partis, dum allegant indifferenter pro eorum opinione, quòd paragium successit loco legitimæ, vt dixit in dicta Conſt. In aliquibus, quia intelligitur ibi de exclusione ab vniuersali hæreditate in allodio, sed quando locutus fuit in feudo, prout in dicta Cōſtitutione Comitibus, dixit loco portionis hæreditariæ, vt supra. Vndè Loffred. in cap. primo §. quid ergo, in verſc. vel danda militia fratri minori colum. 4. propè finem, dicit valere argumentū de paragio ad vitam militiam, vt in praecedenti sat docuimus ex Anell. Amat. d. conf. 11. & alijs, vt per Praefid. Vinc. de Franch. decif. 61. num. 2. sequitur quòd hæc species non sit subrogata loco legitimæ, sed loco partis hæreditariæ feudi, à qua excluditur; Et postquam lumen certi, quòd vita militia in secundogenito masculo non est debita Iure legitimæ, nec per successionem in allodio secundogenitus priuatur vita militia, cùm nunquam fuit hoc in controuersia, sed semper secundogeniti vtrumque habuerunt, sequitur per necesse (meo iudicio) quòd neque hoc paragium sit loco legitimæ, nec per successionem in allodio tollatur; maximè quia filia fœmina in terminis dictæ Cōſtitutionis Comitibus, & Iuris Francorum reperitur magis dilecta, quam masculus, cùm habeat paragium in proprietate super feudo, masculus verò tantum in usufructu, ex regula d. leg. si viua matre C. de bon. matern.

Tertio

- 26 Tertiò, considera, quod nec te admiratum volo, cur hoc paragium debitum ex feudalibus non sit loco legitimæ Iure naturæ, licet illud paragium debitum ratione exclusionis ab vniuersa hæreditate sit loco legitimæ, nam cum statutum nō possit saltē sinè causa tollere legitimam in totum, ad not. per DD. in l. iura sanguinis, ff. de reg. iur. & Constitutione excludēs foeminas reseruavit illis paragiū, sinè dubio censetur reseruatum loco legitimæ, à qua Constitutione sine causa non poterat excludere foeminas ad beneficium masculorum, quod cessat in exclusione à certa re, ut feudum luris Francorum, à quo excluditur secundogenitus non per statutum, sed propter rem ipsam, quæ non patitur diuisionem ob statutum, vel ob factū Principis, ut suprà docuimus, licet aliás debebat habere in illo portionem de Iure communi feudorum, vel Longobardorum, & à residuo hæreditatis poterat habere aliam partem, quæ legitima dicebatur, Hartam. Pistor. d. q. 38, sub num. 14. Vnde paragium ex feudalibus tanquam quod deberet ob exclusione ratione individualitatis, & naturalitatis certæ rei, à qua aliás debeat exclusus habere portionem, sequitur quod successit loco illius portionis. Secus autem in paragio debito ratione vniuersalis exclusionis, in qua cùm sint diuersa corpora constituentia vnum Ius, nempe hæreditatis, de qua ipsa lex faciebat partem, quæ legitima appellatur, merito in locum illius successit paragium illud debitum per di Etam Constitutionem. In aliquibus, nō sic paragium debitum per Constitutionem Comitibus, quia non successit loco legitimæ, sed portionis, ex quibus perperam DD. intelligunt indefinite paragium successisse loco legitimæ, non distinguendo à quo genere bonorum debeatur.
- 29 Quartò considera, quod legitimæ nomen non debet in hac quæstione deduci, an paragium ex feudo successit loco legitimæ, quippe & qui uocant, & licet nos diximus de Iure Longobardorum, & de iure communī feudorum per cap. omnes filij, si de feud. defunct. admitti foeminas ad feuda, hoc sanè intelligo admittendas fuisse non ad feudum, sed ad faciendam portionem, si res illa fuisse diuidua (prò vt de Iure Lōgobard.) & admiceret foeminas, sed regulariter loquendo, foemine sūt exclusæ à feudi successione, cap. p. s. ad filias autem, de his, qui feudar poss. cum concordantibus congestis, & cumulatis p Nicol. Intrigl. de feud. cent. 1. artic. 2. Sed legitimā possunt petere illi, qui ab intest. es sent successuri, aliás petere illam nequaquam possunt, l. posthumus, §. si quis ex his, ff. de inoffic. test. l. non est ambigendum, vbi notant DD. ff. de bonor. poss. Bartol. in l. fin. col. fin. ff. ad Senat. Conf. Tertull. Cùm legitima dicatur portio eius, in quo quis successurus est ab intest. l. Papinianus, § Quoniam quartam, C. de inoffic. test. ergo si foemina regulariter non succedit, ergo non potest legitimam habere: si ergo legitima nullo modo considerari potest in foemina respectu feudi, quomodo assuerant paragium successisse loco legitimæ, ita arguo ex Hartam. Pistor. lib. 2. part poster. q. 38. nu. 15.
- 30 & 16. dicete si non est successio ab intest. respectu foeminarū in feudo, impossibile est dari parte, aut quod tam, stanti bus masculis, vel filia primogenita, nec leges feudales, quæ de per se rigorosæ sunt, studuerunt in re concessa, & sic in feudo filijs omnibus prouidere, sed tācum consulere vt militia satisfiat, quapropter nunquam de legitima debenda filiabus, & secundogenitis men-

mentionem fecerunt, ità *Hartam.*  
*Pistor. dicta q. 38. sub nu. 7.* & hoc  
 propter publicā vtilitatem, quæ an-  
 tecedit debitum legitimæ, vt notat  
*Bald. in Auth. hoc amplius, C. de fidei-*  
*commissis.* Ex quib. & alijs, quæ con-  
 sultiūs prætermicto. alibi dicturus  
 (Deo Duce) de hoc articulo. stat fir-  
 ma maior argumenti, Paragium de-  
 bitum ex Constitutione Comiti-  
 bus non successisse loco legitimæ,  
 sed loco portionis feudi.

33 Sed si dicta filia tertio genita non  
 habuit dictā portionem loco paragiū  
 ex feudalibus, ergo nullo iure ex-  
 cludi debet, sed potius includi, & il-  
 lā habere omnino debet super feu-  
 dalibus, non obstante quod habuit  
 certam summā ex allodialibus, vel  
 quod ad illa successisset, prò vt ex  
 infrascriptis dilucidè apparebit.

34 Et primò non est inconueniens,  
 nec inauditum, vt si pater habeat  
 bona diuersi generis, & dotauit fi-  
 liam de uno genere bonorū, quod  
 tūc filia possit petere sibi constitui  
 dotem etiam ex illis alijs bonis al-  
 terius generis, de quibus non fuit  
 dotata, maximè si dos, quam ha-  
 buit, sit mediocris quantitatis, vt  
 in specie in casu pēnē strigenti, ac  
 quasi idem sit, includi; *Napod. in*  
*Consf. si moriatur S. Eas autem in*  
*verb. facultatē, in fin. n. 83. ibi, sed de*

35 *quibus facultatibus, vbi concludit,*  
 quod licet illa soror successerit in  
 bonis extrā districtum secundum  
 Ius cōmunc, tamē adhuc potest pe-  
 tere paragium super bonis intrā di-  
 strictum, & tamen est vnicum pa-  
 trimoniu, sed diuersi generis, quā  
*Napod. doctrinam amplexi sunt*  
*Vinc. de Franch. ibi in addit. post*  
*Capyc. decis. 159. n. p. 10. Vinc. Ann. al*  
*legat. 70. n. 48. faciunt quæ in simili*  
*adduxit Reg. de Ponte conf. 47. n. 8.*

36 Secundò adducitur alia similis  
 doctrina etiam in diuerso genere  
 bonorum, nā si essent bona paterna,

& fraterna, & soror dotem habui-  
 set solūm de bonis fraternali, non  
 per hoc prohibetur petere paragiū  
 supēr bonis paternis, de quibus nō  
 fuit dotata, & nullam partem ha-  
 buisset, ità *Andr. de Isen. in Conf.*  
*in aliquibus, veris. pro hoc pater,*  
 quē sequitur *Matth. Afflct. in dicta*  
*Conf. q. 11. n. 28. fol. mibi 24.* & in-  
 fieriūs referam alium similem casū.

37 Quinimò, & si soror esset aliunde  
 cōgruē dotata, adhuc potest petere,  
 se dotari à fratre de bonis paternis,  
 & supēr illis petere paragium, quia  
 frater tenetur dare sorori paragium  
 super dictis bonis paternis, non ob-  
 stante, quod sit dotata, *Matth. Af-*  
*flct. in dicta Conf. In aliquibus, qu.*  
*11. n. 27. fol. 42.*

38 Tertio suadetur prò tertio geneti-  
 ta ex simili decis. quod si esset bona  
 aiuersi generis, nempē allodialia,  
 & emphiteutica, & frater dotasset  
 sororē solūm de bonis allodialibus,  
 nec de emphiteuticis, dicit *Matth.*  
*Afflct. in dicta Conf. In aliquibus q.*  
*14. nu. 34. fol. mibi 42. in antiquis,*  
 quod non obstante, quod fuerit do-  
 tata de dictis bonis allodialibus,  
 debet habere paragium, siue dotem

39 ex bonis emphiteuticis, ea nimi-  
 rum motus ratione, quia Constitu-  
 tio Regni requirit, quod ad hoc, vt  
 soror excludatur quod sit dotata  
 de omnibus bonis, sed dū ista soror  
 fuit dotata tantum de vno genere  
 bonorum, meritò, & de alio potest  
 petere paragium; Ideò cùm sit vali-  
 dum argumentum de bonis emphi-  
 teuticis ad feudalia, vt latē fundat  
*Ludolph. Scrader. de feud. p. 3. c. 2. n.*  
*48. & parte 9. secunda partis princip.*  
*scit. 5. n. 27. Henrich. à Rosental. cap.*  
*primo concl. 2. ergo dum D. Isabella*  
 fuerit dotata, siue dotem habuisset  
 ex allodialibus, adhuc potest para-  
 gium ex feudalibus petere.

40 Sic etiam si admicemus in hoc  
 casu æquiparationem vitæ militiæ,  
 & pa-

& paragij , adeò ut de vno ad aliud valida sit argumentatio , *Loffred. in cap.p. S. quid ergo, ibi sed secundogenitus , de Inuestit. de re alien. fact. post Andr. in Conſt. in aliquibus , col. 9. & in Conſt. Comitibus , col. p. & 5. de Pont. conf. 79.n.6. de Franck. decif. 61. n. 2. Minad. conf. p. d. n. 32. ad 67.*

**41** tunc habemus casum in punto decisum , quia secundogenitus ultrà successionem ailodialium , habet in feidis vitâ militiam , quod semper fuit absq; controversia seruatum , quod pondera , quia , & si illa successio in allodialibus cōsideretur , & sufficiat tam prò legitima , quam prò portione superfeudo , siue alimentis , adeò ut illa contentus esse debeat , adhuc tamen vitam militiam debet habere , quasi quòd sit onus feudi , & super illo debetur , nō obstante , quòd aliás , & aliunde sufficientē quâtitatē allodij habuisset , prò ut ex *Mattb. Afflīct. dec. 138. in secundò dubio , vbi Cæsar Vrſill. docentes deberi vitam militiam , non obstante quòd successisset in allodialibus , & sic etiam fuisse decisum in Regno Siciliæ , refert Gars. Maſtril. in addit. ad Petrum de Greg. de vit. milit. q. 4. lit. A. in verb. fratribus , referēs , sic etiam tenere Andr. *Tiragellum de primogenit. q. 75. n. 8. prò ut sic etiam in foemina concludit idem Gars. Maſtr. in addit. ad q. 28. lit. B. in verb. seruamus , dicens , sed an habens dorem de paragio super feudalibus habeat legitimam super allodialibus & dic quòd sic iuxta**

**42** notata per authorē hic , ut *supra q. 19. nisi fortè paragium illud fuisse taxatum , atrentis tam facultatis feudalibus , quam allodialibus , dicens , ita vidisse Mattb. Afflīct. pluries determinatum in Sacro Cōſilio.*

Quòd si admic̄timus , dictam D. Isabellam fuisse dotatam à patre simpliciter , nulla facta mentione

de quibus bonis , adhuc eius causa est in tuto , quia dotatio facta à patre intelligitur de bonis allodialibus , & circà illa procedit , prò quibus competit legitima , prò ut ex *Petr. de Greg. de dote de parag. q. 19. & 28. docet Gars. Maſtrill. decif. 200. n. 54. par. 2. dicens , nec obſtabat doratio per patrem in testamento facta , quia procedebat circa bona allodialia , prò quibus competebat legitima , secūs autem in dote de paragio , & vita militia , quę tantum super feudalibus debetur quia feudalia , dicit Maſtrillus ibi n. 55. non subintelliguntur , nec comprehenduntur , niſi exprimātur ſpecialiter , prò ut ex c. in generali de feu do defunct. docet Ioannes Cannet. in cap. volentes n. 28. fol. mibi 21. ter. & quòd bona feudalia in hoc caſu non comprehendantur nec de Iure nec de facto , Probatur de Iure ut ſupra modo diximus , in facto autem quia dixit mihi idem D. Anton. Caracciolum quòd dum pater dictarum filiarum dotauit primogenitā , & videns ei feuda de Iure competeare , in eius dotatione expreſſe dixit , ſe nolle per dictam dotationem præiudicare Iuribus debitibus filiabus ſecondogenitis ſuper dictis feudis , quo caſu decedens poſteā ab intestate pater videtur voluisse Ius seruari , totumque deberi , atque tribuere , prò ut Ius disponit , & ſic concurrente diſpoſitione Iuris dictantis , feudalia non eſſe comprehensa in dicta diſpoſitione tertio genitæ , concurrente etiam expreſſa voluntate patris in diſpoſitione prædictæ primogenitæ , ac etiam tacita , puea quia deceſſit ab intestate . & ſic cuiilibet Ius ſuum refuare voluit iuxta legis diſpoſitionem , ideò videtur omnino dicendum Ius tertio genitæ remanere incorſicußum ad feuda , non obſtantे diſpoſitione , ſiuē ſuccesſione in allodialibus.*

Vel

- 45 Vel etiam si aliundē hæc tertio-  
genita fuisset dotata , non per hanc  
dotationem soror primogenita esset  
exclusa ab onere dotandi illam su-  
per bonis paternis , quia vñ dixi n.  
37. ex illis debet habere legitimam,  
itâ *Mattb. Afflct. in dicta Const. Re-*  
*gni in aliquibus n. 27. q. 11. fol. 42. vi-*  
*de q. 30. n. 10.* Vel si esset dotata filia  
46 de bonis paternis , adhuc mortua  
matre potest petere paragium de  
bonis maternis à fratre, *Vinc. de*  
*Franch. decif. 73. n. 19. ex Gloss. in*  
*Const. In aliquibus, n. 70. Nicol. In-*  
*trigl. de feud. Cent. p. q. 51. n. 229.*
- 47 Ex quibus iam dilucidè constat,  
non esse inconveniens , sororem  
succedentem in allodialibus posse  
petere paragium super feudalibus ,  
de quibus non fuit dotata , & hæc  
procedunt rationabilitè , quia ad-  
huc vt soror excludatur ab utraque  
successione tam allodiali , quâ feu-  
dali , debet in dotatione , siue assi-  
gnatione vtrumque patrimonium ex-  
primi , & in specie feudalia debent  
exprimi , itâ ex *Blasco Lanza mihi*  
*manu scripto in cap. si aliquem ver-*  
*sic. quinto decimò quero , Matth. Af-*  
*flct. in Const. In aliquibus , versic.*  
*quarto decimò quero. Petr. de Gregor.*  
*dicta q. 19 n. primo Vinc. Ann. allegat.*  
*70. n. 46. Anell. Amat. dicto conf. 11. n.*  
*23. & sic debere specificari in dota-*  
*tione, & est communis vox, & obser-*  
*uantia apud Regnicolas vt dixerunt*  
*Franc. de Pont. conf. 74. n. 8. Ioannes*  
*Andr. de Georg. alleg. 11. num. 19. di-*  
*cens itâ practici in Regno nostro*  
*Petr. de Gregor. de dñ. de parag q. 19.*  
*cum concordatibus Anell. Amat. di-*  
*clo conf. 12. n. 31.*
- 48 Vel saltē debet foeminæ dari  
certa quantitas respiciens valorem  
allodialium , & feudarium , vt post  
alios *Pref. Anellus Amatus dicto conf.*  
*11. n. 23. & 30. versic.* Tandem , &  
iuxta illorum valorem soluendum ,  
vt *Barthol. Camer. in cap. p. n. 18. tit.*  
*an ad agnat.*
- 49 Et licet oīa supradicta reperias de  
fratre masculo primogenito, tamen  
procedūt etiā in sorore primogeni-  
ta , quæ vt frater iudicari debet in  
hoc casu , maximè quia successit  
in feudalibus , itâ *Andr. de Iser. in*  
*cap. p. n. 18. de nat. success. feud. vbi in*  
*specie hoc notat Nard. Ly parul. in*  
*verb. primogenitam*, dicens , primō-  
genitam foeminam succedere loco  
fratris , & teneri ad omnia , ad quæ  
tenebatur frater *Guliel. de Cun. conf.*  
*13. col. 2. Afflct. in Constitutione Co-*  
*mitibus notab. 2.* Et in fauorem dictæ  
D Isabellæ tertio- genitæ audio fuil-  
se decisum : Nec obstat , quod pri-  
mogenita renuntiauerit D. Isabellæ  
dotes maternas , quibus iunctis cū  
allodialibus , videtur , quod para-  
gium sit congruè constitutum , quia  
respondeatur quod tales dotes habe-  
re dicitur ex contractu renunciatio-  
nis , non autem dotationis , vel sup-  
plementi paragi , siue dotis quia  
debet exprimi .
- 50 Sed hic nolui tacere articulū de-  
cisū per eundem D. Ant. Caraccio-  
lum inter D. Clitiā Capānam  
matrem meam semper venerādam ,  
& recolendam , & inter D. Isabellam  
Capānam super successionē bonorū  
Diomedis Capani earū communis  
fratris ab intestato absq; masculis  
ad quam concurrebat Clitia ; &  
Isabella , sed diuerso Iure , nam Isab-  
ella dicebat , quod licet eius ma-  
ritus promisisset modis omnibus  
curare , & de proprio quod Isabel-  
la renunciatet , tamen re vera , & in  
facto non constabat de renunciatio-  
ne Isabellæ , & ideo prætendebat  
excludere Clitiā , quæ renunciauit ,  
& in facto afferebatur renunciatio rea-  
lissima facta per Clitiā , tamen nō  
obstante renunciatione dictæ Clitiæ ,  
fuerūt ambæ tam Clitia , quam Isab-  
ella admissæ ad successionem d.  
Diomedis , & sic mediante præambu-  
lo M. C. V. fuerunt declaratæ hæ-  
redes

redes prò medietate, in báca Antonij Lucinæ in M. C. V. quæ decisio valdè fuit visa dura cuidam Doctori, tamen benè processit, vt est videre ex allegationibus in dicta causa positis in fine huic operis.



## ARGUMENTVM.

An soror, quæ habuit paragiū ex allodialibus forsan non congruè constitutum, possit illud suppleri petere super feudalibus. & vñquè ad quam summam. De modo taxandi paragium ex arbitrio iudicis, & an possit suppleri de bonis feudalibus, emphiteuticis, maioratus, & Ecclesiasticis, feudo dignitatis, & alijs.

## S V M M A R I A.

- 1 Paragium congruè constitutum super uno genere bonorum an possit suppleri super alijs bonis, & n. 5. 6. & sub. n. 9. & 16.
- 2 Paragium debitum ex l. Regni, & Cöfuetudine huius Ciuitatis, consti-  
tuitur attentis numero filiorum, quantitate vniuersalis patrimonij, & dignitate viri, & mulieris.
- 3 Portio integra debetur sorori, si alie-  
ter virum condignum babere non potest.
- 4 Arbitrium Iudicis præualere debet in taxatione paragiū, siue dotis de paragio.
- 5 Paragium incongruè constitutum super allodialibus, debet suppleri à fratre super emphiteuticis.
- 7 Quimmo de proprio tenetur supple-  
re prò inueniendo viro condigno, & n. 16.

- 8 Paragium debet suppleri de bonis maioratus à fratre, & sub. n. 14.
- 9 Pralatus tenetur de bonis Ecclesia supplere dotem de paragio sorori inopi.
- 10 Filia foemina super bonis paternis dieitur habere quid dominij, siue ius paragiū absque onere.
- 11 Secundogenitus potest petere sibi suppleri legitimam super feudo à pri-  
mogenito, & sub. n. 13.
- 12 Etiam ex feudo dignitatis.
- 13 Feudum vñū potest assignari fratri secundogenito prò legitima.
- 15 Paragium debet suppleri de bonis Ecclesia à fratre, qui se clericauit.

## QVÆSTIO XXVII.

**I**Ncidit alia quæstio, si para-  
gium constitutū super uno ge-  
nere bonorum non sit con-  
gruum, an possit soror petere sibi  
suppleri super alio gepere bono ī,   
prat̄ allodialium, siue feudalium.  
Et retentis terminis præcedentis  
quest. an paragium sit onus feudi,  
vel successerit loco portionis her-  
editariæ feudi, dico quod omni-  
nō soror incongruè dotata de vno  
genere bonorum potest petere sup-  
plementum paragiū super alio ge-  
nere bonorum.

Prò qua conclusione firmando  
præsuppono vnum, quod in verita-  
te est tam verum, quam quod verissi-  
mum, nempè ut paragium consti-  
tuendum sit, habito respectu non  
solum ad facultates, & numerum  
filiorum, sed etiam ad dignitatem  
viri, & mulieris, prout est commu-  
nis conclusio tam apud antiquos  
DD. loquentes de dote statutaria,  
quam etiam apud nostrates loquen-  
tes de paragio tam ex Const. In ali-  
quibus, quam de paragio ex Cöfitu-  
tione Comitibus, ex l. quaro, & l. cum  
post, S. gener. ff. de Iure dot. & ex l. se-  
cunda, ff. de leg. 3. adeò ut integra viri-  
lis

- 3 lis debeatur, si vir dignus inueniri nō potest, & eiusdē qualitatis. *And. de Iser. in Const. In aliquibus, fol. mihi 242. col. penul. & fin. ubi Diomed. Maricord. ex auctoritate Baldi, & Iacobi Beluis. refert sic esse decisum Bononiæ per Cardinalem Albinensem, Sebāst. Napod. in Consuetudine si moriatur verific. paragium, vbi Anton. Capyc. & Io: Ang. Pisanell. Mathewus Afflct. dec. 160. *Vinc. de Franchis* decis. 187. & alij passim, vt per Thom. Gram. decis. 101. *Maxill. ad Consuet. Barenſ. in Consuetud. Dos à patre, idem Matib. Afflct. in Const. In aliquibus q. 12. Petrus de Gregor. de dote de paragio q. 26. & q. 37. n. 4. D. Gars. Maſtrill. dec. 48. adeò vt iu-**
- 4 dicantis arbitrium habere debeat locum, *Iacob. Moenoch. de arbitr. Iudic. casu* 149. & *conf. 293. n. 5. verific.* quæ sanè dos, idem Afflct. in cap. p. n. 21. *verific.* Item relinquitur arbitrio Iudicis, ex quib. caus. feud. amict. Blasfus Lancea mibi manuscriptus in cap. si aliquē fol. mihi 34. & 35. *Anell. Amat. conf. 59.*
- 5 Hoc posito, sequitur cónclusio, quòd paragium incongruè cōstitutum super allodialibus, debet suppleri super feudalibus, vel è contrà ex auctoritate Matib. Affl. in dicta Const. In aliquibus q. 14. n. 34. dicē-
- 6 tis, quòd si soror dotata à fratre de bonis allodialibus tantum, & incongruè, & frater habet alia bona emphiteutica, tunc non obstante tali dotatione, potest petere suppleri ga le paragium super bonis emphiteuticis, ea nimirum ratione, quia Constitutio in aliquibus requirit dota tionem de vniuerso patrimonio, & sic de omnibus bonis dotantis, vel illius, ad quē spectat onus dotandi, vt habes ex Neotericis *Conſiliari. de Georgio* allegat 11. & *Anell. Amat. conf. 11. n. 23. Maſtrill. decis. 200. in fine, vol. 2.*
- 7 Nec solum de bonis emphiteuti-

cis, sed de proprio supplere debet, & vtrrà paragium assignare sorori vsque ad condecentem quantitatē, ex *Gloss. in l. non omni. C. de administr. tut. vbi Cyn. Bald. Salyc. alijsque passim Guid. Pap. decis. 438. n. 7. Vinc. de Franch. decis. 26. Franc. de Pont. conf. 39. n. 26. & de potest. Proreg. tit. de succēſſ. mulier. in princip. n. p. Pater Andr. Molfes. ad Consuetudines Neapolit. parte 4. de success. ab inseſt. q. 16. n. 7. 15. 16. & sic de proprio tenetur, prò ut etiam de maioratu tenetur frater dotare sororem, *Melchior. Palaez. de maior. par. 4. q. 27. n. 5.* Sic etiā frater Prælatus de bonis Ecclesiæ, Redoan. de reb. Eccles. alien. vel non, col. 4. Cappell. Tholos. dec. 190. Boer. decis. 129. ad quæ bona nullum ius habet filia, ergò tantò magis super feudis 10 paternis, super quibus, vel ad quæ filia dicitur quòd habet ius filiationis, vel succedendi, & sic quodammodo dominium, vel saltem iure ipsius paragij debendi absque onere.*

11 *Sygm. Laffred. cōf. 26. n. 15. fol. 72.* sic etiam in legitima, quam secundogenitus non habuit iustam, adhuc potest petere illā suppleri à primogenito ex feudo deducendam vsque ad legitimæ quantitatē, prò ut docuit Henrich. à Rosental. in sua synop. feudal. tit. de successionibus ex test. cap. 7. conclus. 13. n. 8. & antè ipsum Hartam. Pistor. lib. 2. quæſt. Iur. par. poster. q. 38: n. 14. *verific.* Erit tamen conclusio, vbi ex Camer. & alijs hanc docet sententiam, *Lopez in cap. Per ueſtras S. 47. n. 17. de donat. Guid. Pap. decis. 476. & 487. n. 2. Nicol. Bo-*

12 er. decis. 204. n. 14. & 19. *Gars. Maſtr. decis. 85.* qui loquuntur in feudo dignitatis, vt Ducatus, Marchiæ, & alijs, in quibus durius est deducere legitimam propter eorū indiuiduatatem, §. *Præterea Ducatus, de prohib. feud. alienat. per Frider.* ergò tantò fortius quando erunt plura feuda, nam prò legitima posset vnum feu-

feudū assignari secundogenito, prò  
ut erat in statu Amatricis, & tunc  
quādō feudū est diuisibile aliquo  
modo, vel de pretio potest suppleri  
legitima, tūc tutiora sūt iura secun-  
dogenitorum, vel in pecunia, vel in  
feudo aliquo assignādo legitimā sup-  
plere. *Ascan. Clem. de patr. potest. ef-*  
*fert. c. 16. n. 26. Andr. Tiraqu. de pri-*  
*mogenit. q. 3. n. 33. Hartam. Pistor. di-*  
*cta q. 38.* & propriè quando cetera  
bona non sufficiunt ad constituendā  
legitimam secundogenitis, quod ex  
feudo suppleri debet, idem *Henricho*  
*& Rosenthal. diēto loc. sub. n. 53.*

14. Nec solām de feudo, ad quod  
secundogeniti videntur quodam-  
modo quodam ius habere, sed quod  
magis est, si essent bona, quæ ad so-  
lum primogenitum vci primogeni-  
tū spectarent, & secundogeniti  
nullum poenitū ius haberent ad  
illa, vel in illis, vt est maioratus, &  
tamen si incongruè sc̄minis secun-  
dogenitis fuisset constituta dō-  
tē, tūc frater possidens maioratum,  
debet omnino dōtem incongruē  
constitutam sorori supplere de bo-  
nis ipsius maioratus, ita *Ioannes Lo-*  
*pez in cap. per vestras. S. 47. n. 17.* quē  
allegat *Melchior Palaz. de maiorat.*  
*q. 27. n. 5. & 6. col. p.* & sic fuisse deci-  
sum refert *Xuarez. in d. l. quoniam in*  
*prioribus, limit. 2. Arius Pinellus in*  
*in l. p. C. de bonis matern.* quē allegat  
idem *Xuarez.*

15. Et licet hæc bona maioratus vi-  
deantur quodammodo peruenire  
ex ascendentī, vel alio, à quo etiam  
videremur secundogeniti habere  
dependentiam quamdam propter  
sanguinis coniunctionem, sed pri-  
mogenitus fuit prædilectus ipsis se-  
cundogenitis, tamen si essent bona,  
ad quæ poenitū, nulloque modo  
secundogeniti poslunt aliquod ius  
habere, vt quia frater se clericauit, &  
bona non nulla ab Ecclesia posside-  
ret, adhuc de dictis bonis Ecclesiæ

tenetur supplere dōtē congruam  
sorori secundogenitæ, ita *Capp. Tho-*  
*lof. decis. 190. Nicolaus Boer. decis.*  
*130. Gulielm. Redovan. de reb. Eccles.*  
*alien. vel non n. 13. & 17. col. 4.*

16. Imò, & de proprio frater tenetur  
supplere, quando cū paragio consti-  
tuto non posset virum condignum  
inuenire, ita *Gloss. in l. non omni, C. de*  
*administrat. tut. vbi Cyn. Bart. Alex.*  
*& alijs, fundat Gaspar Thesaur. decis.*  
*191. n. 7. Guid. Pap. decis. 439. Vinc.*  
*de Franch. dec. 26. Franc. de Pont. quis*  
*39. n. 26. & cons. 40. n. 54. & de potest.*  
*Pro reg. tit. de success. mulier. in princip.*  
*n. primo quos allegat, & sequitur*  
*Andr. Molfes ad Confuet. Neap. sit. de*  
*success. mulier. parte 4. q. 16 n. 7. 15. &*  
*16.*

17. Sequitur ergo indubitata conse-  
quentia, ut soror, quæ habuit legi-  
timam exbonis hereditarijs, quæ  
non sufficit ad congruam dōtē, pos-  
sit petere suppleri congruam dōrem  
ex bonis feudalibus, prò ut ex *Ab-*  
*bat. cons. 12. Incip. dubio n. 17. lib. pri-*  
*mo. tēnet Hartam. Pistor. lib. 2. quest.*  
*part. post. q. 38. n. 42. Gloss. in Rubr.*  
*de success. nobilium in verb. Istud ver-*  
*bum, Bartholom. de Capua. in Cons.*  
*Comitibus in fine in Gloss. Paragio, fol.*  
*mibi 243. ex doctr. Andr. de Iser. ibi in*  
*fine col. 12. & nouissimè Blascus Lan-*  
*cea manuscriptus in cap. si aliquem,*  
*fol. mibi 22. à ter. verific. Decimo septi-  
mō quare.*

## ARGUMENTVM.

Adoha an diminatur ob para-  
gium, vel vitam militiā, aliaq;  
onera, & debetur ob fauore  
publicum vti tributum, & an  
minuat ius tapeti in Regno.

R SVM.

## S V M M A R I A .

- 1 Paragij solutio an minuat, adobam, sic etiam de vita militia dubitatur, & affirmatiue respondetur n. 2.
- 3 Adoba debetur fauore publico, ideo non deducitur.
- 4 Adoba est antiquior, quam vita militia, & paragium.
- 5 Adoba debetur ex feudo, vti tributū.
- 6 Filia femina exclusa à successione feudi per Constitutionē Regni, an faciat partem, vel quando computetur inter partes.
- 7 Tapeti Ius propter adobā non minuitur, & refertur decretum Regis Camera Summaria.

## Q V A E S T I O X X V I I I .

- 1 Am non minui paragium, nec vitam militiam propter solutionem adobā deductum, aet que decimum vides, quid autem in casu contrarij, an adoba minuatur ex solutione paragij, vel vita militia, quippe ex communi, & vulgata illa ratione, per quam suaderur, ut iam toties inculcauimus, adobā esse medietatē de fructibus feudi debendam in anno, quo imponitur, sed fructus deductis oneribus extimantur, & dote de paragio, & vita militia esse onera feudi, sive ex feudo, vel propter feudum, iam sat tibi feudista innotescit, & innotuit, ideo consequentia erit clara in hoc casu, adobam minui, quod non erat in casu contrario; Attamen contrarium est verius, & ita receptum in Regno nostro, vt in præstatione adobā non deducatur vita militia, nec paragiū, Marin. Frec. de subfeud. tit. de auctoritate Bar. auctoritate 5. n. 16. dicēs, ita firmiter teneri in Regno nostro, ea ratione, quia adoba debetur pro publico fauore Regni, & eo casu nulla sit deductio, Petr. de Gregor. de concess. feud. p. 8. q. 2. n. 13. vers. Ex

- 4 quo insero, & alia ratione, quia hoc onus seruitij militaris, & per consequens adobā est onus antiquum, & magis priuilegiatum feudi, quam vita militia, & dos de paragio, quæ fuerunt debitæ ex Constitutionibus Regni, Joseph Cum. in cap. se aliquem in verb seruū consueti, n. 93, dicens, seruitium militare, & sic adobā deberi super feudo, vti tributum, vel vi decima, quæ non recipiunt deductionem, vel diminutionem, à quo vis onere, ita etiam docuit Matth. de Affili. decis. 252. & in cap. Imperiale, S. præterea, n. 18. vbi Bartholom. Camerar. fol. 13, lit. G. de prohib. feud. alienat. per Frideric.
- 5 Sed an filia dotata, & exclusa à statuto, & sic per Const. Reg. nostri faciat partem, vel computetur inter partes in successione feudalium pro taxanda vita militia inter fratres secundogenitos, & licet permulta dixerint Paul. de Caster. in L. planū, S. p. duobus, n. 9. ff. de leg. primo tamē contraria eius opinionem fuit decisum in causa Duci Siciniani, ut tradit Fab. de Anna cons. 45. n. 6. Mattheus Afili. in Cäst. In aliquibus, n. 54. Franc. Kiuius commun. opin. in opin. 812. n. 48. incip. statutum excludens, dicens, quod in S.R. C. fuit decisura, quod filia exclusa per statutum à successione patris computantur in numero filiorum ad faciendam partem in legitima, quia non excluduntur in totū, sed vocantur ad dote, quæ succedit loco legitimæ tradūt alia Mattheill. dec. Sicilia prima post n. 2. Franc. de Pont. cons. 7. n. 8. vol p. Pater Molf. ad Consuetud. Neapolis p. 4. q. 17. n. 20. tamen quod spectat ad vitam militia, concludit Regens Reuter. decis. p. n. p. quod sit vera illa opinio, quod filia dotata exclusa per statutum à successione, sicut non admittitur ad partem, ita etiam non facit partem, nec in legitima filij, nec in vita militia, quæ ad instar le-

giti-

gitimæ computatur, tamen Reg, Reuert. dicit, quod ut ipse intellexit, contrarium sèpè fuit iudicatum in Regno (prò ut nos modò diximus) licet tempore Antonij Capyc. ut ipse refert *decis.* 111. n. 6. dicit quod Sacrum Cons. habuit casum prò difficiili ob auctoritates, & iura hincinde allegata, & requisuit partes, ut facerent cōpromissum, idem Capyc. *decis.* 158. *Marc. Ant. Pereg. de fidej. com. artic.* 38. n. 17.

**7** Sed è contrà an adoha diminuat ius tapeti in Regno, quod soluitur prò inuestitura magno Camerario, de quo dixi *Ego de Iur. releuij p.p. q. p. in fin.* & sic an ius tapeti sit soluendum, deducta adoha, & dicas esse soluendum, non obstante deductio- ne adohæ ut dixi *ego dicto loc. ex Reg. Moles*, & posteà inueni decretum Regiæ Cameræ latum die 2. Aprelis 1554. per quod fuit decisum esse soluendum, non obstante deductio- ne facta, seu facienda prò adoha, & verba decreti sunt tenoris seq. v3.

Die 2 Aprelis 1554. super facto exactionis faciendæ per Perceptorē Ill. Marchionis Vasti iuris tapeti tarenorum quatuor per vnciam, si sunt exigendi prò tota quantitate calculata spectante prò iure tapeti, antè quā fieret deductio quātitatis adohæ solutæ in eodem anno, in quo Baro moritur, vel an facta deductio- ne quātitatis solutæ prò dicta adoha.

Facto verbo de prædictis in Ban- ca per Magnificum Dominum Andream Stincam Præsid. Regiæ Cam- coram alijs Magnif. Dominis Præsi- dentibus, fuit per dictam Regiam Cameram communi voto prouisū, prò vi præsenti decreto prouidetur, prædictum Ill. Marchionem Vasti manutenendum esse, prout præsenti decreto manuteneri debere decer- nitur, & declaratur in eius quasi pos- sessione exigendi ius tarenorū qua-

tuor per vnciam prò tota summa, & quantitate releuij, non obstante deduictione facta, seu facienda prò adoha, hoc suum.



## ARGUMENTVM.

Fructus paragij à quo die de- bent liquidari, & ad quam ra- tionem, an ad septem, uel quinque pro centenario, & quid in paragio monialis, & an possit fieri sequestrū prò paragio super feudo.

## S V M M A R I A.

- 1 *Auctor instituit tractatum de doce- paragio.*
- 2 *Fructus paragij à quo die liquidatur, distinguntur plura tempora.*
- 3 *Filia quando habitat cum fratre, & est minor debet babere alimenta, non fructus dotis, sed quando non- habitat, taxantur alimenta ad ra- tionē ducatorum quinque prò cente- nario, n. 4.*
- 5 *Filia nobilis debet babere interesse- suis fructus paragij à die nubilis ata- tis usque ad diē matrimonij adra- tionem quinque prò centenario. Et qui in Moniali sub n. 7.*
- 6 *Filia nupta debet consequi fructus do- tis petite ad rationem quinque prò centenario ex equitate Sacri Cons. Neap.*
- 8 *Feudum potest sequestrari prò fructi- bus paragij, maximè quando time- tur de dilapidatione, vel propter ur- gentiam creditorum n. 8. 9. & 10.*
- 9 *Decisio Sacri Cōf. Capuani, & Colla- teralis, & Regiæ Cameræ Summa- ria iunctis Tribunalibus refertur.*

## QAESTIO XXIX.

- I** T quia non nulla in matre paragij diximus, vtrà ea, quę latius (Deo dante) dicemus in nostro tractat. de triplici paragio dotis; Hic tantum videbimus à quo die fructus paragij sint liquidandi, an à die mortis patris, vèl à die contracti matrimonij, vel à die nubilis ætatis, & ad quam rationem.

Circà primum sunt distinguenda plura tempora; Primum à die mcratis patris vsque ad nubilem aetatem, Secundo à nibili ætate vsq; ad matrimonium, Tertiò à die matrimonij contracti.

- 3** Circà primum tempus, aut habitat in domo fratris, aut seorsum.

Primo Casu, quando habitat, debentur alimenta vsque ad nubilem ætatem etiā in casu Constitutionis Regni, ità post Bart in l. Titio centū, S. Titio genero, col. penult. de condit. & demonstrat. Ioannes Petrus Surdus de alim tis. primo q. 26. n. 2. circà mediū, Bald. in l. qui filium in princip. ff. ubi pupill. educ. debet. Petrus de Gregorio de dote de paragio q. 25. n. 4.

- 4** Secundò casu, quando non habitat cum fratre, tunc dicta alimenta taxantur ad rationem quinque prò centenario, ità Franc. Burzatus conf. 132. n. 5. D. Gars. Magr. in adit. ad Petrum de Gregor. dicto loco in verb. alimenta.

- 5** Secundò tempore principali à die nubilis ætatis vsque ad matrimonium, & tunc dicas, quòd debentur interesse seu fructus paragij, vt testatur, sic sèpè fuisse iudicatum in Sacro Conf. Conf. Tho. Minadous. in repetit. Conf. In aliquibus, cap. 7. n. 14. & liquidari solent ad rationem quinque prò centenario in Regno nostro, vt testatur Vinc. de French. decis. 559.

- 6** Tertiò tempore principali à die

matrimonij contracti, quando dos fuit petita, & tunc deberi fructus paragij, affirmat Petrus de Gregor. dicto tract. q. 25. per totam, sed ad quā rationem, & tunc quia paragium debetur in pecunia, ideo dicendum; quod cum pecunia numerata saltim septē prò centenario pariat prò fructibus, siue interesse, videtur dicendum saltem debere liquidari ad rationem ducatorum septem prò centenario, tamen dicas, quòd de æquitate nostri Sacri Cons. semper in omnitempore taxantur ad rationem quinque prò centenario, prò ut sic fuit decisū in Sacro Cons. in anno 1610. die 16. Martij, Iunctis Aulis, referente D. Felice de Ianuario poenes Secretarium in Banca de Ferrarijs in causa D. Isabellæ Viteljæ Marchionissæ Roboris cum Domina Beatrice sorore primogenita, quę fuit condemnata ad soluendū fructus paragij petiti à die matrimonij contracti ad rationem quinque prò centenario, hæc volui ponere, quia in dies euenire possunt.

Sed quid in paragio monialis renunciato per monialem sorori existenti in seculo, ad quam rationem debent liquidari fructus, fuit dubitata hæc quæstio intèr D. Clitiam Capanam matrē meam semper venerandam, & intèr D. Isabellam Capanā super liquidatione paragij sororis Agathæ Capanæ Monialis in Monasterio S. Fracisci de Auersa, quę tempore votoru fuit dorata ab Illustrissimo Octauio Frangipane Mиро olim Episcopo Calatino, deinde Tricaricensi, & in Germania, & Flandria Nuntio Apostolico, & Archiepiscopo Tarétino eius auunculo, quo tempore recepta dote à dicto eius auunculo, renunciauit eius paragium dictæ Clitiae cum pacto, quod vita durante dictæ renuncia nisi solueret sibi certam quantitatem annuorum ducatorū 30. quę fuit

suit soluta per Diomedem communem fratrem, connuentibus oculis dictæ Clitizæ, eaque paciente, ac dicto Diomede possidente bona paragij; postmodum mortuo dicto Diomedæ, & compromissa causa apud D. Antonium Caracciolum, fuit per dictum D. Anton. prouisum vigore dictæ renunciationis deberi dictæ Clitizæ paragium dictæ sororis Agathæ liquidandum, & adita M.C.V. prò executione laudi, & commissa de consensu partium causa D. Io. Dòminico Tassono Iudici meritissimo M.C.V. & maiora pro merenti, fuit paragium prædictum liquidatum in ducatis quatuor centum, prò vt erat dos monasterii tempore ingressus dictæ sororis Agathæ, & fructus dicti paragii fuerunt liquidati ad rationem septem cum dimidio prò centenario iuxta dictam promissionem ducatorum annorum 30., ex computatis quætitatibus solutis per dictum Diomedem ex causa dicti paragij, quæ decisio fuit per partes acceptata, & tamen mihi semper visa fuit duriuscula.

8 Sed an prò paragio, & successione possit sequestrari feendum à filia, siue eius marito, dicas, quod potest; quod timetur de dilapidatione ex sex. l. Imperatores in fine, de appellat. cap. penult. & fin. ubi Gloss. in verbis sequestrari, de sequestrat. possess. & fruct. Matib. de Affict. decis. 188. in fine.

9 Vel si adesset notoria vrgentia creditorum, quibus forsitan tertiq;, siue interesse capitaliū deberetur in tanta summa debita creditoribus, adeò vt non facto sequestro, fructus dilapidarentur, & postea filia, siue eius maritus non possent sibi satisfieri, & sententia, quam forsitan obtinenter, postea esset elusoria, & hoc siue filia, eiusque maritus agant iudicio petitionis hæreditatis, siue reiuendicationis, quia vtroque casu

veniunt fructus, vt in petitione hæreditatis tex in l. Itē veniunt. Item eos, & l. sed eti, S. consuluit cum sequentibus de petit. heredit.

10 In rei vindicatione tex. in l. Et ex diuerso, S. primo ff. de reiuend. vbi Bart. n. 7. & 8. Francb. decis. 31. n. 1. prò vt die 22. Decemb. anni 1608. iūcōis Tribunalibus Collateralis Cōsiliis. Sacri Cons. Capuani, & Regiæ Cameræ Summariaz corā Illustrissimo, & Excellētissimo tunc Prorege, facta tribus vicibus relatione ad instantiam Ill. Marchionis Vallis Siculæ mariti filiæ Ill. Principis Bisiniani, fuit factum sequestrum generale omnibus affictatoribus; & debtoribus patrimonij quondam Principis Bisiniani, quod facerent depositum in publicis Bancis, & distribuantur creditoribus per Magnif. D. caufæ Commiss. referente Presidente D. Ioanne de Montoya, prò vt hæc reperi notata per S. Faustum Bammacar. in apostilla ad Petrum de Greg. de dor. de parag. ubi supra.



## ARGUMENTVM.

An secundogeniti possint petere portionem de melioramentis factis in feudo, & sic possint petere à primogenito partem pecuniæ expensæ prò dictis melioramentis, & an credores absque assensu possint super illis satisfieri.

## SUMMARIVM.

I Secundogenitus an petat partem in pretio de melioramentis factis feudo per patrem, distinguitur.

R. GONI-

3 Me.

- 2 *Melioramenta affixa feudo, et inseparabilia ab illo, sunt feudalia, et Domino aperiuntur.*
- 3 *Melioramenta aperiuntur Domino unā cum ipso feudo, sed in Regno Dominus soluit valorem heredibus feudatarij, & decisio refertur.*
- 4 *Hæres allodij succedit in pretio meliorationum factarum feudo, quod declaratur, & n. seq.*
- 5 *Melioramenta separabilia facta feudo spectant secundogenito, vel heredi in allodio.*
- 6 *Vita militia in feudo meliorato taxatur habito respectu ad valorem feudi cum melioramentis, scilicet autem quando secundogenitus habet partem valoris meliorationum, quia taxari debet habito respectu ad valorem antem meliorationem.*
- 7 *Secundogenitus habet partem valoris meliorationum factarum maiortui.*
- 8 *Fœmina succedit in dictis meliorationibus, sicut secundogenitus.*
- 9 *Valor meliorationum debet esse magnus, non autem modicus.*
- 10 *Creditor absque assensu potest sub satisficeri super meliorationibus predictis.*

### QVAESTIO XXX,

**E**X ijs, quæ diximus in precedentibus, præcipue quæ 24. de secundogenitis, ut non teneantur contribuere in adhæ solutione, inferendum est ad aliam questionem, putat si pater maximam pecuniarum quantitatē erogauit in meliorando feudo, adeo ut magni valoris sit effectum, mortuo deinde patre, secundogenitus videns maximam allodialis patrimonij partē erogatam fuisse super feudo, adeo ut ex dicta erogatione feudum iam fuit melioratum, & valeat hodie plus, quam valebat prius,

antequā melioramenta facta fuissent.

In qua quæst. et si nonnulla scripsit Reg. Reuter. decif. 6. parte prima in causa Magnifici Aniballis Saraceni super bonis quondam Ioannis Camilli eius fratri, tamen in fine decisionis dicit, quod articulus non fuit decisus ex eo, quoniam fuit reperita petitio meliorationis, tamē ut veritas dignolcatur vltra ea, quæ dixit ibi Regens Reuterius, & nouiter Perspicacissimus vir, ac eruditissimus, & doctissimus Iurisconsultus, ac Præses dignissimus D. Antonius Monachus in suo subtilissimo, ac eruditissimo tract. de Recta feud. interpret. cap. 65. per totum, qui dum hic tractatus erat sub prælo, deuenit ad nostras manus, distingue plura capita, Primò capite quando melioramenta facta sunt feudo, & ab illo non possunt separari, Secundo casu quando possunt separari.

2 Circà primum caput, affirmant non nulli, talia melioramenta affixa, & unita feudo inseparabiliter, & perpetuò cum destinatione facta ab ipso patrefamilias, ut feudo inseparabiliter affixa maneat perpetuò, esse feudalia, feudalēque naturā assumere, adeo (ut aperto feudo) ad Dominum pertineant ut feudalia unā cum ipso feudo, quasi unicum corpus, non autem ad heredem, vitimi possessoris, ob cuius nomen, vel factum aperitur feendum ipsum Domino, ita docet post alios Nicol. Intrigl. de feud. cent. prima q. 5. 9. n. 2. 3. & cent. 2. artic. 5. n. 586. Ludolph. Snader. de feud. p. 2. nonē partis principalis sect. 2. per totam, Henrich. à Rosenthal. de feud. cap. x. conclus. 43. n. 35. cum sequentibus, & propriè n. 5. o. 51. & sequentibus.

3 Sed horum sententia fuit practicata in hoc Regno, & intellecta cum hac moderatione, nempe quod si feendum sit melioratum ex ipsis melioramentis, & vadat ad Dominum cum

4 cum dictis meliorationibus vniuersitatem, sed quod Dominus teneatur reficeret, & dare successori, & heredi ipsius feudatarij valore melioramenti, & sic deberi heredi id tantum, quod est melioratum, non autem omnes expensas erogatas in dictis meliorationibus, & ita fuit intellectus; & practicatus textus in cap. si vassallus hic finitur lex, & secundum illam fuisse decisum in feudo Biscaya per Regiam Cameram, referente Domino Marthos de Gorostola, refert Reges de Pont decis. 12. n. p. & n. 6. verific. fuit decisum, & per consequens quod secundogenitus ut heres in allodialibus succedat in tali augmento, quod burgensatum esse docuit idem D. Monach. dicto loco num. 84. afferens etiam si esset Castrum, allegans Bolognet. conf. 23. num. 9. & per consequens ut hereditarium spectare ad heredem in allodium ut consuluit Agust. Berous conf. 73. num. 38. lib. primo, Sed huic sententiae videtur obstat lex. in cap. primo S. contrario in primo responso, de inuest. de re alien. facta que pro contraria opinione ponderat Nicol. Intrigl. dicta q. 59. n. primo dicens, quod domus edificata super feudo, seruitus acquisita, aggeres erecti, arbores plantati hisque similia sunt allodialia, & debentur heredi, sed concordando, dicas, quod non videtur esse contraria, siquidem succedit heres allodium in illis, non ut separantur in feudo, quod esset absurdum diminuere feendum, sed bene appretiatio feudo pro valore ante factas meliorationes, tunc tales meliorationes non separantur, sed id, quod est melioratum appretiatur, & datur heredi in allodium, & sic secundogenito, & in hac concordia non pugnat lex. prædictus.

5 Secundo capite, quando talia augmenta, siue meliorationes non

sunt vnitæ feudo inseparabiliter, adeò, & possunt separari, ut iurisdictio empta, animalia, agri coniuncti empti, his que similia, quæ possunt separari, & tunc quia separabilia, non spectant ad primogenitum, & sic ad heredem feudalem, sed spectant etiam ad heredem allodium, ita docent latissime Henricb. à Rosenthal. ubi sup. n. 58. & 59. Ludolph. Scrader. ibidem, Nicol. Intrigl. dicto loc. cent. prim. 4. & cens. 2. n. 588. Petr. de Gregor. de concess. feud. p. 7. q. p. n. 8. ex auctoritate Bald. conf. 419. & 430. ex cuius auctoritate Ego pro secundogenito affirmavi de Iur. relevij parte 4. q. p. n. 28.

6 Sed adhuc insurgit difficultas contra secundogenitum prætendentem succedere in dictis meliorationibus circa vitam militiam, an debeat illam habere, habito respectu ad valorem feudi ante meliorationes factas, vel post, ut sic tempore mortis feudatarij, nam si secundogenitus habet partem melioramenti, & vellet vitam militiam, habito respectu ad valorem tempore mortis, sequeretur quod haberet duo specialia, & sic duas quantitates, nepe viam, quæ esset pars melioramenti, & alteram, nempe vitam militiam, etiam respectu melioramenti, quod tenderet in grauamen primogeniti; idem dicas, quod si secundogenitus habet partem melioramenti, debet ei taxari vita militia habito respectu ad valorem ante factas meliorationes, quia hoc casu haberet vnicum tantum onus primogenitus; Aut non vult partem melioramenti; & tunc debet ei taxari vita militia, habito respectu ad tempus mortis, alias si non adhiberetur hæc consideratio pro primogenito, confunderentur termini in favorem secundogeniti.

7 Inferas primo idem esse in maiestate, ut in melioramenti, & melioratione-

tionibus maioratui factis, vt in ijs, quæ de per se subsistere, & separari à maioratu possunt, succedat hæres allodialis, nec spectent ad successorem in maioratu.

In ijs autem, que de per se non subsistunt, sed maioratui, siue rei maioratus accedit inseparabilitè, & tunc succedat successor maioratus, soluta tamen aextimatione melioramenti hæredibus allodialibus, *Melchior. Paleaz. de maior. parte prima q. 10. n. 39. Ludovic. Molli. de Hispan. primog. lib. p. cap. 26. à n. p. ad xi. & sequentibus.*

- 8 Inferas secundò, quòd dato casu, quòd in talibus milioramentis succedere possit hæres allodialis, ve etiam succedat foemina, *Roland. d. Vall. conf. 28. n. 28. vol. p. Intrigl. dicta q. 59. n. 5. Jacob. Moenoch. de possess. recuper. remed. 15. n. 499 et seqq.*
- 9 Inferas tertio, vt talis impensa debeat esse magna, non autem parua, ita *Carolus Ruiz. conf. 14. sub. n. 3. vol. p. Intrigl. dicta q. 59. n. 10. de quibus augmentis factis in te feudali latissime Rosental. Scrader. Intrigl. & alij ab eis allegati locis præcitatiss.*
- 10 Ex quibus, dum talia augmenta habentur vti allodialia, & foemina, & hæres succedit, sequitur, quòd creditor absque assensu possit super illis sibi satisfieri de suo credito, tanquam quòd lus hypothecæ generalis super illis sit contractum, vti burgensticis.



### ARGUMENTVM.

Diminuto feudo, eiusque fructibus, an diminuatur adoha in Regno nostro; Et quando adoha semel taxata non augetur, nec diminuitur, se-

cùs autem quando non esset taxata. Ordinatione Regis opus est in diminutione adoha semel taxata, & diminutio debet esse perpetua; Et quid de feudo inhabitato. Et an debeat nouum adohum imponi, vel suspendi pensiones gratiosæ, & ex causa seruitiorum.

### SUMMARIA.

- 1 Seruitiū an minuatur diminutis fructibus remissiū.
- 2 Seruitium semel taxatum in Regno nostro, nec diminuitur, nec crescit etiam auctis, siue diminutis fructibus. & sub n. 3.
- 4 Diminutio feudi superneniens non nocet, quando seruitium est taxatum.
- 5 Seruitium non taxatum in concessione feudi augetur, & diminuitur pro augmentatione, & diminutione fructuum.
- 6 Adoba semel taxata non potest diminui, nisi expressè per Regem fuerit ordinatum.
- 7 Adoba diminutio ordinatur à Rego ex certa scientia cum clausula, non obstante; & n. 9.
- 8 Adoba taxatio necesse est, quòd producatur, quòd ita facta fuit.
- 10 Adoba soluenda est tanquam de feudo inhabitato, quando in feudo non remansit nisi solus Castellanus, vel caupo.
- 11 Diminuto, seu onerato Regno, adeo ut adoba præstare non possit, non debet noua adoba imponi, sed pensiones, et gratia suspendi debent.
- 12 Adoba diminuitur diminutis fructibus, super quibus conœssi sunt introitus feudales.
- 13 Releuium augetur, & diminuitur pro

- prò rata fructuum.
- 14 *Diminutio fructuum ad hoc ut adobha diminuatur, debet esse perpetua, & deciso ponitur n. 15. Et quid quando adoba fuisset vendita an debeat refici per Regem sub cod. n.*
- 15 *Adoba supersedetur exigi, quando fructus, siue introitus feudales super sedentur à Rege, nec exigitur, & refertur obseruantia.*
- 17 *Decima non diminuitur si fructus creuerint, vel decreuerint.*
- 18 *Diminutis focularibus, non diminuntur functiones fiscales.*

## QVÆSTIO XXXI.

**E**TI de iure communis feudo rum longa sit questio plura continens capita, quando seruitium diminuatur, diminuto feudo, eiusque fructibus, de qua re Ego latissime (prò vt credo) scribo in tract. de Iur. relexij p. 2. q. 11. vbi plures casus distinxii, permultosque ibi D.D. de tali diminutione feudi differentes allegauit, ad quam quest. nè idem videar repetere, remicto lectoré; tamen quod spectat ad adobhæ Regni nostri, distingue: Aut concessio feudi facta est sub seruitio determinato, & sic adoba esset taxata, & tunc semel taxata adoba in Regno nostro nunquam feudo diminuto, vel aucto, nec augetur nec diminuitur per Regiam Cameram Summariae ita Jacob. de Ayello de iur. adoba n. 55. Camill. de Curt. in suo diuersi. feud fol. 41. à tergo n. 59. dicens hodie in Regno nostro seruari, quod feuda postquam semel sunt taxata per Reg. Curiā, & ita reperiuntur taxata in Registris, vel in Regia Cancelaria de mandato superiorum, illa si decrescunt, adoba non decrescit, Franc. de Pons. cōf. 79. n. 27. ex doctr. Andr. de Iser. in cap. si quis de manso, de controv. inuest. Petrus de Gregor. Siculus de concess. feud. parte prima

- 3 qu. 11. n. 14. dicēs semel taxata seruitia non augeri, nec minui, licet fructus feudi quoquis modo decrescat. Nicol. Intrigl. de feud. cent. p. q. 67. n. 9. Ioseph. Cum. in repetit. Capit. si aliquem in verbis seruity consueti, n. 87. et Ego de Iure relexij parte 2. q. 11. n. 5. & seq. Marin. Frecc. de subfeud. auctoritate 5. ad. 2. dicens, calamitatem superuenientem non nocere Domino, vel Baroni, quando in concessione fuerit adoba taxata, quia in hoc inspicitur tempus dationis feudi sub predicta taxa.

Aut secundò casu, quando seruitium non est taxatum, & tunc remanent regulæ iuris communis de augmentatione, siue diminutione seruitij feudalis, vt per Andr. de Iser. in cap. si quis de manso, Petr. de Greg. Ioseph. Cum. Camill. de Curt. cæterosque supra allegatos, qui de iure communis discurrent circa hoc, & Ego lassè loc. alleg.

- 6 Declara primò supradictam sententiam, adobhæ non posse diminui per Reg. Cam. Sūmariae, quando semel taxata est per Curiā, nisi diminutio illius expressè ordinaretur per Regias litteras à Domino Rege, ita Jacob. Ayell. dicto loc. verific. nisi ex ordinatione Regis, & hanc diminutionem facere debet Rex ex certa scientia cum clausula, non obstante, Marin. Frecc. dicto loc. verific. quid si Rex vellet, allegans Andream de Iser. Ioseph. Cum. in verbis seruitij consueti, n. 99. Petr. de Gregor. dicta q. 11. verific. nunquid parte prima:

- 8 Declara secundò quod in effetu, & individuo feudi, de quo queritur, debet adoba reperiiri iam taxata Petr. de Gregor. dicto loc. Camill. de Curt. Nicol. Intrigl. loc. sup. alleg. Ioseph. Cum. n. 92.

- 9 Declara tertio, quod etsi diminutio feudi, vel eius fructuum sit euidentis, vt quia euictio, vel alias sequuta fuerit in magna parte feudi, vel chas-

chasmatē perierit , tunc ad maiorē cautelam , si concedatur diminutio adohæ , debent impestrari litteræ , & ordinationes Regiæ . *Jacob. Ayell.* dicto loc. in fin. n. seq.

10 Declara quartò , quòd etsi diminutio feudi accidisset in maiori parte feudi , adeò vt Castellanus tamē cum . vel Caupo remansisset , tamē adhuc adoha soluenda est tanquam de feudo inhabitato , *Sygm. Lof. fred. ad Andr. de Ifern. in cap. primo incip.* ibi ideo tantum ; tis. quis dicatur Dux.

11 Declara quintò , quòd si Vniuersitates , & feuda essent adeò diminuta , siue onerata , adeò vt adohā taxatā non possent soluere , vt tunc Princeps possit suspendere gratias , pensiones , & concessiones ex gratia factas , non autem nouum tributum , siue adohā imponere , etiam quòd sint concessiones ex gratia remunerationis , quia tunc , urgente publica utilitate , cessat priuata , & hæc omnia debere habere antè oculos , docet *Reg. Ioannes Franc. de Pont. de potest. Proregis tit. 5. n. 21. & seq. Reg. Ioannes Baptista Valenzuola cōs. 99. pūct. 2. n. 29. et seqq. Pater Antonin. Diana resolut moral. trah. 3. de parlam. refol. 5. 4.* dicendo , quòd tales concessiones intelliguntur tacitè concessæ , & submissæ huic periculo , vt debeantur , & soluantur , quatenus Regni necessitates aliud non requirunt , nec aliam intentiōnem habuisse Regem in illis concedendis probatur , sed legantur verba *Reg. Pont.* prò vt sic audio fuisse seruatum in anno 1633.

12 Sed quando sūt introitus feudales cōcessi super focalibus alicuius terræ , tunc diminutis focalibus , diminuitur adoha , prò vt sic vidi seruatum prò Magnifico Roderico de Pignalosa , cui fuerunt concessa castra Fagnani , Campanæ , & Sissi cum iure exigendi carolenos

quatuor per quolibet focalari , prò quibus soluebat ducatos 45. prò adoha , & postea diminutis focalibus , fuerunt etiam diminuti introitus prædicti , ideoque fuit ordinatus , quod taxetur dictus Rodericus tantum in ducatis 21. prò vt appareat ex prouisionibus per Reg. Cam. expeditis die 27. mensis Iulij 1537. in adobarum 7. fol. 18.

13 Declara septimò in teleuio , vt diminutis fructibus feudi , diminuat teleuium , ea ratione , quia teleuium est quota pars fructuum , quibus deficientibus , deficit teleuium , vt post alios dico *Ego de Iur. teleuū parte 2. q. 11. & Vinc. Ann. in repetit. de uassall. decrep. etat cap. primò n. 15. 1.* dicens qualibet vice insipi quantitatē fructuum .

14 Declara 8. quòd diminutio fructuum , siue redditum feudi , adhoc vt non debeatur adoha , debet esse perpetua , adeò vt nec nunc , nec in futurum percipi possint , nec inueniatur conductor , prò vt sic fuit decisum in causa III. Marchionis Vasisti cum Regio fisco , nam III. Marchio habuit alumeriā Insulæ Ischæ à Rege in feudum , & sub certa adoha ducatorum 150. sed quia III. Marchio petiit non molestari super exactione adohæ prædictæ , ed quòd lapides , ex quib. alumē conficiebatur , erant pœnitus destructæ , nec in futurum poterat alumē confici , tamē quia in facto non fuit probata perpetua destrucción , & totalis diminutio , sed tantum temporalis fuit absolutus *Reg. Fiscus* ; ita *Reg. Reuert. decis. 36. parte 6. que ponitur in fine nostri tractatus.*

15 Sed an si Rex vendidisset alicui priuato adohum , siue donatiūm alicuius terræ , si dicta terra fuisse diminuta in fructibus , adeò vt secundum præsentem statum nullo modo potest sperari , quòd redeat ad pristinum statum , an tunc debe-

at diminui dicta adoha pro rata  
fructuum amissorum, haec lis pendet  
inter D. Carolum Minadonem pro-  
prietati adohi terræ Octiani cum illi  
Principe dictæ terræ, qui prætendit,  
non teneri ad adoham, itante quod  
terra Octiani ex incendio Vesuvij  
est reducta ad valorem quasi sextæ  
partis, quo valebat ante incendium  
Vesuvij; dicas, quod ex quo ex res-  
latione facta per Tabularios in ac-  
cessu spectabilis Regen. Scipionis  
Rouiti apparet, quod dicta terra est  
in redditu ducatorum . . . . . &  
adolum est ducatorum . . . . . &  
sic superest summa introitum, adeo  
ut ter, & quatèr potest solui adohu,  
ideò Dominus Rex uti directus Don-  
minus, & potior, & anterior su-  
per dicta re concessa, non debet am-  
ittere adoham, & per consequens  
qui habet causam ab eo, prò ut sic  
fuit inter partes conuentum, quod  
solueretur, die 23 Novembris 1624.  
alias Dominus Rex teneretur dare  
dicto D. Carolo aequivalentem sum-  
mam.

16. Solet quandoque exactio adohæ suspedi ordinatione Regis, quā-  
do pariter ordinatione Regis suspe-  
deretur exactio introitum feuda-  
lium, prò ut fuit ordinatum ad instan-  
tiā illi. Ducis Termularum, & illi  
Principis Hostiliani; Dux n. Ter-  
mularum habebat ex concessionē  
Regia annuos ducatos 2080. in feu-  
dum super iure tractarum dictæ Ci-  
uitatis Termularum, sic etiam illi.  
Princeps Hostiliani habebat 6900.  
super iure tractarum tergæ laboris,  
qua tractæ per Regem fuerunt clau-  
se, adeo ut amplius dicti concessio-  
narij nō exigebant dictos introitus,  
propterea per Reg. Cam. ad eorum  
instantiam fuit facta cōsultatio Re-  
gi, ut mādaret, quod Perceptores,  
& Commisarii supersederent in  
exigendo ab illis Dominis adoha,  
durante clausura dictarū tractarum,

ut in libr. Consular. 12. fol. 36. expe-  
ditæ die 11. Septembris 1601. quibus  
apertis fuit ordinatum quod solue-  
rentur etiam annatæ decursæ, ex  
quibus fuit ordinatum, quod retine-  
rentur adohæ præteritæ, durante  
clausura, prò ut sic fuit ordinatum  
per Regiam Cameram die 29. Augu-  
sti 1607. In Adoharū 22. fol. 18. ter.

17. Declara nonò idem esse in  
decima imposita super beneficijs,  
ut semel taxata, si fructus beneficii  
decrescut, nec diminuatur decima,  
Ioseph Cum. dicto loc. n. 87. & Gloss.  
in Clem. beneficiorum, de decimis, Pe-  
trus de Gregor. de concess. feud. parte  
prima q. 11. n. 15.

18. Declara 10., quod diminutis foc-  
ularibus, non diminuuntur func-  
tiones fiscales, nisi ex ordinatione  
Regis, quod videtur durum, dicit  
Petrus Antibol. de maneribus, S. 2. n.  
56. non alia ratione, nisi quia in ca-  
su contrarii augmenti focaliorū,  
non augetur solutio, idem ibidem n.  
53. & ita servatur in Regno nostro.



A R G U M E N T V M.  
Aucto feudo, eiusque fructi-  
bus, an augeatur adoha in  
Regno nostro; Et quid de iu-  
re, & quid de generali con-  
suetudine Regni nostri re-  
fertur. Et auctis focalibus,  
an augeatur Immunitas quod  
ad venientes de novo, & quid  
auctis functionibus fiscalibus  
augeatur adoha, & quid ex  
causa necessitatis.

## S Y M M A R I A.

2 Seruitium militare augetur auctis  
fructibus, an idem in adoha.

Adoha

- 2 Adoha semel taxata in Regno, non diminuitur, nec augetur, & quare n. 4.
- 3 Diminutio feudi in materia adoha, si cui nocet vassallo, ita augmentum vassalli non debet prodesse Domino, & n. 5.
- 5 Adoha non augetur, nec diminuitur quando taxata reperitur, secundus autem si reperitur concessio sub feudali seruitio solito, & consueto, quia augetur, & diminuitur.
- 5 Focularia de novo accendentia adhabitandum in loco immuni, gaudent immunitate aliorum foculariorum.
- 7 Adoha taxata de functionibus fiscalibus concessis in feudum, non augetur auctis functionibus praeditis.
- 8 Adoha semel assignata potest ex causa augeri.
- 9 Auctis focularibus, non augentur functiones fiscales.

## QVAESTIO XXXII.

- 1 Contrario querimus, an aucto feudo, eiusque fructibus, augetur in Regno nostro adoha, licet semel taxata reperiatur, quo in articulo eti de iure communi, augetur militare seruitium, aucto feudo, sicque etiam deberet procedi in adoha, ex cap. se quis de manso vbi Andr. de Isern. lat. de contouers. Inuest. ceterique DD. ibi, & Ego latissime plures casus, & capita dixtinxi in tract. de Iur. releu. parte prima q. 11. per totam, & nouissime de augmentis late, ac perdocte tractat D. Ant. Monach. Iureconsult. perspicacis, ac subtilis ingenij in suo tract. de Recta feud. interpetr. cap. 65. per totum, & propriè de cōtingēti ma-
- 2 teria, num. 16. vbi me allegat, tamen quod spectat ad adohā Regni Neapolitani dicas, quod si semel fuit taxata adoha, & ita taxata reperiatur in Regiis Registris, & Quinternionibus, vel in Regia Cancellaria, & in

- Regno nostro in Regia Camera se, per exigitur secundum illam taxā, nec amplius augetur Marin. Frece, de autoritate Baron. lib. 2. authorita te s. n. 21. dicens, quod sicut Calamitas vassalli superuenies feudo, non debet nocere Domino, ita etiam industria vassalli, & feudi augmentum non debet nocere vassallo, immo, & prodesse, Petr. de Greg. de concess. feudi parte prima q. 11. n. 14. Camill. de Curt. in suo diuersor. feudal. fol. 41. à tergo col. priman. 19. dicens, non augeri adoham, licet quouis moda augeatur fructus. Nicol. Intrigl. de feudi Cent. prima q. 67. n. 9. dicens quod seruitia semel taxata, & registrata de mādato superioris, amplius non augetur Ioseph Cum. in dicto verb. seruity Consueti, n. 87. Jacob. Ayel. de dur. adoha n. 55. dicens, etiam si crederit industria vassalli, Ioannes Vinc. Anna in cap. primo de vassal. decrepit. act. n. 15. Matth. de Afflict. in S. si milit. n. 4. de cap. Corrad. n. 4. Ioseph. Cum. in cap. si aliquem in verbo seruity consueti n. 87. & 113. & Ego latissimè de Iur. releu. parte prima q. 11. per. totam.
- Declara primò, hæc omnia procedere de generali conuentione Regni nostri, sed si alias reperiatur facta concessio sub solito feudali, vel conuento seruitio, tunc auctis fructibus feudi, vel diminutis, augetur feudale siue militare seruitium prò rata fructuum auctorum, vel diminutorum, Petrus de Gregor. de concess. feudi parte prima q. 11. Ioseph Cum. n. 84. quod augmēti Iudicium intelligendum est cum distinctione posita per Nos in tract. nostro de Iur. releu. parte prima q. 11.
- Declara secundò quod si concessa fuit immunitas ab adoha Vniuersitati, & postea de novo accesserūt alia focularia tunc Incole de novo accidentes gaudent etiam tali immunitate, ut in Causa Vniuersitatis

tis Trani , post alios refert fuisse decisum in Regia Camera Reg. Moles decis. prima tit. de Collectis per totum, die 16. Decembris 1562. quod immunitas praedicta extendatur etiam ad dicta focularia de novo conuolantia ad habitandum pro ut etiam dixi supra q. 15. n. 20.

7 Declara tertio, quod concessis functionibus fiscalibus in feudum, & taxato adoho, si deinde augeatur fuctiones prædictæ, tunc non debet augeri adohu ex doctr. Andr. de Ifern. in cap. primo §. si quis de manso, versic. quod autem, de controuersi. Inuest. cum concordat. Ex quo, aucto feudo, non augetur seruitium, fuit decisum in Regia Camera tempore Regen. Moles in causa Serenissimæ Reginæ Poloniæ, & in aliis cōcessionaliis Regni, & iterum in anno 1573. die 16. Iunij, ut refert idem Regens Moles tit. de donatiuis q. 5.

8 Declara quartò, quod si adoha semel assignata, seu taxata ab ipso Rege, siue ex pacto inhibito inter Regem, & subditos, non sufficeret Regi pro substantiatione congrua secundum necessitatem occurrentem, ob quam fuit imposta, tunc potest augeri, sed cum hoc moderamine, scilicet si vires Regni admittunt tale augmentum, & deducto ne Regnū egeat, & Regnum possit sufferre, ita docent Vasquez in opusc. dub. 2. n. 27. Gabriel distinc. 4. & in hac consideratione dicit Pat. Antonin. Diana Resolut. moral. tract. 3. de Parlamento, resolut. 13. quod hoc opus, hic labor est, dicam infra q. 47.

9 Declara quinto, quod auctis focularibus, non augetur solutio functionum fiscalium, ita Petr. Antibol. de muneric. S. secundò n. 55. ea ratione, quia diminutis focularibus, non diminuitur d. solutio, ergo nec in casu contrario, ut dixi in præcedenti, & ita practicatur in Regno, licet hodie paulatim sit quedam tacita nu-

meratio ad finē videndi quæ terræ decreuerint de focularibus, & quæ creuerint, sed expectatur exitus.



## ARGUMENTVM.

Adoha an possit cedi per Regem alteri, vel remicti, vel vendi, vel suspendi, & remissa adoha, non dici remissum ius imponendi nouam adoham, & quid in Barone; Et adoha remissa Baroni, an proposit vassallis; Et adoha vniuersitate in capite vnius Baronis, an possit separari ex qualibet terra; Et an possit compensari cum alio credito.

## S V M M A R I A.

1. Rex an possit cedere, & alienare adoham, quod declara sub n. 4.
2. Dominus feudi non alienat directum dominium feudi citra vassalli voluntatem.
3. Seruitij exactio dependet à iure directi dominij.
4. Dominus feudi licet non alienet directum dominium, bene tamen alienat commoditatem seruitiorum.
5. Adoha potest remicti vassallo per Regem, & vendi, & quomodo intelligatur.
6. Adoha suspenditur si per Regem suspenduntur introitus feudales, ex quibus debetur.
7. Adoha compensatur cum credito Baronis, & quomodo practicetur.
8. Adoha solet compensari, & remicti cum stipendijs vassalli.
9. Vassalli an teneantur contribuere Ba-

- Baroni, non obstante quod adoha  
fuerit remissa.*
- 10 *Baro non potest remictere seruitia de-  
bita feudo, nec etiam redditus pro  
re feudali sub n. 11.*
- 12 *Exactio adoha taxata unitate respectu  
omnium terrarum unius Baronis,  
si parit incommoditatem, diuidi-  
tur.*
- 13 *Adoha quantitas debita respectu plu-  
rium terrarum sub uno Barone, non  
debet exigi ab una sola terra, sed  
separatim ab unaquaq;*

## QV AESTIO XXXIII.

**A**Doham esse de regalibus in Regno nostro iam nullus dubitat, & in princip. nostri status annuimus, ideoque cum regalia solo Regi debeantur, & ab eius persona nūquā intelligantur abdicata, quāro an Rex possit illam alteri cedere, & dico, quod Rex potest illam alteri cedere, sed hoc modo intelligendo, quod etsi regulariter dominus non possit alienare directum dominum, siue ius in feudo sibi competens citrā vassalli voluntatem, §. Præterea Ducatus, de prohib. alienat. feud. per Frideric. & per consequens exactiō seruitiorum vassallaticorum, quorum exactio à iure directi dominij dependet, cap. 1. in fine, ex quib. caus. feud. amict. quorū seruitiorū loco succedit adoha, tamen potest benē Dominus non ius illud directi, & supremi dominij imponendi adohā, sed benē cōmoditatē perceptionis seruitiorum vassallaticorum alteri cōcedere potest, (quod nos aliās in Regno nostro ius luēdi vocamus,) quia etiam in his, quā alienari nequeunt quō ad directum dominiū, benē tamē licet alteri commoditatem concedere, §. p. Instie. de usu, & habitat. cap. Vesta, de locato, &

latē Anton. Gomes hanc sētentiam defendit uariar. resolut. tom. 2. cap. 15. n. 17. verſt. secundō limita, & dum Dominus alteri conceffit, & concessionarius ex Domini concessione illa percipit, adhuc Dominus dicitur vti seruitijs vassallaticis l. arboribus, §. Vsufructuarius, ff. de usufruct. & itā videtur tenere in materia seruitiorum vassallaticorum Vldaric. Zaf. de feud. parte 7. num. 64. Hartm. Hartm. de feud. obseruat. 30 nouissimè Andr. Kohl. de seruit. feudal. par. altera à num. 101. ad 103.

5 Potest etiam adoha remicte per Regem vassallo, adeò vt nihil domino teneatur soluere, Iacob. de Ayell. de iur. adoha num. 19. Ioseph Cum. in cap. si aliquem, in verb. seruitij consueti num. 98. dicens, posse remictere ab initio, & ex post facto ex doctr. Andr. de Isern. in cap. primo §. sed nec alia iustior, verſicā Item si Rex, col. penultim. prō vt videmus in nonnullis feudi franchis ab adoha in Regno nostro, quibus Dominus Rex remisit, vel vendidit ius illud percipiendi adoham prædictam, & sic commoditatem illam, non autem ius illud directi, & supremi dominij, & sic imponendi nouam adoham.

6 Potest etiam adohæ exactio suspendi per Regem, si decreuerint, siue defecerint introitus, ex quibus solueretur, prō vt dixi de adoha debenda ab Illustrē Princepe Asculi, & Illustrē Marchione Pilcariæ, Illustrē Duce Termularum, stante clausura iuris tractarum, prō ut dixi qu. præcedenti, tamen potest etiam ex causa suspendi putā si verteretur lis in Regia Camera, vel aliqua essent discussienda prō illius immunitate, prō vt fuit ordinatum ad instantiam Magnif. Vincentij Gallucij vniuersalis Do.

Domini Caſtri Caſpuli, quod ex quo nōnullæ cauſe ſuper eius adohæ ſunt diſcutiendæ in Regia Camerā, ideò fuit mandatum Commissario Terræ laboris, quod ſupereſde- ret in exigēdo adoham à dicto Ma- gnifico Vincentio Gallūcio, uſque ad alium ordinē die 27. Maij 1536. ut in lib. 7. literarum adohæ fol. 17. tergo.

7. Poteſt etiam adoha compensari, cum credito Baronis, data amborū liquiditate, & talis compensatio fit ipſo iure, dicas, quod debitum fiſcale compensatur, quando p̄ò ea- dem ſtatione idem eſſet debitor, & creditor, ſecūs autem ſi ex diuersa ſtatione, quia non fit compensatio, nē confundantur iura diuerſorum officiorum, & præcipuè quādo quis eſt debitor ex cauſa tributorum, vt diſcurrit Marcus Ant. Peregrinus de iur. fiſci lib. 6. tit. 7. num. 15. tamen fa- cta priuīs conſultatione per Regiam Cameram, & factis debitib⁹ notamē- tis in quolibet libro cuiuslibet ſta- tionis ſolet admitti compensatio, vt fuit ſeruatum ad instantiam ha- redis III. Vepſianī Colump⁹, qui erat dubitor p̄ò adoho terrarum in Prouincia Aprutij, & pariter erat creditor ſuper introitibus feudalib⁹ dičtarum terrarum, & prævia conſultatione, vt in Regi Bro. Con- ſultarum x. fol. 12. fuit facta compen- ſatio, excomputando vnum cum alio, die 18. Maij 1532. In Adoharū 7. fol. 18. & ſic fuit mandatum The- ſaurario Aprutij.

8. Sic etiam fuit ordinatum per Re- giam Cameram prævio ordine Ce- ſareæ Maiestatis in adoho ſtatus fi- liarum. Iuſtis Ducis Termularum, nam attentis immensibus, & maxi- mis ſeruitijs dicti. Iuſtis Ducis, fuit ordinatum, quod adohum de- bitum ex dicto ſtatu non exigere- tur, ſed quod compensaretur, cum quadam quantitate, quam diçtus

Dux obtinuerat per aggiuto di co- ſta, Verum quod non impediatur exac- tio ratæ vassallorum pro adohæ die 26. Septembris 1526. in adoharum 4. fol. 121. & ſeqq.

9. Sed an remiſſa adoha per Regem Baroni in totum, vel in partem, an hoc caſu vassalli tenentur con- tribuere, & quanta ſit hæc con- tributio vide Loffred. in cap. primo de vassal. decrep. etat.

10. Quod autem non procedit in Barone, vt ſi ſeruitum reperiat- tur taxatum ad beneficium ſui feu- di, Baro non poteſt illud remiſte- re, nec in totum, nec p̄ò parte, quia remiſſio eſt alienatio, ſiuē do- natio, quæ ſinē ſpeciali Princi- piſ dispensatione fieri nequeunt, Marin. Frecc. de subfeud. lib. 2

II tit. de auſtoritate Baron. auſtori- tate 5. num. 18. dicens, nec etiam poſſe remiſti redditus p̄ò feuda- li re ipſi feudo, vt piper, anſer, ſpalla porci, vel aliiquid ſimi- le, Iofeph Cum. in dicto verb. ſer- uitij conſucti, numer. 100. dicens remiſſere non poſſe, ſed benē poſſe augere in beneficium Domi- ni.

12. Demum an adoha ſemel taxata poſſit ſeparatim exigi, p̄tā ſi eſſet vnuſ Baro, qui haberet diuerſas terras, & adoha fuſſet ta- xata reſpectu omnium terrarum, ſi poſteā dicta vniο cauſaret in- commoditatem, vel aliud incon- ueniens, tunc talis Baro debet adire Regiam Cameram Summa- riæ p̄ò tali diuisione, & ſeparatione, & Regia Camera mandat, quod capiatur informatio de fructi- bus vniuſ cuiusque terræ, & p̄ò ra- ca fructuum liquidatorum taxat ſeparatim adohā in vnaquaque ter- ra, p̄ò vt fuit ſeruatum ad instantiā III. D. Pompei Columna luper diuisione adohæ terræ Rodij, Sancti Victorini, & aliarum in Aprutio

*Sub die 30. Augusti 1574. In adobarū lib. 15. fol. 65. sic etiam ad instantiā D. Sigismūdi de Loffredo super diuisione adohæ Terrarum Mammo- læ , & Agrani in Calabria die 28. May 1575. fol. 116. in dicto lib. 15. Adobarum.*

13 Sic etiā n̄ esset diversę terrę vnius Baronis, & quaelibet Terra haberet taxatam suam adoham particularē, & Perceptorēs exigerent vniuersā adoham omnium terrarum ab una ex dictis Terris, quia si talis exactio non videretur Baroni, vel aliis es- set damnosa dictæ terræ , tunc non obstante, quod sit vnuis Baro, Regia Camera mandat Perceptoribus, quod exigit separatim a qualibet Terra suam particularem adoham, ut ad instantiā Marci Antonij Papa fuit ordinatū Perceptorī Principa- tus Citrà, quod separatim exigeret adoham à Terra Sācti Angeli à Fa- sanella, à Terra Optati, & Contur- sij, die 2. Augus̄ti 1574. In Adobarū 15. fol. 61. Et itidem ad instantiam Magnifici Francisci Maramonte fuit ordinatū, quod exigit separatim fol. 65. sergō, Et ad instantiam Ill. Ducis Castrī Sangri prò plu- ribus Terris in Aprutio, die pri- mō Febr. 1610. Adobarum 22. fol. 166.



## ARGVMENTVM.

In impositione adohæ , vel do- natui an procedat textus in l. quod maior ; Et quid in Regno Neapolitano in do- natius, & parlamentis; Et an sufficiat tantum vocari Baro- nes, & Vniuersitates, licet nō veniat nec mictant. Et quid

in donatiuis voluntarijs, & quid in necessarijs, & de Vni- uersitatibus demanialibus, & Baronalibus , & quid in ag- gregatione ad honores sedi- lium huius Ciuitatis , & de eius obseruantia.

## S V M M A R I A .

- 1 *Donatiua in Regno prestantur Do- mino Regi singulis duobus annis, & n. 7.*
- 2 *Barones, & Regnum donant, ideo ipsi vocantur tanquam interces- babentes, &c. 3.*
- 4 *Barones omnes, Ciuitates, & loca- legni vocantur ad generale parla- mentū per speciales litteras Regias à Prorege missas*
- 5 *Factum à maiore parte Congregato- rum de Regno, dicitur factum à to- to Regno :*
- 6 *Negotium Regni dicitur negotium vniuersale , & ideo sufficit maior ats, & n. 18.*
- 7 *Donatiuum fit in Regno prò subueni- endo Regi in necessitatibus belli, & alijs.*
- 8 *Donatiuum bodie est factū necessari- um, & non est amplius voluntari- um.*
- 9 *Donatiui nomen bodie est simula- tum.*
- 10 *Baro eſſe non vocatus, nec veniens, nec miclens, imò discrepans, adhuc soluit donatiuum.*
- 11 *Baro vocatus, & non veniens, tene- tur babere ratum quod fecit maior pars Baronum congregatorum .*
- 12 *Textus in l. quod maior declaratur in materia donatiui.*
- 13 *Maior pars intelligitur de congrega- tis, non autem de vocatis.*
- 14 *Barones omnes debent vocari, sed vocati , & non venientes, adhuc sub.*

- sub sunt maiori parti congregato-  
rum sub n. 13.
- 14 *Donatiuum, eiusque exactio hodie  
dicitur prescripta.*
- 15 *Vocati ad parliamentum non debent  
noua onera imponere.*
- 16 *Maior pars cogit minorem etiam in  
donatiuis voluntarîs.*
- 17 *Maior pars congregatorum, non au-  
tem vocatorum cur cogat mino-  
rem in parlamentis, & de ratio-  
ne.*
- 18 *Textus in l. quod maior non procedit  
in aliis necessariis.*
- 19 *Vniuersitates demaniales, & Baro-  
nales debent vocari in donati-  
uis, vel parlamentis, ubi earum  
interesse, & mictere procurato-  
res.*
- 20 *Maior pars deputatorum Regni con-  
cludit, & cogit minorem.*
- 21 *Ciuitas Neapolis non donat in dona-  
tiuis propter eius speciale priuile-  
gium, sed bene assit in illo.*
- 22 *Vniuersitates Baronales per eorum  
Rectores debet in parlamentis com-  
parere, vel per Barones quando de  
coæquali, & communi cum Baro-  
nibus interesse agitur.*
- 23 *Barones Regni usurpauerunt compa-  
re pro Vniuersitatibus suis, etiâ  
si non agatur de eorum interesse.  
Et sub n. 25.*
- 24 *Maior pars deputatorum Regni in-  
negotiis habentibus admixtum in-  
teresse Regis, & Vniuersitatum co-  
git minorem, secùs autem si non est  
admixtum negotium Regis, quia  
tunc maior pars Baronum conclu-  
dit.*
- 25 *Barones hodie ex prescripta cōfueru-  
dine statuunt in parlamentis, licet  
agatur de coæquali interesse cum  
Vniuersitatibus.*
- 26 *Parlamento concluso, si aliquis ob  
particulare interesse velle demon-  
strarre, se etiam concurrit, et si co-  
gnoscit parliamentum iniustum  
& concurrit, peccat mortaliter, sed  
non tenetur ad restitutionem.*
- 27 *Maior pars nobilium quando cogat  
minorem in sedilibus, quid in aggre-  
gatione, & quid in reintegrazione.*
- 28 *Aggregatio hodie fieri nō pōt ad sedi-  
lia, etiam si concurrat maior pars,  
nisi concurrat consensus Regis.*
- 29 *Dux Ossuna fuit reintegratus ad bo-  
nores Sedilis Nidi.*
- 30 *Maior pars nobilium concludit in  
bac Ciuitate, etiam quando non  
concurrat platea popularis.*
- 31 *Feudatary possidentes feuda plana,  
& de tabula, non vocantur in par-  
lamento.*

Q V A E S T I O X X X I V .

**A** Dohā in Regno nostro de-  
beri iā vides, diximusque  
1 ad eius īstar successisse  
donatiua, quæ singulis duob. annis  
fiunt Domino Regi ad eius petitio-  
nem, vt supra diximus, & inferius  
dicemus, in quibus parlamentis  
2 nouę impositiones, & adohę im-  
ponuntur, quarum solutio cùm spe-  
ctet ad solos Barones, & Regnum,  
ideò illi soli debent vocari, tanquā  
quòd de eorum interesse agatur,  
cap. fin. de maiorit. & obedient. Ia-  
cob. Ayell. de iur. adohæ n. 38. dicens,  
3 quòd etsi veniat consecutuum in-  
teresse vassallorum, tamen specia-  
liter interest Baronibus, ideo ipsi  
specialiter citari debent, prò vt sit  
4 semper, quia Dominus Rex mictit  
literas huic Ciuitati Neapolis, &  
Domino Proregi, qui prò earum  
executione mictit literas Præsidibus  
Prouinciarum, siue Perceptoribus,  
qui mictunt Baronibus, & Vniuer-  
sitatibus suę Prouincię literas Re-  
gias, illisque indicit vniuersale par-  
lamentum, tanquam quòd ad ipsū  
Regem, siue ad ipsius locumtenen-  
tem ex speciali potestate ei tributa  
solum spectet illud conuocare ex  
opinione Angeli, in l. apertissimi,

S 3 notab.

- notab. primò C. de Iudicij. Petr. Bellage in Specul. Princip. Rub 2. in princip. vbi Camill. Borrell. n. 3. in verb. Locū tenēs, Calic. de iur. fisc. dub. 8. n. 28. Oliban. de iur. fisc. cap. 6. n. 18. Fontanell. de pac̄t. nupt. claus. 3. Gloss. 3. n. 69 D. Gars. Mastrill. de Magistrat. lib. 5. cap. 15. n. 4. Et tunc succedit regula, quòd tales Barones tanquā interesse prætententes specialiter vocantur, & congregantur, vel ipsi, vel eorum procuratores in parlamento generali, vbi vocantur Ciuitas Neapolitana, & omnes Vniuersitates Regni, & per consequēs 5 dum vniuersum Regnū congregatur, sequitur regula v3. illud, quòd fit à maiori parte congregatorum de Regno, videtur factum à toto Regno l. 2. S. fin autem, C. de iuram. calumnia, negotium .n. Regni dicitur 6 negotiū vniuersale, & in vniuersalibus maior pars cogit minorem, & sufficit consensus maioris partis congregatorum de Regno. Anton. Corser. de potest. Regia q. 54. Cardinalis 7 in c. ad audientiam col. 2. de rescriptis. & hæc congregatio generalis parlamenti fit singulis duob. annis prò quadam ceremoniali sollemnitate, & licet appelletur donatiū, tamen est loco seruitij, sicut adoha; quia sicut adoha imponitur prò seruitio belli Regis, eiusque necessitatibus, ità etiam hoc donatiū, Rex. n. in suis litteris ad Regnum transmissis petit illud prò suis necessitatibus subueniendis, & sic idem cum 8 adoha, Franc. de Pont. decis. 7. n. 8. & 9. Est quadam ceremonialis sollemitas, imò baptizzatur hoc nomine, & aliud est in facto, quia non est voluntariū, sed necessariū, & singulis duabus annis exiguntur; Marin. Frecc. de auctoritate Baron. lib. 2. auctoritate 3. n. 26. dicens, esse potius nomen simulatum, Franc. de Pont. dicta decis. 3. n. 14. quia, & si Rex rogat, tamen dicitur subere; hinc vi-

detur talia donatiua non esse voluntaria, sed ut dixi supra in princip. tract. sunt necessaria, Mastrill. de Magistratib. lib. 5. cap. 15. n. 28. & 29. quia si aliquis non solùm non discrepat, sed si non adhæret opinioni votantium pro donatiuo; ipse non per hoc euadit exactores donatiui idem Franc. de Pont. de potest. Proreg. tit. de negalib. impo. fr. S. 8. nu. 37. 38. inuehit contrā donantes, & imponentes, vt dixi sup. q. prima & seqq.

- 10 Sed' quòd vtinam in istis parlamentis seruaretur. Tex. in l. quod maior, quia sunt non nulli Barones, qui non solùm non veniunt ad parliamentum, nec mihi tunt procuratores, & per consequens non dici debet Vniuersitas Baronum congregata, & tamen dicit Anell. Amat. conf. 12. n. 15. quod nō per hoc subterfugiunt solutionem adoha, nec etiam Populi, quorum nullus mihi ad parliamentum eorum nomine, & tamen non euadunt solutionem, siue uelint, siue nolint, & licet hoc de iure sustineri posset, prò vt debet sustineri, tamen præualuit opinio non nullorum dicentium sufficere consensum maioris partis congregatorum, sufficit. n. vocare omnes cum sollemnibus à iure requisitis, sed postea nō est necessarium, quòd omnes veniant, debet. n. Vniuersitas esse legitimè conuocata, & congregata, & postea illud, quod statuit maior pars vocatorum, & congregatorum dicitur fieri à maiore parte, & cogit omnes, quia vocare omnes interesse prætententes est de necessitate, sed quòd omnes veniant ad congregandum, adeò vt maior pars vocatorum debeat interuenire, hoc negatur, quia sufficit vocare omnes, & ità debet intelligi 12 textus in l. quod maior in hac materia, quia si aliter intelligeretur, certum est, quòd nūquā diceretur fieri gene-

generale parlamentū, ex quibus siue concedas de iure, siue de facto, semper concluditur pro adoha dicta, licet sub nomine donatiui detur, & ita post Io. Franc. de Pont. toties allegatum docuit discretissimus Regius Joannes Baptista Valenzuola numeris omnibus absolutus, cuius virtutes, probitatem, omnigenasque scientias, ceterasque omnes comprehendiosè in ipso animi, ingenij, corporisque dotes satius est siccō calamo pertransire, quam non dignè, & verè, & affatim recolere conf. 99. n. 62. cum seq. Pat. Antonin. Diana Resolut. moral. resol. 27. Mastrill. de Magistrat. lib. 5. cap. 15. n. 35. ad 42. ibi discurrit, quando vocati non veniunt.

Et conuocata, & vnta Ciuitate, dicitur facta impositio vigore pacti, & ideò maior pars cogit minorē Guid. Pap. q. 63. n. 7.

¶ 3 Sed in effectu reali dicitur exactio necessaria, & tunc maior pars illorū, qui se congregant, cogit omnes, & hoc est notabile, & quotidianum, adeò ut prò absoluto hoc tenetur in Regno, Franc. de Pont. de potest. Pro reg. tit. de regalib. Imposit. in rubr. n. 18. quia talis exactio (prætermis supradictis) iam dicitur præscripta, & reducta ad necessitatem, cùm ab anno 1560. singulis duobus annis vniiformiter fuerit præstita per Baronates, & sic dum plus 30. annorum fuerint elapsi, hoc casu sufficit ad inducēdā obligationem l. Eum qui, C. de fund. rei priu. lib. 11. Andr. de Isern; de bis. qui feud. dar. poss. antē n. 5. verific. nisi à prædecessore, & in cap. primo n. 11. verific. si finē Principis de controuers. feud. apud par. terminād. Anell. Amat. dictio conf. 12. n. 16.

¶ 5 Vnum tamen non omittā, quod aduentant hi, qui ad talia parlamenta deputantur ut omnia cum circumspectione, & conscientia perficiant, & peragant, & ncuia minimè stude-

ant onera imponere, dum illa nec Deus fert imponi, nec Princeps desiderat.

¶ 6 Inferas ex supradictis, quod major pars cogat minorem etiam in donatiuis voluntarijs, in quibus maior pars potest concludere, & præiudicare minori, ita Franc. de

Pont. de regal. imposit. in Rubr. n. 18. dicens, quod dum in anno 1533. fuit supplicatum, vt nullo modo maior pars possit minori præiudicare in donatiuis volūtarijs faciendis, fuit expressè hoc denegatum, eam nimirum ratione, quia posset imminentere vrgens necessitas in Regno, vel Regi prò illius defensione, quo casu expectare vocē omnium vocationum, & congregādorum, adeò ut omnes concludant vnaminitè, hoc esset longum, & donatiū prò succurrentis necessitatibus imminentibus esset tardum, & sic in Regis præiudicium cederet, ideòque sufficere concursum maioris partis Regni, Franc. de Pont. dictio loc. n. 19. ex doctr. Innoc. in e. quanto, de' iur iur. & ibidem Joannes Andr. ea ratione

¶ 18 ex dictis DD. quia negotium Regis reputatur negotium Vniuersitatis Regni, & ideò sufficit consensus maioris partis, quorum doctrinā Franc. de Pont. dictio num. 19. & 20. notat prò dictis parlamentis generalibus, referens verba Ioannis Andr. & per illam intercapelinem, latè Franc. de Pōt. de donatiuis Baron. agit, quē nē videar transcribere, sufficit ibi citasse, ita etiam considera uit Reg. Reuerter. dec. 46. verific. diob secundo circā medium decisionis parte 2. dicens,

¶ 19 regulam l. quod maior, non procedere in actibus necessarijs, maximè quando donatiua fiunt prò succurrēda necessitate imminentē, vt erat casus Reuerterij in inuasione Galorum dicens, sic semper fuisse obseruatū.

¶ 20 Inferas secundò in donatiuis, quæ faciunt

- Faciunt Vniuersitates Regni Domino Règi, vt et si Vniuersitates ipse, siue earum Rectores, seu administratores earum debeant vocari, & maior pars illarum statuere, tanquam quod de earum interesse agatur, tamen distingue in Vniuersitatibus Demaniaibus, & Baronali-  
bus; In Demaniaibus dixit Iacob. Ayell.n.3. Franc. de Pont. dicto loc. n.  
20. quod etiam Vniuersitates De-  
maniales vocantur, quando earum  
interest, vel donant, & tunc debet  
comparere persona legitima missa  
a dicta Vniuersitate pro ut hodie  
fit; nam mactunt mandata, siue pro-  
curationes, & tunc mandatarius,  
siue procurator cum mandato com-  
paret, & eorum maior pars statuit.  
Sed receptu est vnu, quod præualet  
21 maior, et senior pars magnatum  
Regni, qui depurantur ad cuitandam  
multitudinem imperitorum; si om-  
nes Vniuersitates vocarentur. Franc.  
de Pont. num. 25. alias si earum  
non interesset, vel non donarent,  
22 (ut est Ciuitas Neapolis, quae  
est immunis, & interuenit in par-  
lamento, sed non votat, quia non  
donat, idem de Pont. dicto num. 33.)  
non debent vocari.  
23 In Baronibus tunc distingue, aut  
agitur de eorum proprio interesse,  
aut agitur de coequali interesse cum  
Baronibus; Primò casu ipse Vniuer-  
sitates, siue earum Rectores sunt vo-  
candi, & quod cōcludit maior pars  
illorum, statuitur. Aut agitur de  
coequali interesse cum Barone,  
vputa in donatiuis, in quibus Ba-  
ro, & Vniuersitas donant, & tunc  
interest Baroni tum ex proprio  
interesse, tum etiam ne Vniuersitas,  
cuius est dominus, donando depau-  
peretur, & hac de causa possunt Ba-  
rones pro illis interuenire, & maior  
pars Baronum, siue magnatum, seu  
Deputatorum Baronagij concludit,  
& statuit, & cogit minorem, licet
- nullus pro dictis Vniuersitatibus  
interueniat, sed tantum ipsi Baro-  
nes, vel earum magnates Deputati,  
24 & hoc licet dicat Iacobus Ayell.n.38  
& Frecc. de subfeud. auctoritate 5.  
quod est usurpatum per ipsos Barones,  
& male, tamen hoc esse iuridicum,  
& iuri consonum, defendit Franc.de  
Pont. dicto loco n. 24.
- 25 Declara primò omnia supradicta,  
nam si parliamentum, siue donati-  
um, quod tangit Vniuersitates Ba-  
ronales, haberet admixtum nego-  
tium Regis, eiusque interesse, & tuc  
maior pars magnatum Deputatorum  
Regni concludit, & statuit, quia  
tali casu dicitur negotium Vniuer-  
satis Regni, & maior pars seniorum  
magnatum vniuersi Regni cōcludit  
tanquam representantes maiorem  
partem Regni; Aut non est admix-  
tum negotium Regis, & tunc maior  
pars Baronum concludit, tanquam  
quod ipsi Barones possint pro eoru-  
m Vniuersitatibus comparere, & con-  
cludere, Franc. de Pont. dicto loc. n.  
35. verific. Hec duas recipiunt limita-  
tiones.
- 26 Declara secundò, quod dixi ut Ba-  
rones non possit statuere, quod no  
agitur de eorum coequali interesse  
limita hodie indifferenter procede-  
re, ut Barones ex consuetudine per-  
petua, & immemorabili non cōtra-  
dicta per ipsos de Vniuersitatibus  
possint comparere, & statuere in  
parlamentis, & donatiuis, siue aga-  
tur, siue non agatur de eorum coē-  
quali interesse, de Pont. dicto n. 35.  
verific. secundò limita.
- 27 Declara tertio, ut non nulli ad-  
uersantur, quod si maior pars in  
parlamento conculserit pro iniusto  
tributo, licet teneantur ad restitu-  
tionem, & peccent mortaliter, ta-  
men si alius postea veller ob huma-  
num interesse demonstrare, se etiā  
concurrisse, & in effectu concurrit,  
licet non teneatur ad restitucionē,  
quia

quia iam est conclusum , tamen peccat mortaliter , ita Jacob. Graff. lib. 2. decis. prima cap. 127. n. 14. & eum sequitur Pater Antonin. Diana resolut. moral. tract. 3. de parlam. resol. 16. ubi alios allegat , dicens , quod iam damnum est datum , & suffragium , siue votum ultimi nihil cooperatur , nisi tamen vota aliqua essent reocabilia , & sic non est maior pars , & per suum ultimum votum efficeretur maior pars , quia adhuc teneretur ad restitutionem , vel si ipse certum scire , quod etiam sine eius voto adhuc concludetur pro dicta conclusione , quia nūquā excusantur , vide , que dicunt ad hoc Villalob. in sū. tom 2. tract. 11. dub. 7. Silius in secunda secunde D. Thom q. 62. art. 7. Nauar. lib. 3. cap. 3. n. 36. Molin. de Iust. & iur. tract. 2. disputar. 132. n. 3. & alij , quos allegat Ant. Diana ubi supra resolut. 17. Et aduertant Proceres , & Potentiores Regni , qui faciunt exemplum , & ab ipsis permitti pendent , & in dandis votis , siue suffragijs in parlamento aduentant dico , ut benè prius se consulent .

28 Inferas in casu nouæ aggregationis ad aliquem cætum nobilium , vt sunt sedilia in hac nostra Ciuitate , an maior pars cogit minorem contradicentes , dicas , quod aut agitur de noua aggregatione , aut de reintegrazione ad honores amissos , vt primò casu non procedat tex. in l. quod major ; secundo verò casu maior pars cogit minorem , vt decisū , & cōsultum refert D. Sygism. Loffredus conf. 51. incip. In Regia Cancellaria , Vnic. de Franch. in decis. 2. Nec 29 etiā hodie si adesset consensus omnium , adeò ut vnanimiter esse facta conclusio , nec tenet aggregatio siue licentia , & consensu Regis , & hoc propter particularem Regis ordinationem ad supplicationē iplarū platearum , qui per Regias litteras or-

dinavit , quod aggregationes ad Sedilia huius Ciuitatis nō possint fieri sine speciali mandato Regis , & vnanimi consensu omnium nobilium , vt est statutū per speciale Capitulum iplarum platearum , adeò ut hodie debeat nobilium consensus , & consensu Regis , ut nuper fuit practicatum in aggregatione D. Berardinii Montalui Equitis Sancti Iacobi de Spata , olim Præsidentis Regiæ Cameræ Summarie , Regentis in supremo Italie Consilio , & in præsenti Regno à latere Consiliarij , & Regétis Regiam Cancellariam , & nunc dignissimi eiusdem Regiæ Cameræ Locumtenantis , & Marchionis Sancti Juliani , Domini mei obseruandissimi ; qui ob suam benignitatem , humanitatem , bonitatem , clemētiam , ceteraque animi dores obtinuit vota omnium ferè nobilium nostræ Plateæ Nidi prò ipso aggredando , & dū supplicauit Regiæ Majestati , ut dispensaret , obtinuit posse aggregari , & vocatis nobilibus , ac congregatis prima vice , comparuit unus de Platea , & impediuit , & negotium siluit ; deinde excrescente eius humanitate erga nos , cessante dicto impedimento , iterum fuit tractatum , & conuocata Platea , fuerunt proposita duo capita .

Vnum , an si Platea vellet dispēfare eius Capitulo , per quod erat statutum , non posse fieri aggregationem nisi vnanimiter . Alterum an dicta Platea vellet aggregare dictum D. Berardinum , & in prima Platea , siue in prima sessione fuit per centum sexaginta nobiles conclusum dispensari dicto capitulo , & in secunda sessione fuit etiam conclusum in maiori parte , & sic di... Februarij 1631. fuit aggregatus dictus D. Berardinus maximo cum Ciuitatis nostræ applausu , & lætitia , & maximè uirorum nobilium , & expectatur consensus Regis prò per-

perfectionando actu prædicto, licet  
30 aliter fuisset obseruatum in persona  
III. Ducis Ossunæ Proregis ultimi,  
qui fuit aggregatus, & reintegratus,  
prout petiit.

32 Inferas similiter, vt maior pars  
concludat in aliqua Ciuitate, in  
qua si adessent separationes, vtpu-  
ta sessiones nobilium, & Popularium,  
& tunc maior pars etiam si sit no-  
bilium tantum concludat, & strin-  
gat minorēm, *Franch. decisi.* 207.nu.  
8. prò vt seruatur ab immemorabili  
tempore, sicque extat Regia decre-  
tatio in nostra Ciuitate, in qua ma-  
ior pars Platearum concludit, siue  
sint nobiles tantum absque popula-  
ri, siue nobiles cum populari, prò  
vt etiā dicit *Franc. de Pont. de potest.*  
*Proreg. tit. 2. de abund. Ciuit. S. sep-*  
*timo n. 13. 14. & 16.*

32 Inferas ultimò, quòd in parlame-  
to non debent vocari, nec vocan-  
tur, nec dabunt vocem illi, qui pos-  
sident feuda plana; & de tabula,  
*Marin. Frecc. lib. 2. de subfeud. Baron.*  
*rie de different. feu. quaternat. et plani,*  
*& de tabula n. 12. fol. 24. Nicol. Intri-*  
*glot. de feud. cœt. p. q. 45. n. 160. et 511.*  
dicens, quòd suus Baro dabit vocē  
in parlamento.



### ARGVMENTVM.

Concesso feudo, nulla facta  
mentione adohæ, an illa sub-  
intelligatur, & facta mentio-  
ne adohæ quando intelligen-  
da secundum, veterem, vel  
nouam taxam, & quando ser-  
uitium subintelligatur sub  
simplici concessione, et qua-  
le, An fidelitas, vel citrè fide-  
litatem, Et quando adoha-

non comprehendatur in cō-  
cessione feudi facta in Re-  
gno, Refertur quæ sit taxa ve-  
tus, & quæ noua. De conce-  
sionibus factis antè taxam ve-  
terem, vel post, & de factis  
post taxam nouam; Et con-  
cessio de feudo francho, quæ  
seruitia comprehēdit, & quæ  
non, & sub feudo cōditiona-  
to, quale seruitium compre-  
hendatur.

### S V M M A R I A.

- 1 Feuda in Regno nostro duabus vici-  
bus fuerunt taxata, & n. 3.
- 2 Liber Cædularis Baronum quid sit.
- 4 Seruitium an subintelligatur in con-  
cessione feudi simpliciter facta, &  
quid in adoba.
- 5 Seruitium, quod comprehenditur, se-  
ue in est fidelitati, venit in simplici  
feudi concessione, & n. 7.
- 6 Seruitium militare non venit in sim-  
plici feudi concessione.
- 8 Seruitium consuetum venit in sim-  
plici concessione feudi.
- 9 Seruitium contentum sub forma fide-  
litatis, venit in simplici concessione  
feudi.
- 10 Adoba continetur in simplici conces-  
sione facta in Regno subfeudali ser-  
uitio, & n. 12.
- 11 Doctores differentes, quòd facta  
simplici concessione, an veniat ser-  
uitium, & quale; referuntur.
- 12 Iosepho Cumia, dubitanti, an adob-  
ha continetur sub fidelitate respo-  
detur, & firmatur eius dubitatio.
- 13 Adoba an continetur in concessione  
facta subfeudali consueto seruitio,  
& n. 15.
- 14 Adoba loco seruitii personalis fuit  
commutata Baronibus tempore Re-  
gis

gis Alphonſi traditur.

- 16 Concessio feudi sub consueto seruitio intelligitur de seruitio illius loci , ubi fit concessio, nō de seruitio solito praestari per feudatarios prædecessores.
- 17 Seruitium solitum , & consuetum in Regno nostro intelligitur de adoha .
- 18 Concessio feudi facta in Regno nostro sub adoha feudali , intelligitur de adoha generaliter debita per alia feuda tempore concessionis , & sub 21.22.
- 19 Taxa adoha in Regno duplex , una in anno 1504. altera in anno 1564.
- 20 Taxa adoha anni 1504. dicitur in Regno (la tassa vecchia) sed taxa anni 1564. dicitur (la tassa noua).
- 21 Concessio feudi sub adoha feudali facta antè annum 1504. intelligitur de adoha tunc temporis consueta.
- 22 Concessio feudi facta post annum 1504. sed antè taxam nouam intelligitur secundum taxam tunc temporis , & sic secundum taxam veterem .
- 23 Concessio feudi facta sub feudali adoha post annum 1504. intelligitur de taxa noua, quando dicta taxa noua comprehendisset omnia feuda non taxata in dicto anno 1504.
- 24 Concessio feudi sub feudali adoha facta post annum 1564. intelligitur secundum taxam nouam.
- 25 Concessio feudi franchi intelligitur de seruitio pecuniario , non autem personali .
- 26 Concessio feudi franchi intelligitur francum à seruitijs , quæ non continentur sub fidelitate .
- 27 Concessio feudi conditionati simpliciter facta sub feudali seruitio , intelligitur de seruitio contento sub conditione .
- 28 Concessio feudi non facta mentione seruitijs , intelligitur de seruitio comprehenso in fidelitate , non autem de solito .

## QVÆSTIO XXXV.

**H**Anc , quam indicaui , & tractabo questionē difficulter vñi euenturā puto in Regno nostro. Cum omnia feuda in Regno duabus vicibus fuerint taxata: In anno 1504. fuit facta vna taxa , quo tempore dicit Reg. Camillus de Curtis , fol. 41. n. 55. quod omnes feudatarij tunc temporis fuerunt taxati , & omnes taxę omnium feudorū fuerunt notatae in libro quodam , qui fuit appellatus Cedula Baroniū , vt infr. q. 55. & antè annum 1504. aliā taxam nō reperimus; Aliā fuit taxa facta in anno 1564. quo tempore fuerūt taxata alia feuda nō taxata in anno 1504. vel illa alia feuda posteā deuoluta ad Regem aliquā de causa , & per Regem de nouo concessa , hæc loco præmissorum retineamus.

**4** Quibus sic positis deueniendo ad questionem. An Facta concessione feudi indefinitè in Regno , nulla facta mentione de adoha , an illa subintelligatur , Cuius quæst. resolutio dependet ex tergiuersata illa questione , An facta concessione in feudum subintelligatur seruitium feudale , siue militare , & ideo ponas plures casus.

Primus casus , quando est facta concessio indefinitè , nulla facta mentione de seruitio feudali , & tunc duæ sunt Doctorum opiniones .

**5** Vna fuit Andr. de Isern. in cap. p. S. huius autē generis n. 8. ex quib. caus. feud amictatur , dicentis sub tali concessione benè includi seruitium illud , quod comprehenditur sub fidelitate , non autem seruitium militare , eò quod seruitium , quod inest fidelitati , est de substantia feudi , prò vt ipsa fidelitas , & ideo semper subintelligitur , vt post Herm. Vul- teu. de feud. lib. 1. cap. 6. Carol. à Khr- cheberg. in suo discurs. de feud. ex part.

&amp;

& prouid.cap.4.num.119.et seqq. tenet doctiss. Ant. Monach. de recta feud.interpret.cap.57. particul. 6.nu. 4. licet ibidem nu. 5. videatur inclinare, quod sit de substantia, dum inducit ibi tex. quod dicat sanè vt fideliter Domino seruiat, datur feudū, nō sic seruitū militare, quia non est de substantia feudi, sed de natura, & ideo remitti potest, & Andreā turbulentō more loquentem, vt dicit Ioannes CANNET. & somnolentē, vt dicit Rosenthal loco inferius allegendo, sequitur Matth. Afflīct. sibi cōtrarius in dicto §. huius autem generis, n. 45. & in cap. 1. § sed nec alia iustior, n. 18. & 19. q̄ fuit prima causa benefic. amict. Iacob. de Franch. in pralud. feudorum n. 194. idem Afflīctus decis. 323. Ioannes Gratus cōf. 9. n. 126. vol. primo Paris. cons. 23. n. 31. & seq. lib. primo Tiber. Decianus cons. 58. n. 42. vol 2. Claud. Seysell. de definit. feud. fol. 73. in paruis.

- 7 Altera fuit opinio, vt debeatur seruitiū illud, quod inest fidelitate, & sub illa comprehenditur, putata vnum de illis octo, & sic de consueto seruitio solito præstari in loco concessionis, & sic Regni illius, vbi feendum situm est, & hanc docuere Sygism. Loffred. cons. primo n. 118. Marin. Frecc. de subfeud. Baron. lib. 2. de auctoritate Baron. auctoritate. 5. n. 8. & post' alios Petrus de Gregor. de concess. feud. parte prima q. xi. n. 2. & parte 8.q. 2. n. 4. ver. secundò præsuppono, & post Ias. Franc. Curt. & Bald. tenet Ioseph Cum. in cap. si aliquem, in verb. consueti seruitū, n. 62. Nicol. Intrigl. de feud cent. prima q. 9. n. 159. & antè istos Bartholom. Camer. in cap. Imperiale, fol. 34. à tergo col. prima lit. L. & M. dicens, non liberari feudatarium ab illis seruitijs, quæ continentur sub forma fidelitatis, p. o quibus explicandis puta defendere Dominum, reddere seruitū, & incolumen, non nō oportet

seruire de persona, & expendere, & erogare, sed facta tali cōcessione in Regno nostro, sequitur, quod debetur seruitū consuetū, & quod continetur sub tali concessione, tanquam implicitū ipsi fidelitati, sed loco seruitij cōsueti debetur adoha, & in locum siue ad taxā adhoꝝ datur donatiuum, ergo facta tali concessione, debetur donatiuum, tanquam contentum sub adoha, quæ continentur sub seruitio consueto, quod 11 continetur sub fidelitate, & in puncto hanc sententiā docuere ex Regnicolis nostris Marin. Frecc. de subfeud. lib. 2. auctoritate 5. n. 8. antè ipsum Sygism. Loffred. cons. primo n. 118. Bartholom. Camer. in cap. Imperiale, fol. 34. à tergo col. p. lit. L. & M. Matth. de Affl. in cap p. in princip. n. 38. & 50. ex quibus caus. feud. amict. & in cap p. S. similiter, n. 3. de capit. Corrad. Anton Capyc in verb. feud. rum genera, versic. Rectum feudum, nouissimè Regius Consil. Ioannes Andr. de Georg. in suis repetit. feudal. cap. 56. à n. 35. ad 36. Thom. de Marinis de generib. feud. tit. 18. de feud. non habente propriam feudi naturam, n. 7. Camill. de Curt. fol. 41. n. 45.

Ex Siculis hanc docuere sententiā in puncto iuris feudalis cōmunis, & Regni Siciliæ, & nostri Petr. de Greg. de concess. feud. parte prima q. xi. n. 2. & parte 8.q. 2. n. 4. Ioannes CANNET. in Extrauag. si aliquē, fol. 254. cap. Incip In tex. num. 7. qui videtur arguere Andr. de Isern in dicto cap. primo §. huius autem generis, n. 8. quod turbulentō stylo loquutus sit, licet contrā Ioannem CANNET. defendant Andream de Isern. Regius Consil. Ioannes Andr. de Georg. in d. cap. 56. n. 45. prò vt sic etiam saluat Andr. Iser. Ioseph. Cum. in cap. si aliquem, in verb. cōsueti seruitū, n. 62. & propriè 64. dicendo; debere intelligi de seruitio illo, quod non inest fidel-

tari, vt nōs inferiūs dicemus Nicol.  
Intrigl. de feud. cent. prima qu. 9. nu.  
160. & seq.

Ex Germanis hanc sententiam, vt debeatur seruitium, conluetum solui in loco cōcessionis factæ, & sic Regni, vel Provinciæ, docuere contrā Iser. Friderich. Schenc. in cap. primo ex quib. caus. feud. amicet. num. 11. Ioannes Schoner. de feud. parte 6. num. 93. Ludolph. Scrader. de feud. parte 6. cap. 6. nu. 5. & omnium larissimè hanc communem esse refert idem Henrich. à Rosental de feud. cap. 8. conclus. 5. num. 3. & 4. & nouissimè Andr. Khol. de seruit. feudal. parte prima quæst 2. num. 5. licet nonnulli, vt fuit Ioseph Cum. Intrigl. Ioannes Andr. de Georg. ceterique supra alleg. conentur defendere Iserniam, vt intelligatur de seruicio, quod non inest fidelitati.

¶ 2 Vnum tamen aduertit Ioseph Cum. in hoc articulo dicendo, quod opinio Andreae de Isern. est vera in suo genere, & sic in seruicio, quod non inest fidelitati, & pariter esse verati opinionem contrariam, vt subintelligatur seruitium, sed punctus est, dicit Ioseph Cum. videre, an adoha subintelligatur sub fidelitate, prò vt nos admisimus supra, quia si subintelligitur, bene procedit opinio contra Andr. & quod continetur, patet quia si admisiimus contineri seruitium, quod inest, & comprehenditur sub fidelitate, sed ad explicandum fidelitatem vassallus tenetur seruire de persona Domino suo ad finem redendi illum incolumen, & tutum, sed hoc seruitium personale in Regno nostro dicit Camill. de Curt. dicto fol. 41. num. 46. col. prima quod succentibus temporibus fuit redactum in pecunia, quæ pecunia subrogata est loco seruitij personalis, quæ pecunia loco ser-

uitij prædicti, dicit ibi num. 47. quod appellatur adoha in Regno, ergo dum adoha successit loco seruitij personalis, & seruitium personale continetur in dicta concessione, ergo & adoha tanquam subrogata continetur; quicquid dicat Ioseph. Cum. dicto loc. num. 70. ver. sc. distinguendum tamen nobis videtur, vbi hæc non penetrauit, sed cum quadam ingeniosa distinctione voluit saluare capram, & caules, dicendo, aut feudarius potest soluere, aut non, vt primo casu teneatur; secundo non teneatur.

¶ 3 Secundus casus, si in concessione fuerit enunciatum seruitium, sed indefinite, putà sub feudali seruicio consueto, an subintelligatur adoha, sic etiam, & donatiuum, quippe cum si adoha intelligeretur

¶ 4 adhuc, & si non posset tractari de seruitij personalis præstatione, cum vt circumfertur tempore Regis Alphonsi seruitiū personale fuit commutatum in pecunia, vt refert Cons. Io. Andr. de Georg. in repetit. feudal. cap. 66. nu. 50. & seq. quæ pecunia loco dicti seruitij, vt alias dixi, fuit appellata adoha, tamē adhuc dicas adoham, & per consequens dona-

tiuum comprehendi, quia in tali  
concessione intelligitur de consueto, & solito præstari in Regno, vbi conceditur feudum Mattb. Asflid. in dicto cap. primo num. 38. ex quibus caus. feud. amicet. & in dicto cap. primo §. similiter, num. 3. de capit. Corrad. ceterique modo allegati, & quos allegat, & sequitur Henrich. à Rosental d. c. 8. conclus. 4. n. 3. lib. 6.

Ioseph Cum. in d. verb. seruitij cōsueti n. 83. dicens non intelligi de seruicio præstito per prædecessores concessionarij, sed prò vt soluitur pte generalem consuetudinem Regni, idem tenet Marin. Freccia de subfeud. lib. 2. de auctoritate Baron. auctoritate 5. num. 8. dicens

T in

- 17 in specie exigi de singulis viginti vncijs decem, & sic adoham Anton. Capyc. in verb. feudorum genera. ver. sc. conditionatum circā finem, dicēs etiam si esset feudum conditionatū ad certum seruitium, adhuc teneri ad seruitia, quæ continentur sub fidelitate, Iaennes Andr. de Georg. dicto cap. 56. n. 39. & 46. ver. sc. quādo verō.
- 18 Tertius casus, quandō facta est concessio feudi sub adoha feudalii consueta, & tunc vt in principio præsentis questionis dixi, quia duæ sunt taxæ adobarum vna in anno 1504. vt dicit Camill. de Cure, dicto fol. 41. n. 55. Altera anno 1564. ut ipse dicit n. 66. in fine Praes Amat. dicta conf. 12. n. 10. ver. sc. in eadem consultatio- ne, & n. 11. 12. & seq. dicēs, in anno 1571. fuisse taxata alia feuda devo- luta Regi ob lineam finitam, vel Rebellionem, vel alia de causa; quæ taxę prima dicta la vecchia, secun- da autem la tassa noua ut infr. dicam q. 55. ideò distinguas, si feudum nō reperitur taxatum, de qua taxa in- telligenda est concessio, vjde quæ. dico infr. d. q. 55. de feudo vend. cū pacto de retrouendicto.
- 21 Dicas, aut feudi concessio fuit facta antè dictum annum 1504. & tunc est intelligenda de adoha, quæ tunc temporis erat generalis in Re- gno, ratio quia concessio simpliciter facta, intelligitur de seruitio, quod generaliter ex consuetudi- ne loci debetur, ubi feudum con- cessum manet, & illud debetur Matib. Afflct. in dicto cap. primo in princip. num. 38. & 59. ex qui- bus cauf. feud. amicī. & in cap. pri- mo S. similiter, num. 3. de capit. Corrad. Præpositus in cap. primo ver- sc. Sed quid si Dominus, in qui- bus cauf. feud. amicī. ubi Andr. de Isern. num. 9. Frideric. Schenck. de feud. num. 11. Iaennes Blanc. de feudis lib. primo cap. 3. num. 37.

Jacobin. de Sancto Georg. in sua inuesti. feudal. in verb. qui quidem inuestiti, num. 65. Io. Scheneidu. de feud. parte 5. num. 93. Ludolph. Scrader. de feud parte 6. cap. 6. nu. 5. Henrich. à Rosental de feud. cap. 8. conclus. 4. num. 3. Andr. Khol. de seruit. feudal. parte 2. qu. 1. num. 5. ceterique quos supra in præsenti quæstione allegauimus, nè illos repetam, dum fundauit esse opinionem Regnicolarum, Siculorum, Germanorum, & Fran- cigenarum, & in specie huius capitis nostræ distinctionis quando seruitium, siue adoha non est ta- xata, tenet Marin. Frecc. dicto lib. 2. auctoritate 5. num. 8. ver. sc. Sed quando, ex doctrina Sygism. Lof- fred. conf. primo num. 118. Petrus de Gregor. dicta parte prima queſt. 11. num. 2. & sequenti, & parte 8. queſt. 2. num. 4. Ioseph. Cum. a. loc. num. 62.

22 Aut post annum prædictum, sed autè taxam nouam, & tunc quia reperiuntur taxata feuda in dicto anno 1504. & secundum illam ta- xam debet intelligi adoha, cùm iam sit determinatum seruitium, & concessio indefinitè facta de seruitio, dicunt omnes præfati Do- ctores, quod si seruitium reperiatur determinatum, & taxatum gene- raliter in Regno, tunc de dicto generali taxato seruitio intelligen- da est concessio, & per consequens secundum nouam taxam, ratione, quia tunc temporis taxa dicti an- ni erat generalis in Regno, & non noua taxa, quæ cum sit lex noua, non habet oculos retrò, sed futu- ra prospicit, nisi tamen taxa no- 23 ua comprehendisset omnia feuda non taxata in dicto anno, & quando non habemus certa seruitia in inuestitura, tunc ad ius com- mune, siue generale Regni recur- rendum est, vt dicunt feudistæ in

in prælud. feudal. quos longa manu colligit, & allegat Henricb. à Rosenthal. de feud. cap. i. conclus. 13. & 14.

24 Aut post annum taxæ nouæ, & tunc pariter secundum nouam taxā intelligenda est concessio, quia dicta taxa est lex generalis in Regno de seruitio, siue adoha.

Aut reperitur taxa specialiter facta in concessione, de qua discepatur, & tunc secundum illam intelligitur concessio, quia dum habemus certa verba in Inuestitura, non curamus de alio, prò quibus vide Marin. Frecc. auctoritate 5.n. 19. dicentem prò feudo antiquo præstari seruitium antiquum consuetū, sed prò nouo præstari nouum consuetum Ioannes Canner. in extrauag. si aliquem fol. 254.n. 2. Cumia n. 83.

Et proinde ad instantiam fisci citatur talis concessionarius ad dicendum causam, quare non debet taxari in cædulario, qui feudatarius si nō docet de immunitate, taxatur in cædulari, capta priùs informatione de redditibus feudi, ut toties dixi, & ita seruatur vide supra q. 12.

25 Declara primò, quòd, & si feudū esset concessum exp̄resē francum à seruitio, debet intelligi de seruitio in pecunia, non autem de personali contēto in fidelitatis forma, cū hac differentia, quia non tenetur seruire de persona, sed expensis Domini concedentis, ut post Oltrad. de Pont. conf. 234. incip. Fac̄im tale est tenet Iacobin. versic. Et promiserunt, Barbolum. Camer. in cap. Imperiale, fol. 34. à tergo col. 2. lit. T. Ioseph Cum. in verb. Confueti, n. 35. & 65. Nicolaus Intrigl. de feud. cent. p. q. 9. n. 173. Ca-

26 mill. de Curt. fol. 41. num. 44. prò ut etiā intelligi debet francum à cæteris seruitijs, quæ non continentur sub forma fidelitaris, ut est seruitiū Cursoris, portatoris litterarum, hisque similia.

27 Nisi tamen esset feudum concessū

sub tali seruitio, quod dicitur feudum conditionatum, quia etiam non facta mentione talis seruitij, intelligitur de illo per supra dicta, Ioseph Cumia dictio loc. n. 59. Anton. Capyc. in verb. feudorum genera, versio. Conditionatum. lo. Andr. Georg. repetit. feud. cap. 56. n. 15. Henrich. à Rosenthal cap. 8. q. 4. n. 12.

28 Declara secundò procedere supradictam conclusionem, vt non facta mentione seruitij, intelligatur tantum de seruitio compræhensivo in fidelitate, non autem de non compræhensivo, quòd si Rex esset solitus apponere tale seruitium extrà fidelitatem, adhuc nō intelligi appositum, nec impositū censemur, quia nemo præsumitur dicere quod mente non cogitauit, Ioseph Cum. dictio loc. num. 60. Ioannes Andr. de Georg. in repetit. feudal. cap. 56. n. 28.



## ARGUMENTVM.

Plures si sunt concessiones, & taxæ seruitij militaris, & sic adohæ quomodo intelligenda concessio circà adohā; Et proponuntur plures casus: Quid quando vna concessio discreparet ab altera, vel confirmaret, vel similis esset; Et quid quando feudū esset devolutum, & de nouo concessum, nulla facta, uel facta mentione illius; Et quid si feudū esset diuersimodè recognitū quænam recognitio atten-denda.

- 1 Concessiones plures vnius feudi quomodo de adoha sunt intelligenda remissive.
- 2 Concessio feudi si sive facta ante annum 1504. vel post annum 1564. remissive.
- 3 Concessio feudi confirmans primam, & nil addens, intelligitur de adoha debita tempore prima concessionis.
- 4 Concessione secunda confirmatoria prime continentis seruitium consuecum, facta etiam sub feudali seruitio consueto, an sic intelligenda de seruitio tempore prima secunda concessionis distinguitur num. scqq. & n. 12.
- 5 Concedens, & concessionarius redites a prima concessione, tenentur ad seruitium debitum tempore secunda concessionis.
- 6 Seruitium consuetum appositum in secunda concessione, est intelligendum in dubio de seruitio debito tempore prima concessionis.
- 7 Concessio feudi deuoluti, facta sub feudali consueto seruitio, intelligitur de taxa vigente tempore concessonis post deuolutionem nisi in specie taxetur, vel si expresse sub antiquo seruitio fuerit facta, & n. 8. & 11.
- 8 Seruitium in prima concessione appositum, per deuolutionem Curia dicatur extinctum.
- 10 Taxa noua fuit facta ab causis feudorum deuolutorum, & de novo concessionum.
- 12 Concessio noua, siue noua inuestitura, siue noua lex simpliciter loquens, non alterat taxam primam, secus autem si prima concessio non contineret taxam, quia noua intelligitur de consueta tempore nouae inuestitura.
- 13 Feudum francum deuolutum Regiae Curiae, & de novo simpliciter concessum amiclit franchitiam, & continet seruitium consuetum.

- 14 Feudum concessum sub una natura, & deinde recognitum sub alia, vel diversimode recognitum, tunc constito de eius natura, intelligitur concessum sub adoha solita.
- 15 Feudum deuolutum vendi potest ad rationem taxae veteris, secus de Consuetudine Regni.

## QV AEST I O XXXVI.

**P**otest aliquando feudarius tenere plures concessiones de uno feudo, & tunc dubito, an plura debeant praestari seruitia, an verò vetus, siue antiqua concessio declaretur, limitetur, vel amplietur per posteriorē, vel mutatur, vel tandem ultima referatur ad primā; De qua quæst. quādo prima inuestitura mutatur, alteratur, limitatur, vel ampliatur per secūdam, videoas ultimos scriptores, qui omnes allegant, & plures casus enumerant, prò ut est Henrich. à Rosenthal. de feud. cap. 6. conclus. 69. Nicol. Inrigl. de feud. cīr. prima q. x. tamen quod spectat ad materiam nostrā, facio plures casus.

- 2 Primus casus est, si inuestitura, siue taxa in ea fuit facta ante annum 1504. vel post, sed ante annum 1564. vel post annum 1564. & tunc perquisas quæ dixi supra quæstione praecedenti.
- 3 Secundus casus, quando sumus in feudo confirmato, vt putè si produceretur prima inuestitura cum taxa seruitij, & produceretur alia, quæ confirmaret primam, & tunc si secunda inuestitura confirmatoria tantum primæ confirmaret tantum primam, & nihil innouaret, declararet, vel aliud faceret, quod primæ repugnaret, et tunc taxa adohæ, siue seruitij est intelligenda secundum generalem adoham tempore primæ concessionis, quia confirmatio, siue reuocatio simpliciter facta, nihil de quo dat, nec addit nec

nec minuit, ita ex doctr. *Decij in Rubr. de confirmat. utili, vel inutili, tenet Iohannes Canner. in Extravag. se aliquem, cap. Incip. In tex. fol. 255. n. 18. ad 20. Nicol. Intrigl. de feud. cōt. p. q. 9. n. 166. & seq.* dicens, non videtur recessum à prima inuestitura.

- 4 *Terrius casus dependens ex præced. si secunda concessio, siue renouata, siue confirmatoria primæ faceret aliquam mentionem de seruitio, putà de consueto, vel aliàs, & prima concessio esset indefinita, adeò ut de consueto, & generali seruitio prima concessio fuisse intelligenda, tunc quero, ista secunda de quo cōsuetudo seruitio esset intelligenda? an tēpore primæ cōcessione, vel tēpore nouæ taxæ, quod est consuetum tempore secundæ inuestituræ, ideo distinguendi sunt plures casus. Aut constaret expressè quod voluerunt concedens, & concessionarius recedere à prima inuestitura, siue cōcessione, & tunc quia videtur noua concessio derogans priori, ista secunda est intelligenda secundum taxam vigentem tempore secundæ inuestituræ.*
- 5 *Aut sumus in dubio, si vel nè cōcedens voluerit sētire per illud verbum consuetum de seruitio consueto tempore primæ concessionis, & in hoc casu, quia sumus in confirmatione, seù renouatione, cuius natura est nihil de novo addere, dico, quòd sunt concordantē iste inuestituræ, vt secunda referatur ad primam, & intelligatur de seruitio consueto tunc temporis primæ cōcessione, quod si ita non intelligemus, sequeretur absurdum dicere, est confirmatio, & alteratio insimul, hæc dixitio est vera in se, tamen si mibi non credis, adeas Henricb. à Rosental de feud. cap. 6. conclus. 69 n. 7. lit. C. & H. vbi in numeros allegat DD. hanc distinctionem suadentes, Nicol. Intrigl. de*

*feud. cent. prima q. 10. à n. 54. ad finē.*

- 7 *Quartus casus, si feuda fuissent concessa sub certo determinato, vel conlueto seruitio, & posteà deuoluta essent ad Regiam Curiam ob felohiam, lineam finitam, vel alia de causa, & deinde à Domine concederentur alteri simpliciter, tunc seruitium, siue adoha primo loco impositum, non censemur repetitū in ista secunda, siue noua concessione, nisi imponatur, sed intelligitur concessum sub taxa vigente tempore istius concessionis, siue veteris, siue nouæ. Andr. de Iser. in cap primo n. 12. & 13. in quib. caus. feud. amicī. ubi Martb. Affid. n. 5 1. & decis. 361. n. 35. Marin. Frecc. de subfeud. auctioritate 5. n 19. dicens, quòd debet intelligi concessio secundum nouam taxam, adeò ut si feudum deuolutum adohabat vnum par chirotercum, vel duos tarenos, si posteà cōceditur, est taxandum de novo, & debet solui adoha prò valore frumentum, & sic secundum morem, & consuetudinem adoha Regni nisi (intelligit Freccia) in specie hoc dicatur à Principe sub antiquo, & cōsuetudo seruitio, Ioseph Cum. in cap. si aliquem in verb. seruitiū consueti, n. 108. reddens rationē, quia seruitiū antiquum primæ concessionis per deuolutionem ad Regem est iam extictum, & ideo si de novo concedatur, de novo debet taxari, & per consequēs intelligitur secundū nouam taxā, vigentem tēpore nouæ concessionis, & sic secundum mores, & cōsuetudines Regni, quæ est taxa nova; quæ taxa nova ideo fuit facta ob causam dictorum feudorum dicit Pref. Anell. Amat. cons. 12. n. 11, referens, sic fuisse obseruatum, & decisum in anno 1571. in Regia Camera in Comitatu Nole, & Ducatu Boiani post Vinc. de Ann. in cap. p. n. 150. de vassall. decrep. etat. & in statu Amatricis, quorum feu-*

dorum prima taxa fuit per secundā taxam in casu nouæ cōcessionis aucta , nam status Amatricis soluebat ducatos 980. & in anno 1591. fuit taxata , & aucta iiii ducatis 540 i.e. at 6.ea ratione, quia fructus isto medio tempore creuerunt ex tempore , & per conseq̄ens taxa debebat fieri in secunda vice , inspecto ualore fructuum , qui sunt in redditu tempore istius nouæ concessionis , *Camill. de Curt. in diuersor. feudal. fol. 41. à tergo n. 57.* dicens , in istis feudiis deuolutis , & de nouo concessis. deberi attendi nouam taxam, non autem antiquam , *Nicol. Intrigl. de feud.cenc.p.q.9.n. 165.* dicens debe- re attendi fructus ultimæ concessio- nis prò soluenda taxa adoha ; & ita fuisse decismum in Regia Camera , & consultatum refert *Regens Moles tis. de donatiuis questione 2. in an-* no 1571. & erat tunc Commissarius dictus Reg. Moles .

12 Quintus casus si esset facta noua lex , vel noua inuestitura de feudo , & de illo præstaretur adoha cōsue- ta, & sic seruitiū consuetum, attenta clausula sub consueto seruitio , & si in prima inuestitura fuit adoha ta- xata , tunc per hanc secundā non alteratur prima, sed refertur ad illā, si uero non fuisse taxata adoha , sed indefinita fuisse concessio , tunc per ista verba secundæ concessionis videtur adoha imposta secundum generalem consuetudinē Regni vi- genteim tempore dictæ cōcessionis , non autem ut præstetur adoha , prò ut prædecessores præstauere , ita post *Bartholom. de Capua, Afflct. Parid. Luc. de Penn.* cæterosque hinc in- dè allegatos examinat *Ioseph Cum. in dicto cap. s. aliquæ, in verb. confusi,* n. 105. usque ad 115.

13 Sextus casus , si prima inuestitu- ra feudi dictaret feudum francum à seruitio , quod feudum sic francum esset aliqua de causa deuolutum ad

Regē , & deinde fuisse simpliciter concessum , quia intelligitur con- cessū sub feudali seruitio , siue ado- ha generale Regni, vbi feudum con- ceditur , non autē intelligitur con- cessum francum , prò vi primo loco fuit concessum, quia per deuolutio- nem , & reuersionem ad Dominum , res reuertitur ad naturam suam , & intelligitur concessū secundū natu- ram feudi , per quam venit seruitiū feudale , siue adoha , ita post multa cōcludit *Henricb. Rosental. de feud. cap. 8. conclus. 4. nu. 8.* referens se ad ea , quæ dixit *cap. 6. q. 32. n. 6. & seq.* & q. 6. prò ut sic fuisse decismum in Regia Camera refert *Regens Moles tis. de donatiuis , q. 2.*

14 Septimus Casus , si feudum fuisse concessum sub vna natura , putà rocam , vel conditionatum ad certū seruitiū , putà Cursoris Maioris , h̄icque similia , de quib. *Capyc. in verb. istudorum genera versc. Recū , & conditionatum , & vassallus per legitimū tempus recognouisset , ut conditionatum , & ita seruitiū præstitisset , si hoc ex certa scientia fecisset , tunc sibi præjudicat , vel si sub alio seruitio , quam destinato , & solito recognouisset per legitimū spatium temporis , quod si in prima inuestitura nulla facta esset mentio seruitiorum , quo casu solita deben- tur , & posteā producerentur vna , vel plures recognitiones , per quas appareret diuersimodè solutam es- se adoham , & posteā constaret tale feudum benè habere naturam re- gni , non autem conditionati , tunc debetur adoha solita in Regno , non autem talia insolita seruitia , vt cō- cludunt p̄ermulti DD. quos longa manu allegat , & sequitur *Henricb. à Rosental de feud. cap. 6. conclus. 6. nu. 17. in Glossella. x. vide inf. q. 53.**

15 Octauis Casus quando Rex vult vendere feuda deuoluta ad ratio- nem taxæ adohæ veteris , & in hoc casu

casu refert Reg. Moles dicta decis. 2.  
tit. de donatiuis in fratre; quod de iure  
hoc procedit ex ibi allegatis, & ex  
ijs, quæ hic dixi, & dicam in sequē-  
ti, Tamen in Regino nostro nūquā fuit  
consuetum fieri, & hac de causa  
Domini Præsidentes tunc temporis  
noluerunt articulum déciderē, sed  
coſtinuentibus oculis, & attenta  
vrgentissima necessitate tunc tem-  
poris existente, decreuerunt vali-  
dam esse venditionem feudorum  
deuolutorum factam secundum ta-  
xam veterem, & ita expedita fuit  
consultatio.



## ARGUMENTVM.

De feudo amissio per patrem, recuperato per filium, an debeat adoha secundum taxam tempore factæ cōcessio-  
nis, vel tempore recuperatio-  
nis; Et quid de feudo seque-  
strato; Et quid de feudo dato  
in excambium, Et quid de  
feudo rēempto. Et quid de  
terra Baronali effecta de de-  
manio qualitè debet solui  
adoha.

## SUMMARIĀ.

- 1 Adoha de feudo recuperato soluitur secundum taxam tempore prima concessionis, non autem tempore recuperationis.
- 2 Adoha reservatio in confirmatione feudi recuperati, intelligitur de adoha taxata in prima concessione.
- 3 Adoha debetur de annuis redditibus datis in excambium feudi, quod per

aliquem tenetur.

- 4 Res data in excambium feudi dici-  
tur feudalis.
- 5 Adoha non debetur, quando feuda-  
tarius soluit prò feudo aliquid an-  
num, & corrigitur Io. Baptista  
Biloëta locus in allegando Iacobo  
Ayello.
- 6 Introitus subrogati in locum rei feu-  
daloris, assumunt naturam feudale, etiam si nihil de qualitate feudali  
fuerit expressum, Et qui assignan-  
tur super re feudalii, qui prius debe-  
bantur super re bugensatica sub  
cod.n.
- 7 Adoha debetur de feudo rēempto, prò  
ut prius.
- 8 Terra Baronali affecta de demanio  
an soluit adoham, quam prius sol-  
suebat Baro.
- 9 Et quid de demanio, vel subiectione  
Baronali inter media.

## QVÆSTIO XXXVII.

**N**unc videndum de seudo recuperato, vt si pater, vel  
alius ascendens amisit  
feudum, quod ad Reginam aliqua de  
causa fuisse deuolutum, & deinde  
filius, vel alias successor aliquod mo-  
do illud recuperasset, queritur de  
solutione adoha, an debeat suc-  
cessor, vel filius, qui illud recuper-  
ravit, soluere adoham secundum ta-  
xam, quæ exigebatur tempore con-  
cessionis, vel secundum taxam, quæ  
exigitur tempore recuperationis, &  
videbatur dicendum esse soluen-  
dam secundum taxam nouæ con-  
cessionis, & sic recuperationis, prò  
vt diximus de feudo deuoluto, &  
houiter concessio, vt in præcedenti  
questione in q. casu n. 21. attamen  
contrarium est verius, vt debeat  
adoha, prout soluebatur tempore fa-  
ctæ concessionis, & sic secundum  
taxam antiquam, ea ratione, quia  
ita secunda cōcessio nihil de nouo  
tribuit,

- tribuit , dum est recuperatio ; ius .n.recuperatum dicitur illud idem , quod primo loco erat , quia ad il- lud dicitur quis restitui , & restitu- tio est ad priorem statum repositio , dum ad pristina iura quem reponit ad traddita per *DD.in l.Gallus,S.* Et quid si tantum *ff. de lib. & postb.* prò ve *sic fuisse decisum in Regia Camera in anno 1512.* refert *Sygm.Loffred.* in parapbraſi feudal.ad *Andr. in cap. primo versic.* ibi *si* dicatur antiquū , de vassall. decrep. etat. in causa Iaco- bi Carbone cum Regio fisco super solutione adohæ Caſtri Padulæ ,
- 2 quippe D. Iacobus Carbone recu- peravit feudum prædictū ex conces- sione Regis Friderici , & Dominus Rex Ladislauſ ex particulari priuile- gio remisit super dicto feudo me- dieatē adohæ , quod feudum po- steā fuit eidem de Carbone confir- matum per Cæſaream Maiestatem , & in confirmatione reseruauerat ſibi ius adohæ Regie Curie debi- tum : fuit dubitatū , an dicta reserua- tio adohæ facta in tali confirmatio- ne , debeat operare solutionem inte- græ adohæ , vel medietatis rātū pro- pter dictū priuilegiū Regis Ladislai , tamen , hac consideratione non ob- ſtantē , fuit tunc temporis per Regi- am Cameram deciſum , eſſe ſoluendam tantū medietatē adohæ , & hæc deciſio processit ex doctrina *Pauli de Caſtr. conf. 311. incip. ſuper eo , quod queritur vol. 2. dicentis , re- ſeruationem iuris deducam in ter- tia instantia non prodeſſe , ſi non fuit deducta in primo iudicio , nec in iudicio appellationis.*
- 3 Similiter debetur adoha de an- nua pecunia , quæ datur alicui per Regem in excambium feudi , cuiusque fructuum , vt putā ſi alius tene- ret feudū meum de voluntate Do- mini , & Domihius responderet mihi in tot annuis introitibus in excambium fructuum feudi , quia ego teneor ſoluere adoham de iſta annua quantitate , quam perci- pio in excambium fructuum feudi , pro ut ſic fuisse deciſum in Regia Camera Summaria in anno 1512. de mense Iulij in cauſa Pauli de Sangro cum Regio fisco , quippe Carolus de Sangro Auus dicti Pau- li poſt initiam pacem inter Regem Francorum , & Cæſaream Maieſt. obtinuerat à dicta Cæſarea Maieſtate reſtitutionem omniū bonoru burgensaticorū , & feuſaliū : Et quia bona feuſalia reperiebantur con- cessa ILLUSTRISSIMO Domino Ferran- do Conſaluo magno Capitaneo , & nè dicta feuda tolleret à manibus dicti magni Capitanei , ordinauit Cæſarea Maieſtas , quod in locum fructuum ex dictis feudis percipiendorum , derentur tot annui introi- tū dicto magno Capitaneo , à qua ſumma fiscus prætendit adoham , & obtinuit ea ratione , quia annui in- troitus prædicti nō erant dati in ex- cambium , & locū rei allodialis , ſed loco feuſalis , ideò eius naturam la- pere debebant , vt ſentit *Andr.de Ifern. in dicto cap. in primo versic.* ſi verò tanto magis quod eſt excam- bium loco utiles dominij , & Loffre- dum ſequitur , & allegat *Franc.de Amicis in repetitis tit. de bis , qui feud. dar. poſt fol. 208. col. prima cap. expli- citis , n. 2. in fin. cap. Iacob. de Ayello de iur. adob. n. 84.* dicens , quod ipſe fuit in voto contrario , non deberi adoham , eò quod non erant feu- dales tales introitus , de qua deciſionem meminit *Io. Andr. de Georg. allegas. 3.*
- 5 sub n. 10. quicquid male allegat , & perperam confundit terminos , & decisiones *Io. Camill. Bilocla alle- gat. 2. n. 3. poſt tract. de abſolutione iu- ramenti allegans Iacobum de Ayello de iur. adob. n. 17.* ſed voluit allegare n. 84. & licet ipſe *Camill. Bilocla red- dat rationem ſuę decisionis , nega- tis ſolutionem releuij , & adobę , eò quod*
- 6 de iur. adob. n. 17. ſed voluit allegare n. 84. & licet ipſe *Camill. Bilocla red- dat rationem ſuę decisionis , nega- tis ſolutionem releuij , & adobę , eò quod*

quod in concessionē dictorum annuorum introitum nihil de qualitate feudali fuit expræssum, attamē ipse non aduertit subrogationem, & vim subrogationis, atque naturā, quæ est, ut subrogatum assumat naturam illius, in cuius locum subrogatur, prò ut aduertit *Sygmund.*  
*Loffred. dicto loc.*

Sed quando introitus feudales Rex concederet in excambium bonorum burgensaticorum simpliciter, nulla facta mentione, ut sortiatur naturā feudalē, tunc ex eadē ratione subrogationis non debetur adoha, prò ut sic reperi seruatum fuisse in anno 1536. ad instatiam Magnifici Iacobi Carrafæ Baronis Sancti Erami, & Valenzani fratris, quondam Antonij Carrafæ, cui in excambiū annuorum ducatorum 200. concessorum in burgensaticum super Donana Castrī Maris de Stabia fuerunt concessi tot anni ex functionibus fiscalibus dictarū Terrarum, & ideo fuit ordinatū, quod nō molestetur prò adoho, die 6. Septembris 1536. In Adohar. 7. fol. 39. tergo.

7 Quid autem in feudo reempto, dicit *Fredd. de autoritate Bar. auctoritate 5. num. 20. lib. 2.* quod erit iudicandum uti feudum antiquum, & per consequens seruitia non immutari, dico ego infr. q. 47. versic. quid autem in feudo reempto.

8 Quid autē in Terra Baronali prò qua debebatur adoha Domino Regi, si deinde efficiatur de Demanio Regis, an debeat soluere dicta adoham, dicas quod debet soluere, quia Demanium non debet nocere Domino, quia, & si sit res mea, & sic Regis ob donationem ipsiusmet Vniuersitatis facta Domino Regi de terra, prædicta, & ideo res mea nō pōt mibi seruire iure seruitur, tamen diuersa ē ratio in adoha, quia non contradicit, nam adoha in tali casu præstatur vei à vassallo, qui

suit Baro ut fuit seruatum in Ciuitate Ariani, quæ erat sub Barone Francisco Iesualdo, & dum fuisset admissa ad Regium Demanium in anno 1588. fuit ordinatū, quod ipsa Ciuitas, non autem Baro solueret adoham tam de dicta Ciuitate, quā etiam de annuis ducatis 400. feudalibus, & nō molestetur dictus Baro, ut appareret ex particularibus provisionibus expeditis die 20. Iunij 1614. in Adobarum 23. fol. 221.

Sed respectu adohæ vassallorum dicas, quod terra amplius nō soluit quando est effectu de demanio ut fuit ordinatum in terra Sanctæ Agatæ effecta de demanio die primo Octobris 1530. in adob. 5. fol. 46.

9 Secūs autem si reintegraretur ad Demanium, ut quia primò fuisset demanialis, deinde per Regem vendererur alicui Baroni, & dum est vendita tūc taxatur prò adoha, eo quod sub Barone est, quod si deinde reintegraretur ad Demanium, tunc non tenetur amplius soluere adoham taxatā tempore, quo erat sub Barone, eo quod primita iura recuperat, & innulla ratio haberi debet de subiectione intermedia, prò ut sic fuit practicatum in Adoha Ciuitatis Puteolorum, quæ fuerat vendita Magnifico Geleatio Iustiniano, dicto lo Gobo cum functionibus fiscalibus dictæ Ciuitatis, prò quibus fuit taxatus dictus Iustinianus, Postmodum, mortuo dicto Iustiniano, dicta Ciuitas Puteolorum fuit reintegrata ad Regium Demanium, & ad omnia iura, & immunitates, & exemptiones, & præsertim ad dictas functiones fiscales, Régius Perceptor prædebat exigere taxā dictæ adohæ ab ipsa Ciuitate, ex quo dicta Ciuitas fuit reintegrata ad Regium Demanium, die ultimo Iunij 1536. ut appareret ex lissaris, execusorialibus in Registro 39. fol. 234;

Et ostendendo ipsa Ciuitas soluisse

uisse hæredi dicti Iustiniani ratam adohæ prò tempore vsque ad diem 29. lunij 1536. fuit ordinatum quòd dicta Ciuitas amplius non molestetur prò dicto adoho , neque prò alio residuo , quod forsan deberet dictus hæres , vel dictus Galeacius , sed ordinatum fuit , quòd dictum adohum exigeret ab ipso hærede , die 9. Junij 1537. in Adobarum 7. fol. 102.



### ARGVMENTVM.

Adoha de subfeudo deuoluto , & deinde reconcessio , vel recuperato , an sit soluenda secundùm taxam antiquam , vel nouæ concessionis , siue recuperationis .

### S V M M A R I A .

- 1 Adoba an debeatur de subfeudo recuperato , siue reconcessio , vt antiquitus , & negatur sub n. 3. & 4. limitatur quando fuit reconcessum usi burgensaticum sub n. quarto .
- 2 Feudū quando conceditur de nouo , taxatur non considerata prima taxa .
- 3 Seruitium feudale per deuolutionem feudi dicitur extinctum .
- 4 Seruitium de subfeudo per eius deuolutionem dicitur extinctum .
- 5 Adoba debita de sub feudo plano , & de tabula , siue Actenaria , scù de re particulari ipsius feudi , an possit cōmutari per nouam concessionem à Barone distinguitur .
- 6 Adoba non commutatur , quando fuit taxata per generalem taxam Regni in subfeudis .

### QVAESTIO XXXVII.

- 1 **A**N idem , quod in superioribus de feudo recuperato reconcessio per deuolutio-

nem statuimus , sit , & pariter statuendum de subfeudo deuoluto Baroni , & posteà reconcessio subfeudatijs , vel si fuerunt concessa sub feuda , & feuda insimul . In quo articolo *Marin. Frecc. de subfeud. lib. 2. auctoritate 5.n. 19.* dicit , quòd quādo feudum à Rege , vel à Barone cōceditur cum assensu , sit taxa de novo , nō habita consideratione ad seruitium , quod priùs erat solitū præstari , vt quia prò feudo deuoluto ad Curiā , vel ob culpam , vel lineam finitam , soluebantur duo tareni , vel par chirotcarum , vt tempore concessionis soluatur prò valore fructuum , & sic secundum taxam nouam , ea ratione , quia illud seruitium per deuolutionem erat extinctum ; ergo idem in subfeudo , quam sequitur

- 4 *Ioseph Cum. in cap. si aliquem, in verbbo seruitij consueti, nu. 108.* qui mouent quæstionem prædictam tam in feudo concessio à Rege , quod est propriè feudum in capite , quā etiā mouent quæstionem in feudo concessio à Barone , quod est subfeudū ; attamen in vtraque resoluunt esse soluendam adoham secundum taxā tempore concessionis post deuolutionem , & sic nouæ concessionis .

Limita tamē omnia supradicta , vt non debeatur adoha , nec secundū taxam antiquam , nec secundum taxam nouam de tali feudo reconcessio , quando Rex de nouo reconcedēdo , reconcessisset vt burgensaticū , quia tunc mutatur natura , ideò nec talis concessionarius , nec habens causam ab eo , tenetur soluere adoham , prò vt ad instantiam Magnificorum Aluari de Ochen , & Hugni Villalopez prò gabella lignaminū , scù furcharum , gabella noua , gabella piscium salitorum , & friscorum Ciuitatis Barleçæ , quę licet possesse fuerint vti feudales , & sic taxatę in persona lulij dela Marra , à quibus posteà peruerterūt in manus Regiæ

Regiæ Curiæ , à qua postea fuerunt alienatæ in personam quondam Eligij de la Marra in burgenlatum, à quo Eligio fuerunt alienatæ in personam dictorum Aluari , & Hugni, fuit ordinatum quod non exigeretur adohæ, sed quod tractetur immunis à dicta solutione, & quod exactum restitutatur die 12. Octobris 1532. in Adobatum 6. fol. 41.

5 Quid autem in subfeudo plano , & de tabula , siue actenaria, vel in re particulari ipsius feudi , de quo soluitur , seu folui consuevit ius adohæ, & cù tali onere fuerit concessa, an si deuoluatur Baroni , possit idem Baro reconcedere cum eodem onere , vel eius naturam commutare ut de feudali facere emphiteoticam , & sic Ius adohæ commutare in Canonem ; Distinguit Paris de Pus. de reintegrat. feudi, tit. de finib. feud. cap. 37. n. 2. duos casus. Primus quando tales res sunt solite ab antiquo infeudari , siue subconcedi cum tali onere adohæ soluenda tempore , quo generale seruitium imponitur , & tunc Baro non potest mutare naturam , illaque alterare , ea ratione , quia effet diminuere feudum , & per alias rationes adductas per eisdem Paridem dicto loc. nro. 7 & seq. vide que dixi supra q. 7.

6 Secundus casus quando sunt bona concessa ab eodem Baronem , vel ab eius antecessore cum onere contribuendi certam quantitatem tempore , quo generale servitium indicetur , & tunc potest mutare , & alterare naturam , ita Paris de Pus. dicto loc. n. 2. & 10.

eius concessione de quantitate annua praestanda Domino non fuerit conuentum , vel si fuerit conuentum .

## S V M M A R I A.

- 1 Feudatarij tenentes ad praestandum par chirotecariū , vel aliquid aliud , an teneantur praestare adoham , stante simplici concessione , dubitatur , & negatur n. 2. & 5.
- 3 Seruitium consuetum in initio concessionis debetur tantum , non autem adoha.
- 4 Contractus ex conuentione legem accipiunt.
- 5 Adoha non soluitur ex feudis , quando aliquid annum præstatur , secus quando nihil anni debetur , & n. 6.
- 7 Error scribentis Cedulare Baronom non officit Regi , & accomodata tur.

## Q V A E S T I O XXXIX.

1 **S**olent in Regno esse nō nulla feuda , quæ habent suas particulares concessiones , in quibus nihil de adohæ , sed tantum in initio concessionis fuit conuentum , ut aliqui annum in signum recognitionis præstetur , putat par chirotecaram , par soniarum , vel quādam summam in initio anni , vel sub tali die , quæro an ultræ tale seruitum cōuentū teneatur vassallus præstare adohæ , & videbatur dicendū quod sic , quia sunt duo seruitia cōpatibilia , nec sunt duo onera , quæ non relinquerent feudatario integrum medietatem fructuum , ideo videntur compatibilia , dum medietas fructuum relinquitur feudatario , ut possit pro dignitate feudi viuere . Sed his non obstantibus , contrarium assero , ut quando seruitium esset con-

## A R G U M E N T U M.

Vassallus an teneatur præstare adoham de feudo , quando in

- conuentum in initio concessionis, putà aliqua pensio , siue tributum , tunc ad nihil aliud tenetur feudatarius , ità ex *Gloss. in cap. prmo S. fin. de Capit. qui Cur. vend.* vbi hoc idem firmant *Iacobus Aluarot. & Prepositus, & indiuiduo Io. Raynald. in cap. Imperialem.* S. firmiter , de probib. feud. alienat. per *Frider. Marin. Frecc. de subfeud. lib. 2. de auctoritate Baron.* auctoritate s. n. 14. dicens , quòd quando est conuentū in initio concessionis præstari seruitium singulis annis , tunc illud tantum seruitium est præstandum ex ipsa 4 conuentione partium , nec aliud est spectandum , reddens rationem , quia contractus ex conuentione legem accipiunt , l. p. S. si conuenierit ff. depositi per *Andr. de Iser. in dicto S. firmiter , & Octavius Bammacar. in quadam apostilla manuscripta ad Frecc. dicto loco, in verb. nec aliud est* 5 spetandum dicens , non solui adohā in Regno , quando feuda aliquid annū præstāt Domino , *Iacob. Ayello de iur. adob. n. 17.* dicens ad aliud non teneri feudarium , & sic seruari in Regno nostro testatur , dicens , Et ideò in Regno isto non soluitur adoha à feudatarijs , qui aliquid annum soluunt Domino feudi , & ità obseruari in Regia Camera Summaria , licet communitati nesciant rationem dictæ obseruantiaz , sed ratio potest esse , quia quod est conuentum in cōcessione , attenditur , & ideò dum Rex aliquid annum præstandum concedit , illud loco adohæ uidetur recipere , & tacite uidetur remittere adoham dixi supra q. 4.
- 6 Sed vbi non est conuentum aliquid annum , tunc præstabat Domino adoham generalem , dicunt prefati DD. assertentes , idem esse in subfeudatario respectu feudatarij , qui non tenetur præstare adoham Baroni , si aliquid annum præstat

præstat ex vi primæ concessionis , quapropter introducta est practica in dicto casu , quando feuda non habent taxam , vt fiscus faciat citari feudatarum ad dicendum caulam , quare non debet taxari feudum , quod per ipsum possidetur , vt dixi supra questione 12. in fn.

Nec error scribentis Cædulare officit Regi quin detecto error non possit exigi adoha , prò vt sic fuit seruatum in adoha feudi Puppani , nā ex errore , & velocitate scribētis non fuit scripta taxa dicti feudi , sed postea detecto errore , fuit ordinatū , quod Magnificus Nicolaus Melle solueret omnes adohas præteritas die 3. Ottobris 1526. in Adobarum 4. fol. 133.



## ARGVMENTVM.

Adoha an possit imponi pendente solutione donatiui , An Aulici , siue Collaterales teneatur soluere adoham , & an donatiuum sit subrogatum , loco adohæ , & quid de facto seruatum fuit .

## S V M M A R I A.

- 1 *Donatiū præstatur in Regno Neapolitano singulis duob. annis ad taxam adoha.*
- 2 *Donatiui solutione pendente , non potest imponi adoba.*
- 3 *Seruientes de persona Regia Curia tenentur soluere adoham , non obstante pacto , quod pendente solutione donatiui quis non teneatur ad adoham. Et quid de Consiliarijs Collateralibus.*
- 4 *Donatiua badiie non sunt verè sibi regata.*

gat e loco adoha , sed debentur ad taxam adoha .

5. *Donatiui ordinarij solutione pendente fuit de facto pessum aliud donatiuum extraordinarium.*
6. *Barones in prestatione donatiui protestantur non teneri se ad adobam pendente dicta solutione.*

### QVÆSTIO XL.

**D**onatiua singulis duobus annis soluuntur Domino Regi in hoc Regno prò subueniendo necessitatibus Regni , eiusque Coronæ , quæ donatiua exiguntur ad taxam , siue ratâ adohæ , & propterea nè vassalli duplice onere grauarentur , fuit conuentum , ut pendente solutione donatiui praedicti non possit imponi adoha , vt dicit , *Camill.de Curt. in suo diuersor. feodal. fol. 41.n. 54. Reg. Lanar. conf. 3 57.n. 99.* & sic ex conuentione adoha non debet exigi pendente solutione donatiui , quo pacto sic stante , fuit dubitatum , dum adoha est subrogata loco personalis seruitij unde , & Collaterales Consiliarij , qui actu seruunt de persona Domino Regi , assistendo à latere eius , videbatur dicendum esse immunes à donatiuis , dum admicimus donatiua fuisset subrogata loco adohæ , sed tamen fuit decisum contrarium in favorem Domini Regini , eiusque filii contrà Ill. Ducem Mōtis Leonis , & alijs de Collaterali Consilio , ut tenerentur soluere donatiua imposta , non obstante pacto , quod pendente solutione donatiui non possit imponi adoha , & nō obstante , quod actu seruiebant , quia fuit habitum per constanti , & vero , quod donatiua solita imponi Baronibus non sint verè subrogata loco adohæ , sed quod exiguntur ad ratam adohæ , & loco adohæ , non per viam subrogationis , & per viam regulæ adeò

ut eius naturam sapiat , arque totalem adsumat , quicquid in superioribus questionibus asseuerauimus , sed rei veritate exigitur tantum ad ratâ adohæ , prò ut latius de hac re docet *Reges Mōtes tit. de donatiuis q. prima* vide quæ dico supra q. 11. vbi adduco decisionem prò Collateralibus Consiliarijs prò , & contrà , & q. prima vbi adduco decisionem prò servientibus in bello cū literis Regijs , tamen prò Consiliarijs Collateralijs & servientib. in bello ut indicavi dicta q. 11. & infr. q. 61.n. 12. vbi adduco deductionem ratæ ipsorum à donariuo reperi alias literas Regias Imperatoris Caroli V. ad fauore hæredis D. Aloysij Ycart. cuius tenor talis est .

Carolus V. Romanorū Imperator semper August. Rex Germaniæ , Ioanna mater , & idē Carolus eius filius Reges Castellæ Aragonū , utriusque Siciliæ , Hierusalem .

Ill. & Magnif. Viri Collaterales Consiliarij Regij fideles dilecti , Per parte dell' infra scritto supplicante n'e stato presentato memoriale del tenor sequente v. 3. l' Illustriſſ. Sig. D. Cesare Ycart. curatore dell' heredità dell' qu. Magnif. D. Luise , & D. Christofaro Ycart fa intendere à V. S. Illustriſſ. come essendo stato tassato in adobo da la Reg. Camera de la Summaria per le cose feudali , quali si possedevano per li detti quon. Signori in molta quantità de denari , & da quelli ogni dì è vessato circa li pagamento da li Percettori , & Esattori , a obis spetta , dal quale esso supplicante non ha , quo supra , e insiste molesto , bauendono li detti quon. Signori morti seruito di persona à Sua Maestà Cesarea , finche vissero , & essendo ancora Consegliero Regio lo detto quon. D. Luise , per tanto ricorse à V. S. Illustriſſ. e quello supplica se degni ordinare à detta Regia Camera che ordini alli Percettori , & esattori , à chi spetta , che non vogliano esigere eos' alcuna

*na dal detto D. Garau nomine, quo supra, per la caufa predetta, immo seruando franco, & immune dal detto pagamento, el che benche sia giusto, e cosa pia, per li pupilli, & beredi di detto Signor D. Luisé, & D. Christofaro, lo riputa à gratia singulariffima da V. Signoria Illustrissima, ut Deus &c. Quod petitur est, videlicet.*

*In primis D. Michele di Soria, per Santo Marzano per l'anno tercia Indictionis 1529. e per lo adobo, e mezo imposta per lo donatiuo docati cento trenta, & lo Magnifico Hieronimo Pellegrino per lo adobo de Caserta del sopradetto tempo docati 162. tari uno, e grana o. & per lo feudo de Petra Maiore docati nouant'uno, tari due, e grana otto; Es per lo feudo de Cioffiano docati ottanta nouetari uno, e grana sei. E volendomo debitamente prouedere, ve dicemo, & ordinamo, che tutto quello, che se douea di detti adobi per lo detto quondam D. Luisé Tcare Regio Castellano del Castel nouo per fino allo dì de sua morte non debbiate dar impaccio alcuno al detto D. Garau Curatore, ut supra, per effer bato il detto D. Luisé del Regio Collaterale Confeglio, e eſſi lo eſequereſſe, che tale è noſtra volunta. Datum in Castello nouo Neapoli die 17. mensis Februarij 1533. D. Petro de Toledo, Videl de Colle Regens, Videl Loffredus Regens, Videl Signoreta Regens, Videl Alphonſus Sanchez generalis Thesaurarius, Berardinus Martiranus Secretarius in Partium 11. fol. 133. Per tanto ve dicemo, ordinamo, e comandamo, che per la rata fiaua tassatio, e doueuate tantum eſigere da lo detto Magnifico quondam D. Luisé Tcare, ſeu ſuoi heredi pro dicto adobo imposta in anno 111. Indictionis 1529. proſſimo paſſato per detra terra de Caseria in queſta Pro-*

*vincia de Terra di Labore iuſſà lo Cedulario, ſeu altro ordine à voi ſopra di ciò diretto, non lo debbiate moleſtare à pagamento alcuno; Et quæ ſequuntur in dictis literis Regiae Camerae, per quam fuit ordinatum, quod prò omnibus adohis, & donatiuis impositis in ciuſ vita non moleſtatur eius hæres, die 10. mensis Martij 1533. in Adobarum 6. fol. 62. & 63. & ſic fuit certificatum Magnifico Thelaurario per particulares literas Regiae Camerae codem die, fol. 64. codem lib.*

5. *Et licet de iure tale pactum, quod pendente ſolutione donatiui non poſſit peti adoha, debeat feruari, tamen ſub alijs nomini bus, ob varias aſſertas neceſſitates, fuit non ſemel, ſed pluriſ impoſitum aliquid donatiuum, noſ obſtantē, quod ſolueretur donatiuum ordinarium, & fuit ab hoc noſtro fideliffimo, & liberaliffimo Regno ſolutum donatiuum extraordinarium, vnde tale pactum prorsū inutile videtur ita Ioannes Antonius Lanarius conf. 57. num. 13. verſc. quartō bac conuenio, & nos ſupradiximus.*

6. *Et ad hoc, ut quodammodo tale pactum defendant Barones, ſemper in donatiuis apponunt clauſulam, quod talis ſolutio non intel ligatur prò adohis, cum ab illis immunes ſint. Ioannes Antonius Lazar. dicto conf. 57. num. 14.*



## ARGUMENTVM.

Pendente iudicio Immunitatis ab adoha inter Baronem, & Regium fiscū, an interim adoha possit exigi, & quid lite pendente super feudo, & quid ex causa priuilegijs, & dē alijs. Et quid de assensu impetrato super feudo lite pendente nulla, facta mentione de pendētia litis defenditur contra Lanar. cons. 13.

## S V M M A R I A.

- 1 Feudatarius pendēte iudicio Immunitatis ab adoha, ant teneatur illā soluere, distinguitur si reperitur in qua si possessione libertatis, vel non n. 2.
- 2 Feudatarius immunitis ab adoha ob priuilegium, an teneatur soluere, distinguitur, si adest iusta causa, & quasi possessio immunitatis, vel non n. 4.
- 3 Principeps prò adoha habet suam intentionem fundatam.
- 4 Immunitatem prætendens iure sanguinis, vel ex priuilegio cum iusta causa à Tributis, an & quando tenetur lite pendente, distinguitur,
- 5 Præscriptio nihil oportet ur existente tit. inualido.
- 6 Vassallus pendente Iudicio subiectio- nis tenetur seruire propter feudum ex quo præcipit fructus.
- 7 Regens Antonius Lanarius cons. 17. dicens assensum impetratum lite pendente, & non facta mentione liti valere, fallitur.
- 8 Assensus est gratia in Regno ex sententia Regnicolarum.
- 9 Gratia est subreptitia, quando in eius rescripto non est facta mentio de lite, vel processus existentis.
- 10 Lis siue processus debet exprimi in libello porrecto ad Principem prò gratia.
- 11 Gratiæ redditur subreptitia, quando ex nō expressione litis infertur alii cui præiudicium.
- 12 Lite pendente nihil impetratur, & impetratum reuocatur.
- 13 Index procedit in causa quando impetratur confirmatio, non facta mentione litis.
- 14 Priuilegiū impetratū lite pendēte, & non facta mentione litis, inualidū est.
- 15 Taciturnitas qualitatis dē ivre exprimenda, etiam si Rex esset gratiam concessurus, illa tacita adhuc gratia subreptitia redditur.
- 16 Pendentia litis debet exprimi in libello tanquam qualitas, ob quam Princeps vel non concedit, vel durius, & difficilius, & n. 32.
- 17 Qualitas exprimenda in libello remittitur arbitrio Iudicis, & n. 31.
- 18 Qualitas exprimenda, & non expressa arguit subreptionē, & n. 32.
- 19 Assensus est mera voluntas, & gratia Principis, exceptis certis casibus.
- 20 Princeps non videtur habere animū assentiendi (sicet assentitus sit) quando ei nō fuit expressa qualitas, que forsitan assensum impediret.
- 21 Confirmans requirit actum confirmabilem à n. 27.
- 22 Assensus Principis in Regno validat alienationem feudi.
- 23 Feudum litigiosum dē iure, & defacto est inalienabile.
- 24 Assensus uti quid confirmans, requirit contractū, qui sit confirmabilis.
- 25 Assensus intelligitur prò ut ius inteligit.
- 26 Subreptio inualidat rescriptum gratiosum.
- 27 Caussa impulsua debet exprimi in asseſu, et non expressa viciat assensū.
- 28 Qualitas de iure non exprimenda, & non expressa non viciat assensū.
- 29 Qualitas, quam Princeps non teneatur scire, nō debet exprimi in libello.
- 30 Antonij Capyc. locus in verbo feudorum, exequitiones declaratur.
- 31 Abbatis, & Innocentij loca per Lanariū adducta explicantur, & n. 35.

- 36 Princeps non dicitur concedere priuilegium in præiudicium litis.
- 37 Priuilegium, motu proprio præiudicat liti, secùs si concessum sit ad petitionem partis.
- 38 Pendētia litis est una de qualitatibus, quæ Principē impellit ad denegādū.
- 39 Clausula, salvo assensu, in inuestitura non cogit Principem semper ad assentiendum.
- 40 Princeps (non obstante clausula inuestitura salvo assensu) nō tenetur assentire stāte iusta causa dissentendi.
- 41 Litis pendētia non est exprimenda in gratiosis, quando non adest præiudicium tertī.
- 43 Ignorantia litis pendētiae excusat, secùs autem ignorantia non esse necessarium exprimi pendētiam.
- 43 Regent. Lanarū consilium dicentis assensum imperatum, lite pendente, non facta mentione litis, declaratur procedere parte non opponente.

## QVAESTIO XLI.

1. **Q** Vid autem si Vassallus aliquis prætentat se esse immunem ab adoha, & pendente hoc iudicio immunitatis, possit ab eo exigi adoha.
2. Quæ immunitas potest prætendi per Vassallum propter præscriptionem, priuilegium, vel contractum, & pendente lite super præscriptione vel super priuilegio, & inualiditate contractis, tunc aut Vassallus tueretur præscriptione, & reperitur in qua si posse immunitatis prædictæ, & tunc interim manutenendus est, & nec adoha exigi debet: aut non reperitur, & tunc quia fiscus habet suam intentionem fundatam pro
3. adoha, potest illam exigere, quod fallir in Regno nostro, in quo pleraque feuda sunt taxata in cedulari Baronum, in quo si non reperiuntur taxata, nullatenus exigitur adoha, immo sē per mandatur Regijs Perceptoribus dicendo, ex quo fuit recognitum, &

visum cedulare Baronum, in quo nō reperitur taxatus talis Baro, ideo nō molestetur, prò vt seruat in dies & seruatū ad instatiā meā prò Castro Carusiorum cum alij feudis fuit nā recognito cedulare Baronū, nō fui iuuētus Ego pro diēto Castro, & feudo, ideo fuit mādatū Reg. Perceptorri Principatus Citrā, quod nō molestaret meū rātarium, & quod exactum restituatur, ex quo fui positus in lista ex errore ut apparet ex prouisionibus die . . . 1631. in Part. 1. fol. 44.t. pñes in Andreā Casertā apud Rationalem de Iudice, si verò ob priuilegium, vel contractum, tunc pendente lite super priuilegijs inualiditate, quod priuilegiū, seu contrāctus sit tale, vt præstat iustā causam præscribendi, & Vassallus sit in possessione immunitatis, & interim non debet axigi adoha, lite pendente prò vt sic seruatū fuit in Reg. Cam. ad instantiā Mag. Aureliæ de S. Seuerino super adoho terræ Vegianelli, nam pendente iudicio, se non teneri ad quantitatē adohæ prætensā per Regiū Fiscum, sed tantū ad par chirothecarū, & productis nonnullis priuilegijs concessionū in Reg. Camera fuit ordinatū, quod supercedeatur in exigendo taxam adohæ, donec aliter per Reg. Camerā fuerit prouisum die 9. January 1538. in adhoarū 7 fo. 145

4. si verò nō probet iustum causā præscribendi, & non reperitur in possessione immunitatis, sed rātū so lo priuilegio tuetur, tunc adoha interim lite pendente debet exigi ex cap. cum personæ de priuileg. in 6. tenet Anton. Peregrin. de iure fisci lib. 6. sit. 8. de præscriptionib. fiscaliib. nu. 4. dicens quod Princeps, & fiscus habent fundatam intentionē tuam, & poterit, vti jure suo, vt est adoha Io. Lopez in cap. per vestras S. sed est pulchra queſtio nu. 45. fo. 257. dicēs quod si aliquis prætentat se exemptum à tributis iure sanguinis, vel ex priuilegio, nisi statim doceat priuilegiū tale, quod saltē præ-

præstat iustam caussam præscriben-  
di lite pendente, non tuebitur in li-  
bertatis quasi possessione, immo sol-  
uet tributa, quamvis aliás esset in  
quasi possessione exemptionis, vel  
libertatis, & si non vis hanc distin-  
ctionem probare, adeas *DD. in dicto  
cap. cum persone, & Egolate dixi de  
iure rebus p. 3. qu. 9. per totam, ad*  
quam remitto lectorem.

7 Declarata primo supra dicta, quod  
vbi cuncte constaret de originali ti-  
tulo cōcessionis, & ille titulus esset  
nullus, & inualidus, quia à non ha-  
bente autoritatem concedenditur,  
vel alia de causa esset nullus, vel  
inualidus, vel vitiosus, tūc præscrip-  
tio, siue immemorialis ex dicto titu-  
lo nihil operatur. *Peregrin. de iure fi-  
isci dicto loco num. 25.*

8 Inferas, quod pendente iudicio  
super feudo, vt quia vassallo moue-  
tur questio super illo, adhuc tehe-  
etur præstare adoham, siue seruire, ea  
ratione, quia percipit fructus, ita ex  
*Bald.* quem inuenire non potui, te-  
net *Marin. Freccia de subfeud. lib. 2.  
de autoritate Baron. authoris. 5. n. 17.*  
Secus autem si non perciperet fru-  
ctus, & constaret de titulo non gra-  
uante feudatarium, quia lite pendē-  
te super iudicio adohæ, feudatarius  
non debet molestari, prò vt sic  
fuit decisum ad instantiam Ill. Prin-  
cipis Bisiniani contra Regium Fi-  
scum, nam Fiscus pretendebat ado-  
hum prò feudo Serpiti, qui Princeps  
incontinenti docuit adohum dicti  
feudi Serpiti esse vnitum, & inclu-  
sum in adoha Ciuitatis Strongoli;  
contra quę insurgebar fiscus, dicen-  
do non aliter esse vnitum cum Ci-  
uitate Strōgoli, ideo fuit prouisum,  
quod detur terminus iuris in causa,  
& interim lite pendente nō moleste-  
tur dictus Princeps prò dicta rata;  
sed prò alia rata exequatur contra  
possessores feudi die 27. Iulij 1536.  
*ut in adobarum 7. fol. 3.*

Sic etiam /pendēte liquidatione  
crediti, & debiti vassallorum prò re-  
leuio, & adohæ/ solet supersederi  
exactio adohæ prò vt fuit ordinatū  
ad instantiam Ill. Principis Hosti-  
liani, qui dicebat quod foulderat mul-  
tò maiorem quantitatem prò rele-  
vio, quam debebatur, ideo dum erat  
creditor dictæ Regiæ Curiæ, quod  
supersederetur in molestando eius  
ærarios, & ita fuit ordinatum, quod  
pendente liquidatione dictæ solu-  
tionis maioris, supersedeatur usque  
ad aliam ordinationem dictæ Regiæ  
Cameræ, & sic fuit ordinatum Per-  
ceptor Basilicatæ die primo Februa-  
rii 1532. in adobarum 6. fol. 23..

9 Inferas secundò, quia lite penden-  
te super feudo, si impetratur assen-  
sus non facta mentione de penden-  
tia litis, tunc talis assensus inualidus  
est, contra Lanarium scripsi Ego re-  
quisitus à quodam Aduocato, quæ  
scripta libuit hic ponere.

Veritati non autem autoritati  
inhærendo, illa nobis sele offert ob-  
seruanda questio, quę & si decisa  
videatur, cum magna apud nos au-  
thoritatis *Regens Lanarius conf. 17.*  
consuluit validum existimandum  
esse, nos autem veritati inhærendo  
nihilquè autem præfati Regentis  
detrahendo autoritati, sed defe-  
rindo, contrarium salua pace tanti  
viri, assuerabimus, & quippe magis  
veritati consonum.

Consuluit itaque Lanarius vali-  
dum esse censemus assensum im-  
petratum super re litigiosa, nulla  
facta mentione de litis pendentia,  
in quo aut fallimur, & egregie, vt  
credo, aut veritati magis adhere-  
mus, & non fallimur, & ex eisdē La-  
narij terminis fundabimus contra-  
rium, salua pace tanti viri, hoc au-  
tem ideo audeo, quia eius verba  
sunt consulentis.

Assensus itaq; Regius (ex eodem  
Lanar, firmo inævitabile argumētū,  
V 3 & hoc

- & hoc tergiuersari non potest) est  
 10 gratia Principis, & gratiam appellant nonnulli ex Regni nostri sapientibus, ut fuit Andreas de Iser. ad const. Regni si quis possit litigare, quae sequitur, & allegat Frecc. de subfeud. lib.  
 2. questione 20. nu. 8. & questione  
 39. nu. quinto Franch. decis. 695. ultra Afflic. & alios, Regens de Ponte cons.  
 secundo vol. primo n. 34. & de potest.  
 prò reg. tit. de refutat. §. 10. versiculo  
 quinto, & de assensib. reg. §. tertio n.  
 12. idem Lanar. ibid. Francisc. de  
 Amic. fol. 16. n. 1. et fol. 17. n. secundo Hart. Pistor. de feud. questione 47. n.  
 6. lib. secundo partis posterioris, estque apud omnes indubitata conclusio post Camer. passim multis in locis.
- 11 Qua conclusione veridicè posita loco maioris argumenti, succedit alia indubitabilis conclusio loco minoris argumenti, gratia tunc esse validam, debitumq; sortiri suum effectum, quando si super facto, de quo Principi supplicatur, est aliqua lis vel processus, & supplicans facit mentionem in rescripto de pendentia dicta litis, vel processus, alias dicta mentione non facta, tunc subreptionis notam non euitabit dicta gratia, ut fundat Felim. in c. caterum n. quarto de rescriptis Decius in c. super literis num. 9. versc. nota quod de litis pendentia, & ibi glos. in verbo inter monasterium, & ibi Ioan. col. prima in verbo competunt de rescript. & passim DD. in d.c. caterum, & in d.  
 12 c. super literis. Menoc. de arb. iud. lib.  
 2. Cent. tertia casu 201. n. 148. vbi enumerando qualitates, quae debet exprimi in rescripto gratio pborreto Principi, dicit quod si est lis, vel processus, debet de tali pendentia litis, & de processu fieri mentio.
- 13 Tato magis taciturnitas litis pendentia reddit illu subreptitiu, quando ex illa resultaret præjudicium tertij ex c. caterum, & ex c. ex tenore de rescripts. dixit Afflic. decis. 220.
13. 14. 15. quod propriè est in casu Lanar. nam saltem est præjudicium alterius ex litigantium, qui prætentit rem illam non debere alienari, vel saltem præjudicium verteretur in eo, quod litigans haberet duriorrem aduersarium, in quæ fortè alienatio fieret cum assensu.
- 14 Cui accedat doctrina Ant. de Busr. in c. dilectus n. 10. 1. extra ut lite pedit. dicens quod super re litigiosa nihil potest impetrari, & impetratum non tenet lite pendente, nisi expressa mentio fieret de pendentia litis. Ergo sequitur inquietabilis consequentia, quod dum non est facta mentio de pendentia litis in memoriali absens, tunc assensum sic impetratum subreptionis vitio laborare, minusque valere clarum est, adeò ut dixit Hostiens. in c. primo de confirmat. usil. vel inutil. n. 1, quod si quis, lite pendente, impetrat confirmationem alicuius rei, quæ requirebat Papæ autoritatem, vel erat defectiva aliqua de causa, tunc talis impetratio non impedit iudicem quin possit procedere in causam, nisi tamen Papa confirmaret sciens rem esse litigiosam c. 1. de confirm. usil. vel inutil. & ibi glos. optime declarat.
16. In simili autem videmus in priuilegio, quod si illud proponatur impetratum à Principe super aliqua re, in qua vertebatur lis, si non sit facta mentio expressa de litis pendentia nullum est, tex. est in c. dilectus ex. v. lite pedit. vbi Petrus de Aucbaran. in specie hoc firmat n. 1. & in c. causâ quare defestibus num. 2. Ant. de Busr. in d.c. dilectus, & est tex. in c. dudum de priuileg. & in specie firmat Afflic. decis. 220.
- 17 Tato fortius hæc uera sunt, quando sumus in ijs qualitatibus, quas lex expresse præcipit in libello mentionari, tunc ijs tacitis redditur rescriptu subreptitium, etiam si Princeps omnino cōcessurus esset, ijs nō

ex-

expressis, nam adhuc debent exprimi tales qualitates, & circūstantiz, alias ipsarum taciturnitas viciat rescriptum ut in c. si motu proprio de præbend. in 6. & Falin. in c. ad aures col. 2. n. 37. verf. nona Cōclusio, & in c. super literis col. secunda num. 5. verficulo limita primo de rescript. Didat. Couar. variar. resolut. cap. 20. num. 5. quos allegat, & sequitur Reg. de Pōt. conf. 57. n. 32. 33. 61. & infra dicimus ex Menoch. de arbit. Iud. lib. 2. contur. 3. casu 201. num. 26. & sequentibus.

18. Et sic litis pendentia non expressa Principi, tanquam qualitas dē iure necessariò exprimenda, & si subrepta, ob quam ipse Princeps, vel non concessisset prō ut dē iure tenebatur, vel saltēm durius, aut difficiens, tunc si adhuc assensuit, talis absēsus est subreptitius Reg. de Ponte in repetit. dē bis, qui feud. dar. poss. legio. 6. n. 23. 24. & expressiūs n. 25. & in tractatu de potest. prorogis titulo de refut. feud. S. 10. n. 5. 6. 7.

Semper. n. quando nō fit mentio veritatis in rescripto gratioſo, sēper dicitur subreptitiē impetratum ex Bald. ex l. qui se patris Ced. unde liber. & alijs fundat Minad. conf. 32. n. 2.

Tandem posset dicere, qui prætēderet validitatem talis assensus, quod̄ litis pendentia non est qualitas, quę necessariò debet exprimi, & propter illam vel Princeps nō concessisset, vel durius, & per consequens dicit Lanar. non reddit subreptitiū assensū, siue eius rescriptū, sed respondetur, quod̄ tales qualitatcs an sint, vel nō sint necessariò exprimendę in rescripto, hoc non debet pars iudicare, sed bonus uir arbitrabitur eiusque arbitrio relinquendas esse Menoch. de arbit. Iud. lib. 2. cent. 3. casu 201. nu. 24. & supra allegauimus, & ex Abbae Falin. Couar. & alijs fūdat Anna filius conf. 113. n. 2. 3. sed litis pendentia debet

exprimi in rescripto ut supra fundiuimus ex c. dilectus, ut līte pendēre, & alijs, ergo arbitrabitur iudex inuali- dū esse assensū tāquā impetratū, ta- cita facti serie, & nō expressa Princi- pi qualitate, quam leges necessariò exprimendā iudicarant, cū illa ex- pressa vtiq; Princeps, vel nō cōces- sisset, vel durius Reg. de Ponte conf. 2. n. 38. vbi dicit quod̄ non omnia tacita, quorum expressio potuisse mouere ad denegandam gratiam vi- tiant illam, sed ea tantum, quę re- periuntur in iure expressa. Ergo ne- cessariò sequitur concludendum, quod̄ dūm litis pendentia debet ex- primi in rescripto ut supra fundiuimus, tunc talem qualitatem ne- cessariò exprimendam, & non ex- pressam inducere subreptionem glof. in Clem. prima in verbo, vel alte- ri. de præbend. Falin. in c. postulati col. 3. verficulo declara ex dē rescript. ex authoritate Rotz, & aliorū Reg. de Pōt. de possib. prorog. sis. de refus. feud. S. 10. n. 19. Manoc. de arbit. Iudic. lib. secundo cent. 3 casu 201. n. 26. & 27.

21. Ad quam corroborandam Con- clusionem addo notabilem rationē dicēdo assensum dependere ex mā- re voluntate Principis, & eius gra- tia, ut cōcludunt Regnicoles excep- tis illis casibus, quos enunerat Af-

22. fīc. in const. si quis post litem n. 12. sed cū Principi sit subrepta necessaria qualitas, quę debebat exprimi, & ob illam utique Princeps non cō- cessisset, maximē in casu quæstio- nis proposita, cum non possit assen- tire stante litis pendentia non ex- pressa, pro ut de iure requireba-

23. tur, vt dicit Reg. de Ponte in d. repetit. tit. de bis qui feud. dar. poss. letz. 6. n. 23. & sequentibus, quod̄ dūm non po- tut consentire non habuit ani- mum consentiendi, cum fuit sub- repta ei qualitas necessaria ex- primi, ergo ex defectu voluntatis assentiendi, & sic dūm non potuit con-

consentire, noluit consentire, & sic ex defectu assensus validi, & ex defectu voluntatis rescriptum redditur nullum.

Præterea addo concludentem rationē ex *Bal. in l. falsus C. de furt.*

24 qui dixit quod confirmatio non est actus de per se stans, sed debet habere confirmabile, vbi figat pedes, & non deducit actum in esse, sed actui existenti dat robur, idem *Bald. in l. aduersus in fine C. si aduersus rem iudicatam, de Ponte d. le Et. 6. nu. 24.* At in casu nostro Lanar. cum

25 assensus validet, & confirmet alienationem feudi, quæ sinè consensu Domini inualida est, secundum leges feudorum, licet secundum alias regulas iuris ciuilis esset valida cōcurrentibus legitimis requisitis, at 26 in casu nostro res feudal is, super qua petitur assensus est vitiosa, nempe litigiosi vitio affecta, & sic non solum de iure, sed de facto est inalienabilis durante tali vitio, vt toto sit. ff. & Cod. de litigios. Hart. Pi-  
27 stor. de feud. qu. 40. lib. 1. Assensus ergo (quero) super quo vult operari si non habet confirmabile, vbi figat pedes, vt post alios docuit *Horatius Montan. in repetit. cap. Imperial. S. si quis infeudatus num. 34 de probib. alienar. per Federic.* cum res sit vitiosa, & ideo non potest alienari, & licet sit facta alienatio, tamen est inualida per illud accidens litigij, & per consequēs assensus desuper obtentus non habet quid confirmare, cum repertiat confirmabile, quod nō potest confirmari propter vicium à legibus constitutum; licet de iure feudorum potuisse dici, quod rechè processit alienatio ex alio capi-

28 te, insuper assensus intelligitur pro vt ius intelligit ex *Andrea de Iser. in pluribus locis dixit de Ponte de pot. pro regis sit. de regalib. imposition. S. 7. num. 28.* & sit. de refut. feud. S. primo num. 31. ex iuribus, quæ verobique

allegat *Pisanell. conf. 1. nu. 19.* post opera Cannetij impressa, sed ius talii alienationi non assentit, immò prohibet illam, & inualidat, ergo etiam assensus ille intelligitur inualidus, & per consequens nō operatur circa illum, cum ius non assentiat, ergo nec operari debet assensus Principis. Sic q; subreptionem hu-  
29 iusmodi non posse dubitari vides, dum igitur adeat subreptio sequitur quod cum simus in rescripto gratia illâ ipso iure inualidari, vt ex *Tiranquell. Abb. et Rebuff. fundat Menoch. de arbitr. iudic. lib. 2. cent. 3. casu 20 1. nu. 17.*

30 Nec potest se tueri *Lanarius*, dicendo, quod talis pendentia litis est causa impulsua, quæ potest impellere Principem ad non concedendum, vel concedendum, & per cōsequens validum esse assensum, nam retorqeō argumentum contra *Lanar.* quod causa impulsua si nō exprimatur, tunc eius taciturnitas viciat rescriptum, & hæc est magis communis opinio, vt testatur *Couar. var. resolut. cap. ultimo in principio, Menoch. de arbitr. iudic. lib. 2. cent. 3. casu 291. nu. 22.*

Et licet *Nauar.* in *prælect. c. si quādo de rescriptis fol. 9.* dicat esse arbitriū iudicii, tamen ex hoc capite adhuc contra *Lanar.* concludendū puto, cum supra fundauimus iudicē debere arbitrari inualidam alienationem, & per consequens inualidū desuper obtentum assensum.

Sed adhuc vrgeo pro hoc argu-  
mento *Nauatri*; quod tunc habet locum arbitriū iudicis, quando sunt tales qualitates, quas ius non iubet exprimendas, tunc talis qualitas subrepta Principi non viciat rescriptum, et nos sumus in qualitate litigiosi, quæ de iure debet exprimi, vt supra fundauimus, ergo arbitriū non habet locum, sed remanent iura dicentia omnino huiusmodi

modi assensum esse inualidum iudicandum glos. in Clem. prima in verbo vel alteri circa medium de prebendis supra alleg. ex glos. Bellamer. Rota Rom. in nouiss. Caffad. Felin. Ioan. de Selua Cäpeg. Curs. & alijs benè fūdat Manoch. loco alleg. n. 26. & 27. & Reg. dè Ponte supra allegatus tit. dè refutat. feud. §. 10. nu. 10. illa. n. non 34 debent exprimi in rescripto, quæ Rex teneat lice Regens de Ponte conf. 2. n. 50. 51. 52. & 53.

Quibus sic positis, adhuc si penderentur, & benè obseruentur media, quibus vtitur Lanar. non vrgent, nec probant eius intentionē. Et primo Lanarius, adducit doctrinā Capyc. in sua inuest. in verbo feudorum exequutiones, Innocen. & Abbat. Capycius namque ipse non firmat, sed dicit cogita, & illa decisiō Sacr. cōf. potuit procedere parte non opponente de taciturnitate litis pendentiæ, & dè inualiditate assensus, & per consequens per cōsensum partium fuit toleratus talis assensus prò ut est casus Lanar. n. 9. vel potuit procedere, facta mentione dè pendentiæ litis, nām tunc valet: Innoc. dicit totum contrarium, nempe rescriptum lite pendente impletatū valere, si est facta mentio de lite, ergo dū Lanar. adducit hāc doctrinam, videtur verum, quod nos diximus, nēpē potuit esse quod fuit facta mentio de pendentiæ litis.

35 Abbas dicit quod priuilegium impletatum lite pendente valer finita lite, sed durante lite non valet nisi de pendentiæ litis fiat mentio, & tanto magis dicit Abbas quando priuilegium esse impletatum ad certam causam, super qua pendet lis, non facta dè ea mentione, subreptitium est, & sic non negamus reliquo tempore esse validum, sed tempore litis esse validum, & hoc est quod nos disputamus, & sic Abbas facit prò nobis, & contra

doctrinam Abbatis dicentis, quod finita lite priuilegium sic impletatum est validum, obstat reg. tex. quod ab initio non valuit tra-ctu temporis conualescere non potest, & sic habet principium infecatum, nempe subreptionis vitium quod purgari non potest, nisi fiat mentio, cum lex ipso iure illud inua- lidet.

36 Secundū non obstat ratio ex decif. Afflīct. 248. n. 6. & ex Innoc. & Abb. quod Princeps potest lite pendente concedere alicui priuilegiū, hoc concedimus, sed in præjudiciū litis, vel tertij hoc non intelligit facere Princeps tex. I. Antiochen. sūm Cæla Syrie de priuil. cred. Paris de reintegr. feud. c. 168. nu. 6. & 271. n. 4. Afflīct. decif. 220. n. 15.

37 Vel potest dici aut priuilegium est concessum motu propri o Principis, non autem ad partis petitio-num, & tale priuilegium præjudicat litis, non facta de illa mentione, aut ad partis petitionem, & tunc nō facta mentione de pendentiæ litis, quæ est qualitas necessaria, est subreptitium, ita responderet Cardin. Zabarell. in Clem. prima dè prebend. in 6. & ita est in casu nostro Lanarij in priuilegio assensus expediti ad partis positionem, sed adhuc si est concessum motu Principis obstat Authentic. in medio litis sacras iussiones.

38 Ad tertiam rationem, quam dicit Lanar. quod per litis pendentiā, non præsumitur Princeps non concessisse talem assensum nec illā denegasse, adhuc responde s ex supra dictis ex Manoch. & alijs supra allegatis, & propriè Manoch. distinguit tria qualitatum genera, quæ possunt impellere Principem ad denegandū gratiam, interquas est litis pendentiæ, quam dicit nec-cessariò mentionandā, alias subrep-titia est gratia, ut supra fūdauimus.

Nec

39 Nec obstat, quod Princeps tenetur assentire stante clausula inuestituta nostro assensu reseruato, nam non bene dicit Lanar. salua pace tanti viri, cum assensus sit ex gratia Principis, atque ex eius voluntate pendet. *Natura cons. 165. in fine Amadeus de Ponte questione laudem. q. 37. n. 6.*

40 Et dato, quod teneatur assentire, non tenetur stante iusta causa denegandi ut est indubitate conclusio apud feudistas, & iusta causa denegandi est taciturnitas litis pendientia, ut Iuris, cum Rex teneatur tantum assentire super illis casibus, quos enumerat *Afflict. in cōst. si quis post litem. n. 12.*

41 Nec obstat doctrina *Afflict. de cis. 220. n. 15.* dicentis non esse faciendam mentionē de litis pendientia in gratiosis, nam *Afflict.* dicit quando non est in tertij praejudicium, ut potè quando non adest ille, qui dicit assensum esse inualidum, & dicit *Afflict.* quod si antè est imperatum aliud iescriptum, de eo debet fieri mentio.

42 Demum n. 8. *Lanar.* dicit, quod quando subreptio non est dolosè facta, sed ex ignorantia, excusat impetrans priuilegium, sed adhuc contra *Afflictum* respondeo quod ignorātia facti excusat si ignoremus esse vel non esse litem, sed nos sumus in ignorantia iuris, quæ non excusat, redditque actum nullum *vulg. Iurib.* nempe quia supplicans ignorat talem qualitatem esse exprimendam.

34 Ultimo respondeo ad totum cōsiliū *Lanar.* Illud enim limitatur, & obseruatur procedere parte non opponēte ut ipse dicit n. 9. nos autē dicimus illud non procedere parte opponente.

Superest secundū caput *cons. Lanar.* ad quod unico verbo respondeo afferendo tex. in *Aubent.* in me-

dio litis, & *Aubent.* ut cum de appellatione cognoscitur. Quibus sic obseruatās dicas, dictū cōs. *Lanar.* nō procedere sic absolute, & simpliciter, sed cum aliquo moderamine, ut supra, sed an, & quando Rex sine causa posset denegare assensum vide in sequenti quæstione.

## ARGUMENTVM.

Assensus an possit denegari super obligatione siue alienatione feudi in casu permisso, nulla subsistente causa denegandi. Affertur opinio quorundam dicentium Regem teneri ad assentiendum, & declaratur, quo nam pacto sit intelligenda, & an simpliciter procedat.

## S V M M A R I A.

1. Casus in quibus Princeps tenetur assensum praestare referuntur.
2. Princeps tenetur assentire, nisi iusta sub sit causa dissentendi.
3. Assensus habetur pro praetito, quando non adest iusta causa dissentendi.
4. Verba, nostro tamen assensu reservato, in concessione feudi subintelliguntur. & expressa debent operari quid uberioris, & declaratur n. 5.
5. Clauses salvo assensu apposita in concessione feudi facta ex causa, facit assensum necessario prælandum, & ratio redditur: quod declarata inf n. 8 et seqq.
6. Princeps tenetur ab obseruantiam contractus.
7. Clauses salvo assensu, &c. non arctat

- artat Principem ad consentiendū.  
 9 Assensus est gratia Principis.  
 10 Princeps non concedendo assensum,  
   quando non adest iusta caussa de-  
   negandi, facit iniuriam.  
 11 Princeps dē honestate tenetur assen-  
   siri stante clausula salvo assensu.  
 12 Actus Principis regulari debet à iu-  
   stitia fori, & iustitia poli.  
 13 Promissor nō debet recedere à promis-  
   sis, caussa in contrarium non exi-  
   stente.  
 14 Causa existente legitima impediens  
   assensum, Princeps non assenti-  
   endo dicitur disponere negatiue, &  
   positiue.  
 15 Voluntas Principis, & ratio in di-  
   spositionibus in negatiuis idē sunt.  
 16 Voluntas Principis presumitur iu-  
   sta.  
 17 Voluntas sola Principis dicitur iusta  
   caussa dissentendi.  
 18 Potestas Principis duplex absoluta,  
   & ordinaria.  
 19 Princeps de potestate ordinaria tene-  
   tur assentiri stāte clausula salvo as-  
   sensu.  
 20 Princeps dē potestate obsoleta non  
   tenetur assentiri.

## QVÆSTIO XLII.

**C**ircumscriptis illis sex casi-  
 bus, in quibus Rex tene-  
 tur assentiri, & si non af-  
 sentiret, assensus habetur prō præ-  
 stito super feudi dispositione dē  
 quibus per Andr. dē Iser. in const. si  
 quis post lice, & in S. quid ergo dē in-  
 uestit. dē re alien. facta, Came. in re-  
 pet. cap. Imperiale fol. 27. litera R.  
 Matth. de Affict. decis. 294. An-  
 son. Capyc. in d. cap. Imperiale  
 fol. 27. et Nos in precedenti, sed quid  
 extra illos casus, tunc firma con-  
 clusionem, quod Rex tenetur suū  
 præstare assensum, nisi iusta caussa  
 adsit dissentendi. vt affirmauit ex  
 3 Andr. de Iser. Anto. Capyc. d. fol. 22.

sol. prima, & 2 dicens, quod cogniti-  
 to per Iudicem non adesse iustum  
 dissentendi caussā, tunc iudex de-  
 terminat quod als ēsus habetur prō  
 præstito, Matth. de Affict. in cap.  
 feudum ea lege n. 9. & 10. si de feud.  
 defunct. & hanc conclusionem latè  
 ad partes disputando tuetur Sigis-  
 mund. Loffred. in cap. p. S. donare ius.  
 qual. olim feud. pot. alien. Bartol. Ca-  
 mer. in dicto cap. Imperiale fol. 29.  
 ergo liter. V. & fol. 46. lit. I. fol. 47.  
 col. 1. lit. E. Antonius Lanar conf. 6. n.  
 5. & sequentibus, & ab illa nullum  
 discrepare vti cōmune tenet Frāc.  
 de Ponte conf. 2. n. 10. & de potest.  
 proreg. sit. assensib. regyis S. 3. nu. 13.  
 alias haberi assensū, ac si esset præ-  
 stitus Vinc. de Franch. decis. 310. ex  
 dictis Camer. in dicto ca. Imperiale  
 fol. 30. col. 2. Sigismundus Loffred. loco  
 allegato vers. de secundo, licet dispu-  
 tando defendat contrariam senten-  
 tiā quod Rex non tenetur, sed es-  
 se in suo voluntatis discimine si  
 vel nō assentiri velit.

Huius autem sententia præcipua  
 fundamenta sunt.

Primò clausula illa apponi solita  
 in investituris, nempe dantes tibi li-  
 centiam vendendi, nostro tamen  
 assensu reseruato, quæ verba si non  
 essent expressa, adhuc subintellige-  
 rētur ex natura rei, & sic feudi, quod  
 non potest alienari sine consensu  
 Domini vulgaris iuribus, sed dum  
 sunt expressa, deducit Loffred. & Af-  
 ficit. locis supra allegatis, quod de-  
 bent aliquid uberiori operari, quam  
 consequentiā multis consolidant si-  
 milibus, & argumētis si nō esse ex-  
 pressa, certum erat quod non posset  
 alienari, sed dum sunt expressa de-  
 bent hoc plus operari, vt Dominus  
 tenetur, vt concludit, & deducit  
 Afficit. D. loco n. 9. in fine.

Sed Afficit. atque Loffred. argumē-  
 ti maior transeat, nego tantum cō-  
 sequentiā, quia est apposita clausula  
 præ-

Prædicta, & sic ultra iuris communis disposita, ergo debet aliquid operari, concedo, sed operabitur, ut Dominus teneatur assentiri, nego hanc illationem atque consequentiam, hoc autem probare nemo potest, quia diuersum est hoc inferre, immo & hoc argumentum retorquetur contra Afflct. nam fatetur, quod & si alias non esset clausula prædicta Rex non teneretur assentiri, cum se fundet in virtute clausulæ prædictæ.

- 6 Secundò Afflct. ibidem n. 9. in fine, & 10. in dicto cap. feudum ealege, & ex Loffred. eiusdem sententiaz aliud elicitur fundamentum, nempe quando clausula, illa saluo assensu profertur in investitura, tunc Vassalus inuestitus de feudo, vel ob seruitia, siue bene merita erga infeudatorem acta, vel ex causa onerosa, utroque tamen casu ex Andrea de Iser. in cōst. ea quæ ad decus dixit Afflct. dec. 128. n. 10. talem promissionē nō staret intra simplices promissionis cancellos, sed gradum facere in contractum, quod etiam sequutus est Anton. Lanar. d. conf. 6. n. 5. estquæ indubitatum apud DD. hoc autem casu Priuilegio Principis in caussam contractus transalato, tunc Princeps ad illius obseruantiā tenetur Capyc. decis. 176. Gramatic. decis. 46. n. 29. Natta. conf. 122. n. 14. & conf. 669. Fallon. in cap. nouit n. 10. de iudic. versic. tertio limbo. Portius Imol. lib. 5. concl. 18. cū sequentib. Princeps. n. secundū leges viuere dicitur *l. digna vox. Cod. de legibus*, licet legibus solutus sit S. fin. iust. de baredibus instituendis, leges autem hoc præcipiūt ut contractus seruentur, prò quorum obseruatiā actiones, aliaque remedia tribuant leges, sed hoc casu dum Princeps (dicit) quod per contractum promisit ergo inreuocabilis est talis concessio Afflct. d. dec. 128. n. 10. Capyc. d. dec. 121. Fräc. Mar. dec. 20. lib. 2. & sic tenetur assensu præstare uti

- promissum. Sed hoc argumentum procederet quando vere interueniret promissio, sed in assensu non interuenit promissio, sed tantum quod licet Vassallo vendere saluo assensu, & sic intantum liceret vendere, in quantum Rex assentiret, hoc autem assensus Regis dependet ex eius voluntate; Principis autem voluntatem nemo potest, nec debet arctare, cum & legibus soluta sic, immo, & ipse est supra leges positius, ergo nec priuatus, nam si Princeps potest quod alteri de iure est quæsิตum tollere ex causa, ergo tanto fortius gratiam luam non impartiri vt est assensus, gratia. n. Principis nō est subiecta iuris limitibus, sed dene-gare assensum est de voluntate, suprema negatiua non autem positiva, ideoque non afficit ipsum Vassallum, quia nihil erga ipsum ponit siue statuit, sed tantum quod est in uoluntate Principis promittit, & sic semper potest negare, & concedere nō autem ipsum Principem arctare. Tertio eiusdem sententiaz fundatum illud deducitur si, ut modo diximus, assensus est gratia Principis, ut ex Camer. in pluribus locis, Vinc. de Fräcb. Lanar. conf. 6. n. 17. & conf. 16. Franc. de Pante dē potest proreg. tit. dē assensibus Regy's, quam gratiam dum Princeps promisit super venditione, siue obligatione concedere, dum nō adest iusta causa denegandi, Princeps non concedendo faceret iniuriam petenti, cum ex honestate dicatur debita ex cap. *bona memorie iuxta glos. fin. & ibi Abb. dē postulat.* Lanar. d. conf. 6. num. 12. ideo cum iustum sit talem assensum præstare, tum ex promissione, tum etiam ex honestate, non debet ergo præsumi Principē nō velle assentiri, cū Princi-pi præsumatur placere ea, quæ iusta sunt, ac honesta. Omnes. n. cius actus regulatur ex iustitia fori, & iustitia Poli, And. Gayll. lib. 1. obser-

- 14 n.6. & obser. 58. n. 10. lib. 2. sed af-  
fensum præstari in obligatione seu  
alienatione valida, suadet iustitia fo-  
ri, nēpē quod debet præstare, quia  
debet stare promissis, & seruare fi-  
dē, & ad contractus obseruationē,  
13 suadet iustitia Poli, nēpē iustum est  
non denegare quod ex causa promi-  
sit, ideo dūm nulla adsit iusta dissen-  
tiēdi caussa, sequitur quōd eo inuitō  
non potest recedere, Ozach. decis.  
90. n. 7. & 14. Affict. d. decis. 128. n. 7.  
Gramat. decis. 65. Decius. conf. 287.  
Roland. à Vall. conf. 66. vol. 2. Belluga  
in specul. Principū dē pace iuram. firm.  
14 Rub. 9. iusta enim causa interueni-  
ente, tunc non concedit, & sic ne-  
gatiū disponit, sed, & ipse positi-  
vē ponit nēpē reuocando conce-  
sa, Ozach. dicta decis. 90. n. 15. Affict.  
d. decis. 361. n. 6. & 29. sed Princeps  
denegando quod promisit, facit cō-  
trā urbanitatem Lanar. d. conf. 6. n.  
12. & 13.  
15 Sed hoc fundamentum diluitur,  
nam peto à contrariæ partis autho-  
ribus, quid promisit Dominus (si  
promissionem concedamus fuisse),  
equidē promisit assēsum præstare,  
& sic facere quod ex graria sua de-  
pendet, tunc si assensus est gratia,  
hæc promissio habet tacitam clau-  
sulam, si non adest iusta caussa dis-  
sentiendi, sed ratio, & volūtas Prin-  
cipis idem sunt, quia si interroges  
Principem qua dē caussa recusat  
assentum præstare? vtique respon-  
det, quia sic volo, & pro ratione  
assignat voluntatem, quē à ratione  
quodammodo non distinguitur, cum  
si ratio est quid iusti, ita, & volun-  
16 tas Princeps præsumitur etiā iusta  
Affict. d. decis. 4. n. 2. & licet non ap-  
pareat caussa, quia adhuc præsumi-  
tur Capyc. dicta dec. 166. quia in ma-  
nu Dei sunt corda Regū vt in Epist.  
inter claras And. dē Iser. in tit. que sūt  
17 regalia n. 75. & omnia, quæ faciunt  
dicuntur facere ex voluntate Dei,

cum Reges (inquit Dominus) per  
me regnant, & sapientes iusta de-  
cernunt, ergo ipsa sola Principis  
voluntas videtur quōd sit iusta cau-  
ssa dissentendi, cum omnia, quæ fa-  
cit Princeps præsumitur facere cum  
grano salis, & Princeps in terris est  
ius posituum, dum ergo denegat,  
tūc videtur ponere iustam caussam  
denegandi, quam si velis interroga-  
re? respondeo est voluntas Prince-  
pis, quæ prò ratione sufficit.

- 18 Sed huius quæstionis veritas ex  
eo potest desumi, nempē cōsiderā-  
do diuersum genus potestatis, quā  
habet Princeps in Regno suo, eaque  
diuerso modo vtitur, siquidem  
potestatem absolutam, & ordinariā  
qcquid dixerit Couar. var. resol. lib.  
3. cap. 6. n. 8. non dari potestatem  
absolutam in Principe, sed ordina-  
riam, qua vti potest supra legem di-  
sponendo.

Siquidem si ad potestatem ordi-  
nariam nostra referatur disputatio,  
19 tunc quia secundum leges viuere  
intendit d. S. fin. inst. de hered. inst. il-  
lisque se submittit, hoc casu cum  
ex tali clausula sit quæsita potestas  
alienandi, & assensus sit promissus  
vt supra, mēritō Rex assentiri tene-  
tur, quia, & contractui stare tenetur,  
& iura alteri quæsita non debet tol-  
lere finē caussa Anton. Capyc. dec. 69.  
n. 13. Aym. Crauet. conf. 308. Iacob.  
Manoch. conf. 307. nu. 4. Andr. Gayll.  
lib. 2. obseru. 56. & supra, bene tamē  
ex iusta caussa potest tollere, ideo-  
que si huic potestati referatur no-  
stra subiectio directua, qua medi-  
ante per viā directā sumus subiecti  
Princepibus, quia secundum hanc  
subiectiō directiā Princeps  
tenetur assentiri; cuius distinctionis  
de subiectiō directiā, & coacti-  
ua authorem agnosco Facchineum  
controvers. iuris lib. xi. cap. 2.

- 20 Si uero ad potestatem absolutam,  
& tunc quia supra leges positivas

est Princeps, per quā omnia potest,  
& dicitur potius plenitudo tempe-  
statis ut dicit Vasquez cōtrovers. lib.  
p. cap. 5. n. 17. quia in hac potestate  
sufficit prō ratione voluntas Matth.  
dē Afflīct. decis. 4. n. 2. & ad hoc ca-  
put refertur subiectio coactiua, &  
secundum hāc subiectiōnē, siue po-  
testatem Princeps si non vult suum  
præstare assensum, non potest cogi,  
nec potest dici, quod habeatur prō  
præstito prō ut dicit Camer. in cap.  
Imperiale fol. 46. & 47. liz. E. &  
hoc casu Vassallus petens assensum  
meminisse debet Principem esse lo-  
latum legibus, & se ipsum Principi  
subiectum esse Facchineus d. lib. 11.  
cap. 2. sicque remanet deductū quod  
assensus est merè gratia Principis  
extrā illos casus.



## ARGUMENTVM.

Minor, vel aliás priuilegiatus,  
non obstante lapsu temporis,  
an sit restituēdus ad registra-  
tionem assensus omissam à  
tutore, vel aliás à Curatori-  
bus, an sit restituendus, dico in  
præiudicium alterius cre-  
ditoris, qui licet postea con-  
traxit, primò tamē registrati-  
uit intra statuta tempora, &  
quo remedio potest esse con-  
sultum minori, & an registra-  
tiō sit neccessaria quādo Rex  
in hoc Regno expediret as-  
sensum.

## SUMMĀRIA.

- 1 Minor aduersus lapsum temporis re-  
stituitur ad redimendum, confiden-  
dum inuentarium, & alia.
- 2 Idem si est tempus datum à lege vel  
à statuto, & n. 8.
- 3 Statutum reputans quem contuma-  
cem, comprehendit minorem.
- 4 Minor facilius restituitur ad omissa,  
quam ad commissa.
- 5 Minor prius impetrans assensum, &  
non registrans ob defectum tutoris  
an sit restituendus aduersus credito-  
rem secundò impetrantem assensū,  
sed prius registrantem, quam pu-  
pillus, & quid in alijs priuilegiatis.
- 6 Restitutio concessa priuilegiatis, con-  
ceditur ex diuerso capite priuilegij.
- 7 Minor ex clausula generali restitui-  
tur aduersus lapsum tēpus in sub-  
sidium, & excusso tutore.
- 8 Tempus registrandi assensum in Re-  
gno est statutarium.
- 9 Minor vel aliás priuilegiatus est tā-  
to fortius restituendus, quando tra-  
ctatur de damno vitando.
- 10 Princeps non cogitur assentiri, stante  
quod assensus est gratia.
- 11 Assensus Domini super feudali aliena-  
tione est dē iure communi feudo-  
rum, sed constitutiones, & Pragma-  
tica Regni Neapolitani statuerunt  
circa tempus obtainendi, & registrā-  
di, & n. 13. & sequentibus.
- 12 Minores an comprehendantur in  
pragmatica registrationis assensū  
differit n. sequenti.
- 13 Statutum disponens aliquod punibili-  
le, quod prius non erat punibile nō  
comprehendit minores, idem si effe-  
exorbitans n. 14.
- 14 Pragmatica præfigens tempus regi-  
strationi assensum dicitur exorbi-  
tans.
- 15 Minores siue restituēdi aduersus regi-  
strationem assensus, & si in prag-  
matica comprehensī, data leſione.
- 16 Minores ut comprehendantur in sta-  
tute

tuto præfigente tempus actui debens  
in specie nominari.

- 18 *Pragmatica dè suspicionibus offici-  
al. xi. non compræhendit minores  
uti non expressos, nunc autem ut  
expressi minores compræhenduntur.*
- 19 *Pragmatica disponens, quòd priuilegia  
Regis exequitorientur in Re-  
gno, non habet locum quando Rex  
esset in Regno nostro, & illud expe-  
diri ficeret, & decisio refertur.*

### QVÆSTIO XLIII.

**M**inori, vel alias priuilegiato aduersus lapsum temporis esse dandam restitutionem, immò tempora non currere aduersus eos habetur ex l. fin. ubi Bart. Bald. Caſtren. Ceteriq; ſcribentes C. in quibus cauſis in integr. reſt. non eſt neceſſaria, Vnde restituendum eſſe dixit, Natta conf. 492. aduersus lapsum temporis dati ad redimentum fundum, ſi nil cum eo gemitum eſt, idē affirmauit Guid. Pap. decis. 31. ſicque ex capite minoris ætatis ſemper eſſe restituendum affirmarunt Ruin. conf. 119. vol. 5. Roland. à Vall. conf. 10. n. 17. lib. 2. Coualc. de tutor. & Curator. n. 100. verſic. & etiam dato pagina mibi 99. & aduersus lapsum temporis non confeſti inuentarij per tutorem eſſe restituendum minorem, Ioseph. Ludouic. dec. Peruf. 55. per totum in decis. Diuers. tom. 2. item minor restituitur aduersus lapsū annū, & diem per tutorem factum in non petendo inuestituram ex Jacob. di Beluis. Aluarot. Propoſit. And. de Iſer. Iacobin. Ardiz. Alex. & alijs fundat, & tenent Barthol. Caſtan. in confuet. Bargund. tit. des fiedz. Rub. 3. ſ. 2. n. 7. verſic nūquid autē poſſit, & ibid. n. p. Item restituitur aduersus lapsa tempora iudicia in ſubſidium l. vlt. ſ. procul. dubio. Cod. dè iudic. Caſſane. loco alleg. n. 8. & ſequentibus, itē aduersus lapsum temporis cridarū re-

- rum venditarū conceditur restitutio Raudens. de analog. iur. cap. 30. n. 135. & ſemper quòd minor ſētire potest damnum, eſt restituendus, vt ibidem idem Raudens. n. 138. cum ſequentib. Ioseph. Ludouic. d. decis. 55. n. 10. & li- cet hec pragmatica ſit statutum, tam minores statutis, & conſuetudinibus ligantur, & compræhendi- 2 receptum eſt, ſed restituuntur Ca- ballin. Millelog. 852. Rolland. à Vall. conf. 72. vol. 3. Item ſi eſt tempus da- tū à lege restituitur, vt aduersus an- num datum à lege ad recuperanda bona, & ad ſe purgandum de mora Boerius decis. 63. Vnde statutū quòd contumax habeatur pro confeſio compræhendit minorem ita Facbin. cōtrouers. Iur. lib. 9. cap. 41. & l. auxili- lum ſ. in delictis ff. de minoribus l. ſi ex cauſa. ſ. nunc credēdum ff. eod. ſed aduersus dictam contumaciam re- feſtis expenſis aduersario restituitur Facchin. lib. 10. cap. 2. ex l. ſancimus Cod. dè iudic. Cappell. Tolosan. decis. 329. Boer. decis. 63. n. 6. Et facilius debet concedi restitutio minoribus circa omiſſa, quam circa commiſſa 4 Ozasc. decis. 158. n. 6. Vnde in caſu præpoſitæ quæſtionis, vt quando tutor, Curator, vel alias non cura- uit registrare aſſenſum impetratum 5 ſuper contractu celebrato per pupil- lum minorem, vel alijs priuile- giatum intra tempus ſtatutum per pragmatiſca ſub tit. de priuileg. intra annum registrandi, ſi medio tem- pore alijs cōtraxit ſuper ead. re hy- potecata ipſi pupillo, & ſuum aſſe- ſum antea registravit intra tempo- ra ſtatuta, licet poſtea contraxit an talis minor ſit restituendus aduersus tempus elapsum, adeò vt debe- at admitti ad registrationem, & hy- poteca ſua graduanda ſit ſub ſuo loco anteriori, & priuilegiare ſecū- do creditori, ſed primo registranti, & videtur tum ex ſupra dictis, tum ex ſequentibus eſſe restituendū, ad

- quo:um discussionem antequam  
deu eniam, est præmitendum hanc  
quæstionem posse adaptari non  
6 solùm in minore, sed in furioso men-  
te capto, perlona priuilegiata, vel  
alias, cui competit restitutio ex l. 2.  
iuncta glo. in verbo adgnatum Cod. de  
Curat. furios. vbi Bald. & alij, & Eue-  
rard. qui multos congerit in Topicis  
legal. seù in sua centuria de minore  
ad furiosum, sed quilibet restitu-  
tur cum differentia ex diuersa clau-  
sula, minor ex minoris etatis capite,  
furiosus, & mutus ex capite misce-  
rabilitatis, vel alias priuilegiatus ex  
claulula generali si qua mihi iusta  
causa Sfortia Odd. de restit. in integr.  
q. 3. art. primo, ex Innoc. eod. tit. in 6.  
redit rationem, nam minor petens  
restitutionem ex clausula generali,  
7 non debet restituiri, nisi prius con-  
tra tuorem agat, & excuso tuto-  
re in subsidium est restituendum, ut  
infra dicemus, sed quando intentat  
ex edicto minorum, est restituendus.

*Andreas de Iser. in const. Regni in  
aliquibus col. 5. Bald. in leg. fin. Cod.  
8 in quibus causs. in integr. rest. non est  
necessaria Afflict. decis. 37o dicunt  
quod minores restituuntur aduersus  
lapsum temporis prefixi tam à  
lege, quam in statuto, concordant  
DD. ibi allegati, & tempus regis-  
trandi assensum est inductum à statuto,  
ut in pragmatica prima de pri-  
uileg. intra ann. regis mand. ergo se-  
quitur necessaria consequentia mi-  
norem esse restituendum aduersus  
lapsum prescripti temporis à statuto  
inducti ex l. fi. Cod. in quibus causs.  
in integr. restitutio non est necessaria,  
que restitutio ita operari debet, ut  
preferatur secundo contrahenti, li-  
cet primo registranti.*

*Et tanto magis procedit hæc cō-  
clusio, quod restituatur minor, vel  
9 alias priuilegiatus aduersus lapsum  
prescripti temporis à statuto inducti,*

quando petens restitutioem tra-  
etaret de damno vitando ex Bart. in  
l. licet num. 4. ff. de minor. & alijs,  
quos in proprijs terminis cumula-  
uit Sfort. Odd. dict. rest. in integr.  
part. secunda quæstione 66. art. 5.  
num. 54. & ex his potest responde-  
ri ad tex. in c. constitutus de integr.  
rest.

*Præterea Alciat. in tract. de pre-  
sumpt. part. 3. reg. prima presumpt.  
20. dicit quod si adeat statutum,  
quod filius intra certum tempus  
possit luere rem paternam, si minor  
dictum tempus labi permiserit, re-  
stitutio ei dabitur.*

10 Quinimò considerando dicas,  
quod & si prò parte contraria pos-  
set dici non competere restitutio-  
nem in casu predicto cum assensus  
sit gratia, & ideo Rex assentire  
non tenetur, ut alias dixi suo lo-  
co supra quest. 31. hoc eodem tracta-  
tu, & per Iser. in Const. post dictem,  
& in cap. primo §. quid ergo de inuest.  
de re aliena facta, latissime Anna-  
alleg. 39. & sic in faciendo gratiam  
Rex potest imponere legem, quam  
vult, que eodem modo respicit  
maiores, sicut minores, vel alias  
priuilegiatos, vndè cum sit statutum  
per dictam pragmaticam, quod  
omissio registrationis assensus iam  
impetrati, illud inualiderit, & sic il-  
la gratia, vel assensus, qua vult  
iuuari minor, non poterit alio mo-  
do operari, quam est statutum per  
dictam pragmaticam, & sic si intra  
tempus praefixum non sit regis-  
tratus, non valet.

11 Ad quam considerationem re-  
spondendo dicamus, quod illa gra-  
tia assentiendi, seù assensus non  
sunt adiumentus tempore Regis  
pragmaticæ, sed ius feudorum,  
hæc statuit, non quando feuda  
alienori prohibuit, benè tamen cum  
assensu permisit alienationem c. 2.  
de Vass. qui contra const. Leoben. & ibi  
Iser.

*Isern. num. 30. dè prohibita feudorum alien. per Lothar. in qua alienatione feudi illud tantum oneris imposuit, vt Domini consensus impe, tretur, quo impetrato, venditio seu obligatio semper valida erit, nec aliquam restrictionem patiebatur, quando enim superuenit pragmatica, nil aliud circà assensum dè nouo disposuit, sed tantum tempus non præfinitum, præfinuit, vt dictus cōsensus intra tantum spatiū temporis impetretur; & intra certum tempus registretur, nec alio modo illam restrinxit, quo ius feudorum statuit; videndum est itaque an comprehendant minores, vel aliás priuilegiatos, & si compræhendit an possit iuuari remedio restitutionis.*

**12** *Clarum est enim, quòd si Rex voluisse facere, vt minores compræhenderentur, & non restituerentur, hoc potuisse facere; sed quid in dubio, & an voluerit hoc facere Rex scilicet, vt minores compræhenderentur, eisque remedium restitutio- nis auferre. Et quamuis verissima sit regula iuris in se, quòd statutum, siue consuetudo generaliter loquens compræhendat etiam minores per tex. in l. si sine S. Lucius ff. de administrat. tutor. Baldus in l. fin. num. 3. Cod. de integr. restit. minor. & in l. si mater tua Cod. ne de statu defunct. Angel. in l. si plures in principio ff. de partis, Alex. conf. 119. nu. 35. vol. 6. Roman. singul. 816. num. 20.*

**13** *Tamen dicas hæc non procedere, primò quando statutum, seu consuetudo punit aliquod, quod de iure per priùs non erat punibile, nam tunc non compræhendit minores cap. 2. de delictis puerorum, & prò hoc notabiliter vide omnino texum, quem allegat Roman. dicto singul. 816. qui dixit à nemine ponderatur, & menti tenendum, ita Iason. in §. actiones*

*autem num. 82. & 83. inst. de actio: sequitur idem Sfort. Odd. de rest. in integr. par. prima queſt. 15. art. 7. num. 65. quem allegat Vinc. de Franch. decis. 431. iste est casus nostræ considerationis, nam nunc pragmatica facit punibile, quod per priùs non erat punibile, cum anteā solū ius feudorum statuerat, vt assensus impetraretur, & si non registrabatur nullam penam patiebatur impetrans, sed postea pragmatica imposuit penam si intra annum, & postea biennium non fuerat registratus, voluit vt assensus habeatur, ac si non esset præstitus, & sic inualidum declarauit, ergo dum facit punibile, quod non erat punibile, meritò dicendum minores non compræhendi.*

**14** *Secundò non procedit consideratio supradicta, quando statutum esset odiosum, & exorbitans, nam tunc minorcs non compræhendit Bartol. in l. etiam num. 4. ff. de minoribus, nam dicit, quod quando minores per statutum aliquid patierentur, non compræhenduntur, Hippol. de Marfil. singul. 481. Ias. in dicto S. actiones autem num. 82. & 83. inst. de action. & Nicol. Rign. in add. ad Roman. dicto singul. 816.*

**15** *Et quod hæc pragmatica sit odiosa, & exorbitas credo, quod difficultari non potest, cum per lapsum temporis quis priuetur iure suo, quod lex non statuerat, sed simpliciter, vt assensus impetrare tur.*

**16** *Quinimo, & si compræhenderentur minores in dicta pragmatica, vel etiam si expresè de ijs fuisset loqua, adhuc non potest negari, quin eis deberet dari restitutio per ea, quæ latissimè refert Affid. d. decis. 370. in primo dubio cum regulare sit in iure, vt data la sione minor semper restituatur, secundum*

terminos *l. auxilium ff. de minoribus*, & *l. fin. C. in quib. causs. in integr. rest.* non est necessaria, & sic refert per Sacr. Cōs. fuisse decisum, minori aduersus lapsū temporis à cōluetudine statuti competere restitutioē. Et sic siue in pragmaticā sint comprähensi minores, siue non comprähensi, negari nunquam potest quin restitutio, data lassione, per lapsū temporis non sit concedenda.

17 Iste articulus mihi videtur, quod est decisus in casu simili in Sacr. Cōsilio relato per *Vinc. de Franch. in dicta decis. 43 i.* nam cum in illo casu pragmaticā illa arctauerat tempus proponendi suspicione indicum, 18 quod à lege non erat arctatum, ad hoc ut minores comprähenderentur, fuit necesse in pragmaticā eos in specie nominari, ut in *pragmatica de suspicionib. official. 11.* & tamen eis competit restitutio in integrū, cuī remediū prædictum restitutioñis nisi expreſſe sit dictum, nunquam censetur sublatum, & exclusū, casus n. noster similis, ac idem videtur, nam præfinitur, & arctatur tempus per pragmaticā registrandi assensum, quod ius feodorū, nō præfinuerat, nec arctauerat. Vnde restituendos esse, licet comprähensi, vel non comprähensi sint minores per supradictam decisionem, & ante pragmaticā 11. quæ incipit, ordinamo, competit restitutio ut per *Franch. d. decis. 43 i.* sed poste a quia minores comprähebantur, superuenit illa pragmaticā, per quam hodie minores nō restituuntur *Thorus in verbo restitut. fol. 483. col. 2. pp.*

19 Sed quid si Rex esset præsens in hoc Regno, & concederet Priuilegium alicui, an esset necessaria registratio in Regia Cancellaria, feruata forma Regiae Pragmaticæ, quæ mandat omnia priuilegia expedita

à Rege exequotoriari in Regia Cancellaria, dicas quod hoc casu, quia præsens est Dominus Rex, non est necessaria exequotoriatio, prò ut fuit decisum in causa Marchionis Triuici prò dicto Marchione contra suos Creditores, qui opponebant, quod priuilegium Maioratus feudorum concessum ab Imperatore Carolo Quincto nō fuisse registratum, Replicabat Marchio quod Imperator Carolus Quinctus quando illud concessit erat in Regno Neapolis, & sic in ead. Regni Cancellaria fuit expeditum, meritò nō erat necessariū illud exequotoriari, dum Pragmatica loquitur dē illis priuilegijs, quæ expediuntur in Curia Hyspaniarum.

## ARGUMENTVM.

Rege imponente adoham extraordinariam ex caussa belli, an immunes debeant cogi ad soluendum illam, non obstante immunitate ab adoha, siue illius remissione, & an, & quādo talis immunitas habeat locū, vel non, & in quibus casibus differitur.

## SUMMARIA.

I Immunis ab adoha, an sit immunis ab adoha extraordinaria, & distinguitur n. 4.

2 Comes de Montrey Neapolis Pro-Rex in præmuniendo Regno, & prò subueniēdis bellis Lombardia, Germania, & Flandria, & Hispanorum maxima cum sedulitate, & prouidentia equitum, pedisunque tur;

- turmas erigit.*
- 3 Regnum Neapolitanum, & Barones donant Regi maximas, & pluri- mas equitum, peditumque turmas, & n. 16. & n. 18. item, & tempore Ill. Duci Alue.
- 4 Immunitas ab oneribus feudalibus comprabendit sola servititia persona- lia.
- 5 Immunitas ab oneribus feudalibus quibuscumque comprabendit onera personalia, & realia.
- 6 Immunitas ab oneribus realibus, & personalibus omnibus quibuscumque, comprabendit extraordinaria non autem ordinaria.
- 7 Immunitas ab oneribus feudalibus personalibus, realibus, mixtis, or- dinarijs, extraordinarijs, quibus- cunque impositis, & imponendis quocunque modo, & qualitercumque an comprabendat tempus guerra referuntur tres opinione.
- 8 Princeps semper videtur cogitare de oneribus bellicis tanquam solitis.
- 9 Priuilegium, & si generaliter indul- tū non comprabendit casum publica utilitati contrarium.
- 11 Immunitas concessa etiam tempore guerra, comprabendit casū guerra.
- 12 Prima opinio, quod taliter immunis non debet soluere tempore guerra, non procedit quando aliter bello non potest subueniri, sic etiam tertia opinio.
- 13 Tempus guerra nunquam videtur exceptum.
- 14 Vassallus immunis ex debito iusti- tiae, adhuc debet soluere ex congruo vassaliticae obligationis.
- 15 Vassallus dominum in necessitate no- adiuuans non dicitur vassallus.
- 16 Necessitas Domini est loco requisicio- nis.
- 17 Regnum Neapolitanum semper am- plectitur opinionem pro seruiendo Regi.
- 18 Dominus tempore necessitatis potest augere adobam semel taxatam.
- 19 Subueniendum omnino est Regi in- necessitatibus, nisi ex propria libi- dine in illis esset.
- 20 Immunitas ab adoha concessa tem- pore existentis guerrae compraben- dit adoham tempore guerrae exi- stentis impositam.
- 21 Tempus guerrae si est expressum in immunitate, Vassallus non solueret.
- 22 Immunitas duodecim liberorum non excedit ad onera tempore guer- re.
- 23 Immunitas generalissima non com- prabendit casum pestis.
- 24 Pestis dicitur bellum diuinum.
- 25 Immunis à collectis, non est immunis à collectis tempore guerrae impositis.
- 26 Virtus, & patrimonium à pari pro- cedunt tempore pestis in extimo fa- ciendo.
- 27 Filii Praesidentium Regia Camera sunt immunes à iure sigilli Regia Camera.
- 28 Immunitas ab adoha, siue à donati- uo concessa ante impositionem il- lius, cedit damno Regis, & n. se- quentibus.
- 29 Idem si concederetur post imposi- tionem adoha.
- 30 Quod declarata si adobū esset exactū vel non exactū.
- 31 Immunitas concessa particularibus cedit in damnum concedentis, non autem Vniuersitatis.

## QVÆSTIO XLIV.

**E**X ijs, quæ diximus in que-  
stione 37.n. 17. vers septimus  
est casus, & sup. q. 13. & 14.  
in fine. Infero quod si aliquis feuda-  
tarius, siue Baro esset immunis à  
solutione adohæ, vt quia Dominus  
Rex ex speciale gratia, siue priuile-  
gio, vel alia de causa remisisset illi  
adohæ solutionem, immunemquæ  
ab illa ipsum fecisset, postea ex cau-  
sa belli imponcret Vassallis feuda-  
tarijs adoham extraordinariam pro-  
sub-

- subueniendis illius necessitatibus, quibus statim subueniendum est Ozasch. decis. 86. n. 6. An hoc casu talis immunitas prospicit, adeo quod ipse immunis non possit adstringi ad illius solutionem maximè in his tē-
- 2 poribus anni 1633. & 1634. & seqq. belli Alemanici, Flandriæ, Lombardia, & Brassisilis, & Olandensiū, prò quibus propulsandis, ijsque succurrentis, quanta fuit Excellētissimi Comitis de Monterey vigilantia, prouidentia, sedulitas, & accelerata diligentia generaliter in Regno ut supra qu. 4. nu. 9. diximus in annis prædictis impositum est tarenū vnum pro quolibet foculari per quatuor menses à die primo Iunij d. anni, & die prima Septembris d. anni fuit retenta per Regiam Curiam tertia pars introitum fiscalium, & Arrendamentorum, quæ postea fuit assignata super gabella vulgo il terzo grano per rotolo, & il carlino per staro d'oglio, & omnia ex liberalitate Ciuitatis Regni, & Baronum Regi donata, tam in hoc anno tempore Excellentissimi Comitis de Monterey, quam etiam tempore Excellentissimi Duci d. Alua, & deinde de Alcalà, quo tēpore Barones Regni etiam donauerunt Regi nostro tot turmas Equitum, & peditū cohortes, o magna Regni nostri liberalitas, ut supra q. 4 nu. 9. & seqq. dicāt nauales expeditiones ad Hispaniam, deinde ad alias partes transmissæ, & pedites ad Mediolanum profecti, & tot tantaque alia bellicarum subuentiōnū genera ex hoc Regno toties emissæ, o magna Regni nostri erga Regē nostrū animi, fideique propensitas, obedientia, & liberalitas nunquam indeficiens.
- 4 Utque ad indicatæ questionis resolutionem descendam, distinguo plures casus, quando immunitas sive remissio est generalis, ut quia Rex fecit quem immunem ab oneribus feudalibus, nihil aliud addēs, & tunc sola onera personalia videntur remissa ad tex. in l. fin. S. ultimo ff. d. muneribus, & honoribus l. qui immunitatē ubi glos. Cod. d. muneribus patrimonial. ubi Bartol. & Io. de Platea, idem Bartol. in l. vacuatis n. 5. Cod. de decurion. & post eum Thom. Parpal. in l. placet, Cod. de sacros. Eccl. Chacheran. decis. 95. n. 50. & in specie præter omnes Henrich. à Rosenthal. in sua synops. feud. cap. 5. d. Re galib. conclus. 86. n. p. Rartolom. Cypoll. cauel. 63. n. p. Petr. Antibol. d. muner. p. 3. S. 2. n. 32.
- 5 Secundus casus ad limitationem præcedentis, vt quando in priuilegio non solū esset dictum ab oneribus, sed fuisse additum, & dictum facio te immunem ab oneribus feudalibus omnibus, & quibuscumque quia talis immunitas compræhenderet etiam onera realia, quæ etiā videntur in casu prædicto remissa, ita annuit Cypoll. cauel. 63. in princip. & sic docet Rosenthal dicto loco n. 2.
- 6 Tertius Casus quando Immunitas esset cōcepta sub verbis amplissimis, vt quia diceret facio te immunem ab oneribus feudalibus omnibus, & quibuscumque realibus, & personalibus, quia hoc casu dicta immunitas compræhendit solū onera extraordinaria, non autem ordinaria, nisi expressum dicatur, & ordinarijs ad tex. in l. honoribus S. qui muneris publici vacationem ff. d. vacat. mun. l. criminalis, ubi glos. Cod. de decuriō. li. 10. l. 2. ff. d. iur. immun. ubi Bartol. Abbas Sicul. in cap. 2. in fin. d. iur. immun. Cypoll. de cauel. 63. n. p. Marc' Ant. Natta conf. 139. n. 11. vol. p. dicentes, quod concessa simplici immunitate ab oneribus, ut supra, intelligi videretur remissa extraordinaria non autem ordinaria.
- 7 Quartus Casus an si immunitas esset.

esset amplissimus , ut quia dictaret facio te immunem ab oneribus feudalibus, personalibus , realibus , mixtis , ordinarijs , extraordinarijs , quibuscunque impositis , & imponendis quocunque modo , & qualitercumque , adeò quòd immunitas esset generalissima , & amplissima , an hoc casu tempus guerræ videtur comprehensum , adeò ut talis immunis non teneatur soluere adoham extraordianariè prò guerra impositam .

In hoc art. sunt tres opiniones . Prima est illorum , qui indistinctè assentuntur , quòd tempus guerræ videtur comprehendens , & sic quod talis immunis non teneatur soluere . Secunda est opinio illorum , qui indistinctè tenent ; quòd talis immunis non comprehendit tempus guerræ , & in tali casu iste immunis teneatur soluere . Tertia est opinio Bartol. Cypoll. qui cautelam adhibendo utramque concordat .

Primam opinionem docuerunt post Raynerium de Forlimio Paul. de Castr. in l. si ex toto num. 5. ff. de legat. primo Natta num. 16. & ibi Ioan. de Imol. et Bartol. Socin. , Franc. Ripa in l. in honoribus §. qui muneris ff. de vacat. muner. per tex. in l. p. Cod. de vacat. mun. publ. 10. & illâ refert Mar. Ant. Natta conf. 406. nu. 16. vol. 2. licet ab illa discedat, prò ut sit etiā ab ipsa discedit idem Paul. de Castr. in l. neminem Cod. de sacrefac. Eccles. prò ut sic etiam refert Henrich. à Rosenthal. d. loco n. 3. in glossell. D. qui contraria partem amplectitur dicendo ex dictis iuribus , quòd qui habent vocationem muneris publici , 8 recè recusant collationes ex improviso indictas , & quòd Princeps in genere semper videtur cogitare de bellicis oneribus, tanquam solitis Principi euenire, merito tanquam ad cogitata debet talis immunitas extendi , & sic immunis non debet soluere , & per alias rationes , qui-

bus respondeat idem Marc. Ant. Natta d. conf. 406.

9 Secunda opinio est illorum , qui dicunt , quòd in tali casu immunis ab adoha tenetur soluere adoham impositam ex causa guerræ , & hanc opinionem docuerunt Dyn. in l. si ex toto ff. de legat. I. ubi Alexand. n. 7. & sequentibus , & post Bald. Abbat. & alios ibidem Iason. n. 7. Ripa n. 17. qui omnes affirmant communē esse. Fel in. in cap. cauffam, que n. 17. de rescriptis, Plot. in repet. l. si quando §. p. n. 17. Cod. Vnde vi , & inter consulendo hanc sententiam vti communem docuere Roland. à Vall. conf. 5. n. 26. vol. p. Marc. Ant. Natta d. conf. 406. n. 2. tom. 2. & conf. 63. n. p. qui per multos allegant , & vti communē canónizaverunt, Franc. Viuius in verbo immunitas in princip. numeri Emanuel Xuarez litt. I. in principio , Franc. Mar. quæst. 458. Chacberan. decis. 91. n. p. Gayll. obseruat. 52. n. 25. & seqq. Henrich. à Rosenthal. de feud. cap. 5. de regalib. conclus. 86. n. 3. & in specie seruitiorum feudalium Andr. Kohl. de seruit. feudal sit. de cauffa formalis seruitiorū p. 4. n. 98. cum sequentibus . Per rationes , primò quia priuilegium quo quis modo , & quo quis tempore concessum non habet locū tempore necessitatis ex tex. l. Vnica Cod. vt nemini licet ab empt. discedere ubi gloss. exemplificat tempore guerræ Natta d. conf. 63. n. p. Andr. Kohl. dictio n. 98. versic. tunc.

10 Secundò quia priuilegium , & si generaliter indultum non comprehendit casum publicæ utilitati contrariū , & si includeret, non valeret, cum ex alijs rationibus , quas adducunt idem Andr. Kohl. d. loco , & Natta ibid. ceterique DD. sup. allegati , qui per mille adducunt rationes Petr. Bellin. de re milit. p. 6. sit. 2. n. 5. Sebastian. Medices de casibus fortuit. p. 1. q. 16. n. 6. dicens , quòd immunitas concessa non soluendi onera , non debet

bet intelligi de oneribus , quæ imponuntur ex causa belli; *idem p.2. quest. 1.n. 4.* Bonus de Curti de nobilit. p.5. n. 45. & ita decimum ut supra docui *quest. 14. in fine.*

**11** Tertia fuit opinio , sed potius medela Bartol. Cæpoll. cautel. 63 in fine dicens , quod si Princeps diceret facio te immunem ab omnibus oneribus etiam ab illis , quæ imponerentur ratione guerræ , quia tunc talis immunitas includeret casum guerræ , & sic immunis non tenetur soluere , quam opinionem etiam docuit Henrich. à Rosenthal. dicto loco n.5. in fine sed horum sententiæ sunt intelligendæ cum his declarationibus .

**12** Declara primò primam sententiam non esse receptam ob rationes , quas infirmas esse nonnulli iudicant , & procedit quando aliter prouideri potest , quām collectando immunes , quia si aliás prouideri potest , & tanta necessitas non urget , priuilegia debent custodiri , & obseruari , tanquam quod non simus in tempore necessitatis , quæ reddit omnia paria , & communia , & tunc succedit

**13** secunda sententia ut immunes debent soluere ; quia tempus necessitatis guerræ semper videtur exceptum , & non cogitatum in concedenda immunitate , quia si Dominus Rex potest bona subditis tollere ex causa publicæ necessitatis , tātò magis potest immunitates tollere à te concessas , Et sic pariter cessat tercia opinio Bartol. Cæpoll. ut ea procedat quādo aliás nō possit Rex prouidere necessitatibus belli , quia , & si tempus belli exceptisset , adhuc essemus sub ead. difficultate , nempè necessitatis , quo tempore dicunt præfati DD. quod omnia pœnitūs priuilegia cessant , & præualet publica necessitas , & sic etiam corruit opinio Chacberan. d. decis. 39. n. 12. quam sequuntur Rosenthal. d. loco n.4. & 6. alias rationes videas apud Andr. Khal.

dicto n.98. cum sequentibus. Et sic pariter cessare debet opinio Baldi cōf. 405. vol. 5 Roland. à Vall conf. 5. n. 34. & aliorū , quos allegat idem Rosenthal. dicto loco n.6. in gloss. q. dicentiū quod quando immunitas dictat ab ordinarijs , & extraordinarijs , quia tempus belli videtur remissum , nam adhuc obstat ead. fidelitas , eadē necessitas , ead. Principis intentio , vt tempore necessitatis succurratur , meritò idem ius esse debet ; Sic etiā si dixisset de cogitatis , & incogitatis secundum opinionem Roland. d. loco Chacberan. d. decis. 39. n. 21. Rip. Martin. laud. Alberti Bruni , & aliorū , quos allegat idem Rosenthal. dicto loco in gloss. p. Nisi in uno casu ut in si. in declaratione 3.

**14** Et tamē adhuc si Vassallus ex debito iustitiæ esset immunis , adhuc de congruo obligationis Vassallaticæ debet talem solutionē præstare , & cum ratione , quia talis immunitas debet intelligi de tempore , quo non urget necessitas præcisa , ut Vassallus ostendat se Vassallum fidelem , & deuotum Domino suo , tunc enim præsumeendum est , quod Dominus remisit , sed nō tempore necessitatis , nam aduertant , quod non per hoc remisit fidelitatem aliqua onera , & obligationes Vassallaticas , quæ debent ostendi , & dari Domino in necessitate existenti , Vassallus . n.

**15** videns Dominum in necessitate constitutum , si illum non adiuuat , non dicitur Vassallus , qui non adiuuat Dominum , prò ut est obligatus , nexus. n. Vassallatus sēper remanet , & in necessitatibus cognoscitur vassallus fidelis , & Domino acceptabilis , & amans , & sic talis casus etiam attenta opinione Cæpoll. & sequaciū tēpore necessitatis belli videtur exceptuatus , quia etiam si non teneatur , tamen debeat soluere , quia necessitas Domini est locū requisitionis seruitij , ideo aduertant fideles feuda.

**16** ceptuatus , quia etiam si non teneatur , tamen debeat soluere , quia necessitas Domini est locū requisitionis seruitij , ideo aduertant fideles feuda.

feudatarij circa has opiniones vt sequantur æquiorem, & decentiorem  
17 nempe vt seruiant Domino prò vt nos in Regno Neapolitano vltra sè per fecimus, facimus, & faciemus sè per cum magna alacritate, sedulitate, largitate, & quòd magis fidelitate.

18 Declaratur secundò secunda sententia, quòd si Dominus determinasset quantitatatem adohæ præstandæ, vt adhuc tempore necessitatis belli possit petere etiam vltra quantitatem taxatam, & sic augere illam, quando aliter necessitatibus belli non posset prouidere *Luc. de Penn. in l.p. C. de superindictiis lib. 10. Jacob. Ayell. n. 47.* Et ita ex multis rationibus concludit *Andr. Khol de seruit. feudal p. 4. de caus. formal. seruit. n. 98.* quæ est aurea doctrina, dixi supra q. 29. n. 8. quam omnino videas, per quam comprobatur petitio Regis in anno 1632. per medium Excellentissimi Comitis de Montrey Pro Regis, qui vt succurreret necessitatibus bellorum, petijt à Baronibus, & Regno vltra adoham taxatam unum militem pedestrem armatum, & vestitum à Barone pro quolibet centinario foculariorum. Et ab Vniuersitate alium militem similiter armatum, & vestitum pro dicto nū. foculariorū, & deinde prò singulis dictis duobus militibus pedestribus petijt vnum militem equestrem armatum, tam ab Vniuersitate, quam à Barone prò dicto numero foculariorum, & prò illo ducatos centuiginti, vt superius dixi, qui cum magna celeritate fuerunt quam cito consignati, & sic etiam similiter fuit obseruatum tempore Regis Ludouici, & Reginæ Ioannæ, qui vt soluerent trecentum milles floretos Regi Vngariae prò translatione, mandauerunt vt consignarentur Vniuersitatibus Regni tot tumuli salis ad rationem decē.

rolenorum prò quolibet tumulo, vt refert idem *Jacob. Ayell. dicto loco n. 48.*

Nèc non idem Comes vltra collectas ordinarias, & functiones fiscales imposuit tarenum vnum prò quolibet foculari per spaciū quartuor mensium prò succurrendo vieti militum, hæc sunt onera subditorum, hoc interest esse Vassallum, hoc dat subiectio, horum autem omnium, & aliorum compendiosa cauſa sunt nostra peccata.

19 Regi .n. subueniendum omnino est, nisi ex libidine, vel propter inordinatas expēſas hoc faceret dicit *Jacob. Ayell. d. loco*, quia tenuitas imprandi periculosa est in Principe.

20 Declara tertio quod si in Regno esset necessitas ex cauſa guerræ, & Dominus in imminentia, & vrgentia necessitatis instantis concederet immunitatem ab Adoha, quia talis immunitas operatur in dicto tempore guerræ, ita docet *Henrich. à Rosenthal. dicto loco n. 6.* dicens quod sicut contraria opinio fundatur, quòd dominus concedens immunitatem à seruitio non videtur cogitare dè tempore guerræ, ita quando in tempore guerræ concedit, videtur dè illo cogitare, & sic fauori suo quilibet potest renunciare *Chacheran. decis. 39. n. 21.*

21 Declara quarto si expressim Dominus remisisset tempus belli, vt tempore belli Vassallus non teneatur præstare adoham, quia tunc non tenetur, ita docent à contrario *DD. in d. l. s. ex toto Chacheran. d. decis. 39. n. 20. Rosenthal. d. loco n. 4. & decis. 91. n. 13.* vbi ponit casum in terminis, in quibus tempus belli fuit remisum.

Sed hæc opinio etiam reincidit sub ead. difficultate, quia & si remissa sit adoha, & seruitiū reale, tamē non est remissa obligatio tanquam Vassalli fidelis, & deuotionis erga Dominum, quod nō est in casu ter-

tix.

tia declarationis quia tunc dum imminent necessitas , & Dominus videt , & remittit , quid ergo aliud querimus? Videtur.n. Dominus dicere nolo ut seruias , quemadmodum diximus nolo habere , licet non soluat illum à nexu Vassallatiaz subjectionis , & fidelitatis , Sed quid si imponeretur adoha prò remunerādis Legatis missis ad Regem , an teneatur immunis soluere ? Dicas quod non tenetur. Ita Bartol.loquēs in collectis affirmat in l. 13. Cod. de excusat.muner.lib. 10.

22 Declaratur quintō vt immunitas duodecim liberorum non compræhendat onera imposta ratione belli , & sic quod talis pater immunis teneatur soluere ita Gaspar. Thessaur.decis. 267. n. 16. Philipp. Pascalis de patr.potest.p. 4. cap. 4. n. 28. nec etiam compræhendit debita contracta ante consequitionē immunitatis prò vt in veroque casu sic refert decisū Regens Reuterter.decis. 49 n. 5.

23 Declaratur sextō, vt tempus guerræ , & tempus pestis à pari procedant in causa immutatis prædictæ , & sic immunis ab oneribus , ut supra , teneatur soluere onera imposta.

24 ta ex causa pestis , ea etiā ratione , quia pestis dicitur bellum diuinū , ita Doctores omnes supra citati indistinctè hoc admittunt , & in specie Hieron. Prauidel. de peste tit. de contratribus , & alijs actibus inter viuos n. 8. Henrich. à Rosenthal. d.loca.n. 3. amplians etiam in casu similis morbi contagiosi diuinitūs contingentis.

25 Declaratur septimō, vt immunis à collectis teneatur soluere collectas , quæ imponuntur , vel augentur ratione guerræ , vel alijs ut supra ita docent Doctores omnes in d.l. se ex toto , & in specie Bald. de statutis in verbo collecta n. 17. mibi in tractatib. tom. 2. fol. 99. Alberic. à Rosate de statut. part. 2. quæst. 138. n.p. Remigius de Gomni de charitat. subsidio qu. 59. nu.

35. mibi in tractat. tom. 15. fol. 182. Nicol. Festas. de æstimo. et collect. cap. 2. nu. 61. etiam si esset priuilegium ex causa contractus idem Nicol. d loco part. ultima.

26 Vnum non omitam, quòd tempore guerræ , vel pestis in impositiōnibus ex causa illarum imponēdis , ita extimatur virtus sicut patrimonium secundum Bald. in l. 5. S. p. ff. prò socio, Ant. Nicell. de glossis contrarijs cap. incip. addendum est n.p. & 5.

27 Nèc aliud notatu dignū omittere volui ad materiam immunitatis , an filij Præsidentium Regiæ Cameræ Summariaz sint immunes à sigillo , prò ut sunt immunes Præsidentes patres, ut ex doctrina Io. de Platea in l. fin. Cod. de profess. & medicis dicen- tis, quòd immunitas concessa patri ratione professionis transit ad filiū refert Regens Reuterter. decis. 5. par. 5. quod semper fuit obseruatum quòd filij Præsidentium gaudeant immunitate sigilli , & sic pariter fuit deci- sum , & ita vidi obseruari .

28 Quintus casus principalis , quando Dominus in specie concederet immunitatem ab adoha , & sic à donatiuo , & tunc subdistingue alios casus .

Primus quando ante impositiōnem adoha , siue donatiui reperitur aliqua Vniuersitas immunis etiam à donatiuis futuris , & tunc dicta immunitas non nocet Regno , sed cedat in damnum Regis ea ratione , quia videtur donare , prò ut reperi- tur , & idem , & vnum Regnum est , etiam quòd aliquæ Vniuersitates reperiantur immunes .

29 Secundus casus si post donatiuū , siue adoham imposiem Rex conce- dit immunitatem , tunc talis immu- nitas nō prodest quoad donatiuum impositum , & non exactum , quia concessio immunitatis intelligitur rebus in eod. statu permanentibus , secūs autem quoad alia donatiua .

imponenda, quautem reali munitas redit in præiu-dicta concedentis pro ut sic distinguit Reges Moles de-tis. 2. verific quæ concluso ad finem tit. de functionibus fiscalibus dicens sic fuisse decisū die 14. Augusti per Reg. Cameram anno 1560. Referente P̄fidenti T̄boma Salernitano.

30 Quam decisionē declara, Primo in functionibus fiscalibus, vt si immunitas non conceditur particularibus, sed alicui vniuersitati, & functiones fiscales non debentur à Re-gno ad certam summam, sed ad nu-merum foculariorum Regni, ita quod Rex concedendo immunitatem alicui Vniuersitati, videtur eo modo recipere id, quod alias à dicta Vniuersitate esset recepturus si non cōcessisset prò ut decisum refert idē Regens Moles d. decis. 2. in principio.

31 Declara secundo, quod si immunitas à functionibus fiscalibus sit concessa particularibus de aliqua Vniuersitate, an talis immunitas ce-dat in damnum Vniuersitatis illius, de qua sunt particulares immunes, vel cedat in damnum concedentis, & cum in anno 1564. esset agitata hæc quæstio in caussa Magnif. Io. Felicis Scalaleonis Regij Consilia-ri, & Magnifici Iulij de Gerardis similiter Regij Consiliarij cum Ciuitate Nolæ, & Regio Fisco, fuit ordinatum Regio Perceptori Terræ La-boris, quod excōputaret dictæ Ciuitati Nolæ summam functionum fiscalium ipsis attingentium, & ita fue-runt expeditæ literæ Regiæ Came-ræ die 13. Septemb. eiusdem anni Re-gistratæ in Partium nono fol. 252. Et sic pariter fuit ordinatum in fauore Vniuersitatis Castri Montanarii, ut refert idem Regens Moles de functio-nibus fiscalibus q. 3. vbi refert, quod contrarie opiniones fuerunt reye-æc, quæ dicebant, quod tales im-munitates de certa scientia poterūt concedi, & quousque talis immuni-

tas non redundaret ad iniuriam aliorum Ciuium, si talem immunitatem poterant sufferre, idem refert idem Moles decis. 4.d.tit. versiculo, et si conclusum fuit.



## ARGUMENTVM.

Immunitas adohæ concessa ali cui ex combaronibus an pro-sit alteri combaroni. Et plu-ribus existentibus combaro-nibus in vno feudo, an defe-ctus vnius in non soluendo adoham noceat alteri soluen-ti. Et an solutio vnius profit alteri non soluenti. Et an adohæ solutio possit diuidi prò rata Baronis. Et an con-cesso castro duobus Comba-ronibus, ex quibus vni fue-runt concessæ certæ perso-næ, siue certa focularia, vel casatæ, & alteri fuit conces-sum dictum Castrum indefi-nitè cum Vassallis. Si aduenæ conuolauerint ad habitandū in dicto Castro, quis ex di-ctis concessionarijs cogno-scet de eorū delictis, & quid de transeuntibus.

## S V M M A R I A.

I Immunitas ab Adoha concessa Com-baroni, siue conuallio an profit al-teri

- teri Combaroni dībīnguitur.
- 2 Seruitio personali existente indiuiduo, unus ex Combaronibus tunc seruiens prodest alteri, secūs si omnes tenentur seruire.
  - 3 Seruitio existente reali, & diuiduo, seruitium unius non prodest alteri, secūs si indiuiduum, et sic etiam immunitas, secūs si esset personale.
  - 4 Socius immunis facit socium immunem, qui ante non erat immunis.
  - 5 Feuda in Regno sunt ferē omnia indiuidua.
  - 6 Perceptores in Regno exigunt adobam, siue donatiuum diuisim, & integrē prō vt mētius possunt. Adoba potest solui prō rata feudi possēs à combaronibus, & sub n. 6.
  - 7 Desēctus non soluentis adobam annoeat alteri Combaroni, distinguitur quando seruitium est diuiduum, vel indiuiduum.
  - 8 Seruitio existente indiuiduo, tunc altero ex conuassalli deficiente committitur pena quoad omnes secundum unam opinionem rigorosam, sed secundum mitorem committitur pena quoad deficientem, & n. 9.
  - 10 Seruitio existente diuiduo, committitur pena quoad deficientem.
  - 11 Fidelitas ab omnibus indiuisim prastari debet.
  - 12 Frater combaro derelinquens Dominum in prælio, amittit partem suam feudi, nec nocet fratri insequenti, & seruienti Domino circa partem suam.
  - 13 Fratre uno præstante seruitium taxatum Domino, & altero fratre seruiente eidem Domino vulgo pro Auenturiero, vel Regio stipendio, & delinquentे contrā Dominum, non amittitur feudum commune.
  - 14 Frater possidens feudum ex diuisione inter alios fratres inhabita, tenetur seruire Domino, non autem reliqui fratres.
  - 15 Solutio adoba ab uno combarone facta quando profit alteri non sol-

uem.  
16 Frater soluens, altero fratre combarone, tunc actio intelligitur à frisco cessa fratri soluenti contra fratrem non soluentem.

## Q V A E S T I O X L V.

**E**T quia potest dubitari, quando essent duo Combarones, siue Conuassalli, qui ratione feudi tenerentur soluere adobam prō seruitio, Quid si Dominus Rex faceret immunem ab adoha vnum ex dictis Combaronibus, vt non solueret, an hoc casu debet etiam censi seruius alter Combaro. In hac quæstione, vt breuius agam iuxta mōrem distinguendo, constituo plures casus.

Primus casus, quando seruitium est personale.

Secundus casus quando seruitium est reale, & tunc aut est indiuiduum, aut diuiduum.

Primo casu, quando seruitium est personale, & tunc subdistingue, aut omnes tenentur seruire, adeò vt ab uno quoque debeat exigi seruitium, & tunc immunitas prædicta prodest illi, cui concessa est, aut seruitium est vnicum, vt quia dicti Combarones tenentur seruire cum uno homine armato, & uno equo, & tunc immunitas prodest illi, cui concessa est, non autem alteri Combaroni *Papon.lib. 15.tit.2.arrest.29.*

Secundus casus, quādo seruitium est reale, & diuiduum, tunc immunitas liberat illum, cui concessa est; sed si indiuiduum, & tūc aut concessio dictat similiiter non facta mentione de seruitio indiuiduo, vt si dicaret non obstante, quod seruitium sit indiuiduum, adeò quod faceret personam immunem, & sic concessio immunitatis esset personalis, & tunc dicerem, quod tantum persona videretur immunis à seruitio per-

personalis non autem reali.

*Aut expressè dictaret etiam à servitio reali, & tunc immunitas concessa vni prodest alteri ratione individualitatis seruitij ita Marc. Anton. Natta de Statut. quæst. 3. num. 76. ex doctrina gloss. in l finali Cod. de maneribus, & honoribus non continuand.*

**4** lib. 10. dicens quòd si imminunis à collectis contrahit societatem cum altero non existente immune, tunc iste non immunis, ratione coniunctionis, & individualitatis, consequitur etiam immunitatem, & optimè comprehendens omnia supradicta dicta capita dicit *Natta cons. primo num. 11. vol. pri. Iacob. Menoch. de arbitr. iudic. lib. 2. cœtur. 4. casu 179. n. 8.*

*Ex quibus, & alijs, quæ dixi infra etat. de Iure Relevij par. 1. quæst. 17. et par. 3. quæst. 11. & par. 5. quæst. 11. 12. & 14. de facili poterit formari alia similis quæstio. Quid si essent plures Combarones. in uno feudo, & unus deficeret à solutione adohæ, an defensus istius noceret alteri, & quid è contra, hæc quæstio licet in Regno nostro difficiliter possit practicari, cum omnia ferè feuda sint individualia, & seruitium quoq; individualium, licet exigatur per Perceptores Regios diuisim in tribus solutionibus siue tertiijs, ut dicam infra qu.*

**6** 48. & per ipsos Perceptores etiam diuisim exigitur semper, & in quilibet summa, quam solunt feudatarii, tamen potest practicari respectu feudorum, quæ possidentur iure Longobardorum, in quibus si unus soluit partem suam, an Perceptor possit facere executionem super toto feudo, & sic super parte alterius Combaronis, dum ad priuationem feudi non proceditur in Regno nostro ex speciali ordinatione Regis, ut dixi dicto tract. par. 3. q. 11. nu. 17. & 18. Iacob. Ayell. nu. 72.

*Secùs autem quando feudum es-*

*set diuiduum, ut quia duo, vel tres essent Barones puta iure Longobardorum, nam quilibet teneretur prò sua rata præstare seruitium, excepta fidelitate, quæ non potest diuidi, ut in hac quæstione, & ita practicatum reperio in adoha præstanta prò feudo Casalis Principis pertinentiarum Auersæ, in quo erant tres Barones de familia Gargana, quorū Magnif. Paulus Garganus possidebat medietatem, & sic duas partes dictis Casalis, & unam aliam quartam partem possidebat Magnif. Michael Garganus, & aliam quartam partem possebat Magnif. Io. Vincentius Garganus, fuit dubitatum in modo soluedi adoham, & per Reg. Cam. Summ. die 15. Ianuarij 1527. ut in adobarū 4. fol. 185. & sequenti, fuit ordinatum quòd, ideo recognito cedulari ex quo apparebat, quòd pro dicta medietate d. Casalis spectabant d. Magnif. Paulo duc. 37. 2. 10. inclusa contributione Vassallorū dictæ mediatis, & Mag. Io. Vincentio spectabat prò d. quarta parte duc. 21. 4. 7. & Magn. Io. Michaeli prò d. quarta parte spectabant alij due. 18. 3. 15. fuit ordinatum, quòd dict. Io. Paulus solueret dictos duc. 37. 2. 10. inclusa rata Vassallorum pro dicta medietate d. Casalis, & quòd Magn. Vincētius itidē solueret dictos duc. 21. 4. 7. & quòd Mag. Io. Michael tractetur immunis uigore suæ immunitatis, & quòd exigatur rata Vassallorū tātū.*

**7** *Sed quicquid sit, quæstio est dubitabilis, quæ sub tractatu debet ponni, & facile accidere potest, tum in Regno respectu feudorum iuris Longobardi, tum etiam extra Regnum, ubi solent fieri tales concensiones sic individualiæ, Ideò prò eius resolutione distinguo duos casus.*

*Primus Casus, quando seruitium est individualium.*

*Secundus casus, quādo seruitū est individualium, quos casus potes recolligere*

ex Ludolph. Scrader. de feud. p. p. nona par. principal. sectione 14. ex Henrich. à Rosental. dē feud. cap. 8. tit. dē finib. & effect. feud. conclus. 6. & in specie conclus. 7. ex Andrea Kobl. de seruit. feudal. par. 1. n. 86. tit. Qui seruire teneant. & ex ijs, quæ Ego dixi in dicto meo tract. in d. questionibus, & præcipue dicta par. tertia quest. 11. per totam, idē And. Kobl. de seruit. feud. p. p. tit. p. n. 86. cum sequenti, & ex Jacob. de S. Georg. tit. de homagys in princip. n. 38. mibi in tract. tom. 10. p. 2. fol. 175. & ex ijs, quæ dixi supra hoc eod. tract. quest. 46. & 47.

- 8 Quo ad primum casum, quando seruitium est individuum puta ex concessione, vel ex natura seruitij non patientis diuisionem, & tuac habes duas opiniones, vnam rigorosam, quod altero ex conuassallis præstante partem suam, altero autem non præstante, quod pœna committatur quoad omnes. Altera opinio est mitior, quod pœna committatur respectu non præstantis, non autem quoad soluentem, quæ, ut mitior est amplectenda in materia feudali, in qua benignè agitur, dum ex benignitate feuda accepérūt originem prò ut Ego distinguo in dicto meo tractat. & præcipue part. 3. quest. 11. & Rosental. dicta conclus. 6. num. 6.

- 10 Quo ad secundum casum, quando seruitium est diuiduum prò ut in Regno nostro est exactio illius, & tunc clara est resolutio, quod pœna committitur contra non soluentem, tanquam suum authorem, & soluenti non potest nocere defectus Combaronis non soluentis, de qua distinctione seruitij diuidui, & individui Rosental. dicta conclus. 6. num. 6.

Quæ omnia sunt intelligenda cū infra scriptis declarationibus.

Declara primò ut quoad fidelitatem altero posse illam diuidere, sed

11 quilibet tenetur illam præstare, & illius religionē subire omnes oportet siue prò diuiso, siue prò indiuiduo feudum per cōbarones possideatur ita docet Henrich. à Rosental. dicta concl. 6. n. 3. adeò quod fidelitas debita ex parte mea, non potest per conuassallum, & sic per combaronem meum exoluit ita Iacob. de Sancto Georg. in iuuestit. feud. in verbo, qui quidem inuestit. num. 22. Rosental. dicto loco nu. 3.

Declara secundò in seruitio personali, quod si ex duobus fratribus possidentibus commune feudum, & seruientibus Domino in prælio, unus relinquat Dominum, alter vero strenue, & fideliter Domino inseruat, an relinquens faciat amittere totum feudum, an vero partem suam, vel frater seruiens efficiat ut feudum non amittatur, & resolutiè dicas et si feendum sit commune, siue individuum, tamen quia lex facit portionem, siue partem l. recte ff. de verb. & rer. significat, ideo partem spestantem fratri derelinquenti dominum amicti, alteram vero partem alteri fratri inseruienti conseruari, ita docet Martin. Laudens: in cap. primo num. 14. quibus modis feud. amict. cæterique alij; quos allegat, & sequitur Henrich. à Rosental in sua synops. feud. cap. 10. conclus. 16. nu. 10. Herman. Vult. de feud. lib. 1. cap. 11. num. 19. & hanc esse veriorem sententiam defendit Andr. Kobl. de seruit. feudal. part. ultima titulo de ammis. feud. ob seruit. non prestit. num. 138. & sequentibus, quicquid contra dicat Baldus in dicto cap. primo in principio num. 10. quibus modis feud. amict. & eius sequaces, ut fuit Jacob. Aluarot. ibi nu. 12. Petr. de Rauen-na; & Paul. Picus d. loco num. 20. alijque, quos refert Rosental. dicto loco nu. 10.

Hæc

13 Hæc tamen subdeclaranda sunt ut si feudum non esset diuisum sed commune ambobus fratribus, adeò ut vnicum seruitium prò dicto feudo præstaretur nempè seruire cum uno equo armato, & si unus frater seruiret cum dicto equo, alter autem frater vel spontanea voluntate seruiret in bello eidē Domino, vulgo per auuenturiero, vel stipendio conductus, tunc si iste alter frater stipendio conductus siue vulgo auuenturiero derelinqueret Dominum, tunc altero fratre seruitium, ratione feudi, præstante, procedit opinio Baldi q̄ in tali casu feudum nō amictur ita Ludolph. Scrader. de feud. p.6. cap.6. n.87. verific. Decimo, & ita esse intelligendam Baldi opinionē censet Andr. Kobl dicto loco n. 142. ea ratione, quia in calu prædicto unicū seruitium est exhibendū, merito cum exhibeat seruitium feudale, ideo feudum non debet amicti, ne ratione alterius diuersi iuris eadē res censeatur reluctante regula l. miles s. pro parte ff. de leg. 2. Euerard in loco de t̄ḡnquam siue respectuīs, cum igitur seruitium feudale sit diuersum à seruitio voluntario, siue mercenario, meritò feudum non debet amicti ob defectum in seruitio voluntario, siue mercenario, cum sit diuersum omnino à feudo ita concordat Andr. Kobl dicto nu. 142. in fine.

13 Declara tertio, quod si feudum eiusque seruitium esset individuum, & ex diuisione peruenisset ad alterum fratrem, tunc possessor feudi tantum tenetur ad tale seruitium, cæteri autem fratres minimè tenentur ita Iacob de Sancto Georgio in verbo, qui quidem inuestit. num. 22. Franc. Schenck. par. 11. num. 14 Ludolph. Scrader. par. 6. cap. 6. num. 23. Rosenthal. cap. 8. conclus. 6. num. 10. Andr. Kobl dicto tract. par. 1. tit. qui seruire teneantur n. 102.

15 Ex quibus faciliter resoluitur aliud quæstionis caput, quando solutio facta ab uno ex vassallis pro sit alteri non soluenti, adeas prò inde supradictos Doctores, & præcipue Me in dicto meo tractatu de Iure Relevij, & prælertim Rosenthal. dicto cap. 8. tit. de fine, & effectu feud. concl. 6. num. 6. cum alijs concordantibus.

16 Verum si alter solueret totum seruitium, & sic etiam si solueret partem spectantem alteri, tunc actio intelligitur cessa à fisco contranō soluentem, ita Aegidius Thomafius de Collectis cap. incip. Pauperes num. 36. mibi in tract. tom. 12. fol. 152.

Inferas ad aliam quæstionem de qua in sequenti.



## ARGVMENTVM.

Concesso castro duobus combaronibus, quorum cōcessiones continent, vna certas casatas, siue focularia, altera uero illimitatè facta est, nulla adiecta designatione casatarum siue foculariorum, & sic indefinita concessio. An si aduenç cōvolauerint ad habitandum. quisnam ex dictis combaronibus cognoscet de eorum delictis, & quid dè transfeuntibus.

## S V M M A R I A.

I Concessione una existente definita, alia indefinita in eodem Castro, tūc aduenç,

- aduenit, & transentes sub qua cōcessione comprehenduntur, distinguuntur n. 20, & sequentibus.
- 2 Concessio limitata producit effectum limitatum, & n. 26.
  - 3 Concessio feudi aut est definita vel limitata, aut indefinita sive illimitata.
  - 4 Vassalli descendentes ex familiis, & Casatis concessis definitè, cedunt Concessio quaria limitato, sic etiam in casu contrario.
  - 5 Aduenit ad Castrum, in quo sunt due concessiones limitata, & illimitata spectant ad Concessionarium illimitatum.
  - 6 Augmentum fundi limitate concessi spectat ad concedentem, non autem ad concessionarium.
  - 7 Focularia de novo accedentia ad habitandum in Castro concessio limitate, cedant beneficio Regis.
  - 8 Concessio sive sit limitata ab homine, sive à lege semper suum producit effectum limitatum.
  - 9 Iurisdictio limitate concessa non extenditur ad augmentum feudi.
  - 10 Modus concedendi limitate arguitur concedensis, quod limitata voluit esse concessionem.
  - 11 Transentes per Castrum, ubi adest concessio limitata, & pariter illimitata subiaceat praeventioni.
  - 12 Iudex, qui praevenit transente, dicitur ipse prima offensus:
  - 13 Concessa alteri Iurisdictione priuatiud, & alteri deinde cumulatiua Vassallus Baronis cum priuatiua potest conueniri coram quo vult Vassallus cum cumulatiua.
  - 14 Iurisdictione non extenditur extra territorium, secùs autem quando concessa fuit absque territoria in personas, & Vassallos.
  - 15 Immunitas Tertiariae vini concessa Taberna comprehendit non solum comedentes in ea, sed ementes, & non bibentes.
  - 16 Fiscus pro gabella preferetur Domi-

no Taberna prò pensione super vegetibus vini immisso in Taberna.

### QVÆSTIO XLVII.

**I**N hac questione presupponere debemus territorium ipsum esse promiscuum, nec distinctum, sive limitatum, quo casu si aduenit venerint ad habitandum in dicto Castro sic concessio, an sine conuenienti tam ciuiliter, quam criminaliter coram Barone, qui habet concessionem limitata, & definitam, vel coram illo, qui illimitatam, ac indefinitè habet concessionem.

Secundò debemus presupponere unam concessionem, nempe certarum casatarum esse limitatam, sive definitam, quia certum genus, ac numerus personarum in concessione videtur expressus ad tradita perte. in cap. si quis de Manso de controversiis inuestit. ubi Andr. de Isern. Matth. Afflct. ceterique, sed concessio alterius Combaronis, dum in ea non est facta mentio certarum personarum, ideo indefinita, ac illimitata videtur.

Quibus positis, dubitari videtur, quod & si talis concessio limitate facta Baroni certarum casatarum, vel foculariorum, ideoquè limitatum debet producere effectum l. in agris ff. de acquir. rer. domin. & sic limitata debet esse eius iurisdictione in dictum certum genus, tamen non per hoc potest negari, quin territorium non sit promiscuum, & quin uterque sit Baro, & per consequens ratione territorij promiscui, in quo quilibet eorum habet iurisdictionem, merito, & uterque cognoscere taliter debet per viam præventionis, ratione territorij promiscui.

29 Præterea considero, quod & si verum sit, quod concessio Castrorum duplex esse potest, una limitata, & altera indefinita, cum vni ex combinatoribus

ronibus fuerunt assignatæ certæ casatæ, siue focularia, alteri verò fuit facta concessio indefinita, ideoque ut æqualitas seruetur, & quælibet decisio suo correspondeat capiti, debet considerari, ut focularia aduenarum, & sic augmentum foculariorum cedat veriq; prò rata suæ cuiusque concessionis, ut prò rata casatarum cedat proportionabilis rata augmenti, prò rata concessio-  
nis indefinitæ, cedat rata indefinita.

Sed ut germana præcedētis quæ-  
stionis alsigneretur resolutio, con-  
sidero plures casus distinguendo.

Primus casus est, quando conces-  
sio feudi est indefinita, tunc res est  
extra aleam, quia augmenta focu-  
lariorum, siue personarum, siue ad-  
uenarum semper cedunt Baronij, cui  
facta est concessio territorij, ea ra-  
tione, quia augmentum cedit Baro-  
nij per sex. in S. p quis de Manso  
de consrouers. inuestig. vbi communi-  
ter omnes docuere, quos inserviūs  
allegabo.

Secundus casus quando Domi-  
nus concedit Tilio Castrum, sed re-  
seruauit sibi certas casatas: si post  
factam concessioñem creuerint fo-  
cularia ex illorum multiplicatione,  
tunc focularia descendentia ex fa-  
milijs limitatis cedunt Domino, qui  
sibi reseruauit tales familias,  
vel focularia, sin autem ex familijs  
non limitatis, tunc cedunt Baronij,  
ita ex d. S. si quis de Manso docet,  
ibi Bald. num. 7. Iacob. Aluarot. vers.  
5. Præpos. num. 6. Ant. Capyc. in in-  
uest. feud. in verbo feudorum augm-  
ta 9. Vassallorum verò augmenta fol.  
85. Matth. Afflict. in dicto S. si quis de Manso num. 21. ita Henrich. à  
Rosenthal. de feud. cap. 10. cōclus. 44. n.  
58. & ita duo casus procedunt, quā-  
do tales concessiones non concur-  
runt insimul.

Tertius casus, quando in eodem

Castro sunt diversæ concessiones,  
nempè limitata, & illimitata, & in-  
dicto Castro venerunt ad habitan-  
dum aduenæ, siue accolæ, tunc  
difficultas est ut ad quem spectat  
cognitio istorum, an ad Baronem  
qui habet concessionem limitatam,  
& sic certarum casatarum, an vero  
ad Baronem, qui habet concessioñem  
indefinitam siue illimitatam, & tūc  
pænes me nihil esset dubitationis,  
quin cognitio aduenarum habitan-  
tiū (nam de transiuntibus infrà) de-  
bēat spectare ad illum Baronem, qui  
habet concessioñem illimitatam, siue  
indefinitam ex traditis in l. in agris  
ff. de acquir. rer. domin. per illum tex-  
vbi cōcesso fundo militibus ab Im-  
peratore si deinde prædicto agro  
sic limitatè concessio terra quædam  
accessit, respondit Imperator ex  
mente Diui Pij talem terram, quæ  
sic accessit non cedere commodo  
militum, sed sub dominio Regis  
concedentis, prò ut sic etiā ex sex. in  
dicto S. si quis de manso deducunt ibi  
feudistæ omnes, dicendo quod con-  
cessio feudo limitatè, & sic certis  
confiniis designato, tunc augm-  
entum Domino, non autem Vassallo  
cedit, sed dum in hoc calu fuerunt  
casatæ concessæ in dicto Castro, se-  
quitur quod reliquæ casatæ, & sic  
focularia remanent sub dominio  
concedentis, quia dum limitavit,  
videtur quod illas tārum concede-  
re voluit, reliquas autem sibi rese-  
rvare, si ergo reseruauit, sequitur,  
quod concedendo idem castrum  
sic indefinitè voluit omnē ius sibi  
competens in dicto Castro sub tali  
indefinita concessione contineri, ergo  
dum focularia aucta sunt, debet  
cedere commodo Baronis illimita-  
tam habentis concessionem, per di-  
ctum tex. in dicto S. si quis de manso,  
non sic in concessione facta certarū  
casatarū, quæ cum sit limitata, pro-  
ducit pariter effectum limitatum l.  
p. S.

p. s. in insulam ff. de fluminibus , pro  
vt in puncto dē aduenis, & accolis ,  
vt focularia per eorum aduētum au-  
cta cedant beneficio Regis ; tenet  
*Regens Camil. de Curtis in suo diuers.*

*7 fol. 85. n. 33. verific. quid autem, quia-  
dum facta est concessio determina-  
to modo, tunc siue ab homine vt est  
in casu nostro , siue à lege, talis pro-  
visio limitata non potest excedere  
suos terminos l cuicunque s. non ta-  
men ff. de institut. l. p. S. si plures ff. de  
exercit. action. l. qui aliena s. libertas  
ff. de negot. gest. Bald. cons. 5 i. n. 2. nec  
ulterius temporis prorogationē siue  
finitionem recipit l. ex facto s. item  
quero ff. de vulg. & pupill. & vno cō-  
cesso limitatē, aliud videtur negatū  
*Bald. dictio loco n. 20. Nicol. Moroni.*  
*de fide, tregua, & pace quæst. 118. n.*  
*37. & limitata dispositio non am-  
pliatur l. generalis s. uxori ff. de usu  
fruct. legat. Nicol. Moron. dictio loco n:*  
*72. & tempus adiectum determina-  
bili, determinat solum illud, ad cu-  
ius determinationem est appositum  
l. qui fundum ff. de contrabend. emps. l.  
ex bis Cod. quando dies legati cedit.*  
*Bald. in cap. p. 'S. Vassalli quo tempore  
sit. de pace Constant.**

*8 Item dum est facta concessio limi-  
tata certarum casatarum per conse-  
quens videtur cōcessa iurisdictio in  
illas casatas, sed iurisdictio concessa  
limitata, si deinde lite pendente, res,  
quæ sub Iudice est per augmentum ,  
siue incrementum creuerit, tunc di-  
cta iurisdictio non extēditur ad aug-  
mentum ea ratione , quia limitata  
iurisdictio non trahitur ad augme-  
ntum My finger. obser. 100. cent. 3. me-  
rito dum iurisdictio istius Baronis  
certarum casatarum fuit limitata  
ad illas , merito ad aduenas, tanquam  
ad augmentum extendi non debet  
*Camill. de Curt. dictio fol. 85. col. p. hoc*  
*idē voluerunt dicere Andr. de Ifern.*  
*in dictio cap. si quis de manso n. 12. &*  
*13. Aluarot. n. 14. Ant. Capyc. dictio loco**

*vers. p. limita Camill. de Curtis dictio  
fol. 85. n. 32. ex Loffred. in sua para-  
phras ad dictum S. si quis demanso di-  
centes, quod concessis centum iuge-  
ribus ex manso , tunc aucto manso ,  
non augetur in beneficium istius  
concessionarij , si verò fuerit mansu  
indefinitè concessum nō facta limi-  
tatione iugerum , tunc augmentum  
spectat ad istum , ideoque , & meri-  
to debet in augmentum exercere  
iurisdictionem, nec solūm hoc pro-  
cedit ex re ipsa etiā ex præsumpta ,  
i immo aperta mente concedentis ,  
quia Rex concedendo dictas casata  
sic limitatas , patefecit suā men-  
tem , quod illas solum voluit con-  
cedere limitatas in illo feudo Ca-  
mill. de Curtis loco allegato n. 2. &  
ideò augmentum ad illius commo-  
dum cedere non debet gloss. Paris.  
s. p. gloss. p. n. 10. quem allegat idē dō  
*Curtis ibid.* Item quia tales casata  
vel talis concessio dum fuit in nu-  
mero taxata , tunc per taletum limi-  
tationem siue taxationem impedi-  
tur ad crescētia l. Julianus s. Titius ff.  
de action. empt. quia ex lege uidetur  
facta concessio , vt intra limites sta-  
ret, quo casu dicit Alberic. in d. Lin-  
agris ex sententia Dini , & Jacob. de  
Beluis. quod tunc augmentum acce-  
dens nō accedit tali cōcessionario .*

*11 Quartus Caius de transiuntibus*  
per dictum Castrum , an cognitio  
istorum transiuntum spectat ad li-  
mitatam concessionem , an vero ad  
Baronem habentem illimitatā con-  
cessionem, & tunc dico esse locum  
præuenti ratione promiscuitatis  
territorij, quia dum sunt ambo Ba-  
rones, quilibet , & in qualibet parte  
territorij ius dicere potest in suos  
subditos , nempe limitatus Baro in  
limitatos subditos , & illimitatus in  
reliquos, ideo cum sint partes Iudi-  
ces ratione Territorij , sequitur ,  
quod habet locum præuentio ad  
tradita per Gramat. decis. 30. nu. 30.  
& ra-

12 & ratione , quia qui primò præuenit, primò videtur offensus, meritò ad illum cognitio spectare debet l. nullam C.de Iudicij, stante quod ambo sunt iudices territorij ob eius promiscuitatem, Insuper nè delicta remaneant impunita , quia esse posset, vt Baro siue eius iudex illimitatus non esset præsens in loco delicti, sed benè esset præsens iudex limitatus , & præuenisset, meritò ipse cognoscere debet, ea ratione , vt delicta nè remaneant impunita, dum ratione territorij est iudex competēs.

13 Quintus Casus si Rex concessis-  
set Baroni casale cum iurisdictione  
priuatiuè quoad alium Baronem, si  
deinde idem Rex communicasset  
alteri Baroni dictam iurisdictionem  
cumulatiuè, an Vassalli Baronis cū  
priuatiua essent cognoscendi à Ba-  
rone cū cumulatiua, fuit hæc qua-  
stio agitata inter Baronem Casollæ  
pertinentiarum Ciuitatis Auersæ  
cum ead. Ciuitate Auersæ super iu-  
risdictione Vassallorum , nam Baro  
Casalis Casollæ producebat suum  
Privilegium amplissimum, & priui-  
atiuum ab omnibus officialibus  
Regijs, & Ciuitas Auersæ produxit  
aliud priuilegium expeditum post  
priuilegium Casollæ, in quo conce-  
debatur iurisdictio omnimoda priua-  
tiua etiā quo ad Casalia Ciuitatis  
Auersæ, ex quo apparebat quod Rex  
Ferdinādus cōcessit Ciuitati Auer-  
sæ, quod eius Capitaneus possit co-  
gnoscere dè omnibus caussis tā ci-  
uilibus , quam criminalibus quoad  
omnes homines Casalium Ciuita-  
tes Auersæ, etiam quod sint casalia  
quorumcunque Baronum , & dum  
tempore Regentis Reuerterij fuisse  
hoc dubitatū an Ciues Casalis Ca-  
sollæ potuissent conueniri coram  
Capitaneo Ciuitatis Auersæ, tandem  
dato termino, & allegatis per multis  
hinc inde ex doctrina Baldi in l. qui  
sc patris col. 8. vers item in concessione

*Cod. Vnde liber. & ex alia ratione*  
quia priuilegium Casollæ habebat  
clausulam irritantem, nempe quod  
registraretur intra sex menses , aliàs  
esset nullum , & non fuit registratū  
fuit per Regiam Camerā decisum ,  
quod vniuersitas Ciuitatis Auersæ  
foueret bonum ius , & quod liceret  
ciuibus Auersæ conuenire Vassal-  
los Casollæ ad eorum electionem  
coram quo voluerint, prò ut sic te-  
statut Regens Reuerter. decis. 2. p. 1.

14 Sextus Casus quando concessio  
facta est cum iurisdictione in perso-  
nas, & homines vassallos habitantes  
& habitaturos , & tunc aut con-  
cessio continet territorium, Aut nō  
continet territorium, vt primo capi-  
te iurisdictio prædicta non exten-  
dat ultra territorium l. pupillus S. ter-  
ritorium ff. de verb. & rerum signifi-  
cat. quia iurisdictio cohæret territo-  
rio sicut nebula supra paludem  
Secundo casu quando non continet  
territorium , & tunc iurisdictio ex-  
tenditur in personas prædictas etiā  
extra territorium delinquentes prò  
vt sic refert decisum D. Minadoi de-  
cis. 18. ratio est quia in hoc capite iu-  
risdictio nō circumscribitur loco , sed  
personis Flam. Monac. in add. ad d.  
decis. Minadoi. refert sic fuisse nouis-  
ime decisum D. Tho. in compend. de-  
cis. in verbo remissio tom. 2. fol. 582.  
vide Follerium in praxi criminal. in  
verbo audiuntur excusatores in fine .

15 Inferas tandem an immunitas con-  
cessa alicui Tabernæ crica vēditio-  
nem vini à tertaria comprehendat  
solum vina, quæ venduntur illis, qui  
non comedunt in dicta Taberna, Et  
dum in anno 1545. fuisse dubitatū  
inter quatuor tabernas immunes ,  
nempe inter tabernam in bur-  
go Plagæ vulgo la Tauerna di Flo-  
rio, Tabernam Sancti Iuliani, taber-  
nam del Crispano propè sanctū An-  
tonium , & tabernam Santi Ioannis  
à Tēducio cum Arrendetore tertij  
vini

vini, nam Arrendator ex generali, & Vniuersali iurisdictione prætendebat solum posse vendi in dictis tabernis vina comedentibus ibi, non autem non comedentibus, dictæ autem quatuor Tabernæ ex earum indefinita immunitate prætendebant posse vendere vina omnibus tam comedentibus, quām non comedentibus, & post longam discussionem ex tex. in l. de prætio ff. de publican. & l.p.S. generaliter ff. de legat. prestand. fuit decisum in fauorem dictarum Tabernarum, vt liceat vēdere vina ad minutum omnibus cū immunitate tertiaræ vini, siue eius gabellæ, præter quam in Taberna Sancti Iuliani, quæ habebat priuilegium limitatum s3. vendere vi- num absque solutione tertiaræ ex tex. in dicta leg. in agris; sed prò alijs bibentibus, & non comedentibus quod soluatur tertaria vini prò vt refert Regens Rueter decif. 3. par. 4. quæ franchitia procedit in impositione facta ante guerram Lautrech, sed post guerrā Lautrech fuit facta altera impositio prò subueniendo bello prædicto, quæ hodie dicitur *il nuouo imposto*, meritò dictæ tabernæ hodie à dicta noua impositione non sunt immunes, cū sit impositio facta post priuilegii concessionem.

16 Sic pariter referente eod. Regente Rueterio decif. 70. ead. par. 4. fuit dubitatum, an fiscus prò tertaria vini immissi in tabernam prò illo vendendo, vel Dominus Tabernæ præferatur in vegetibus repertis in taberna prò illius pensione, & demum post multa ibi adducta ex tex. in l. non puto ff. de Iurefisci, eo quod tam hypotheca Regij filci, quam Domini tabernæ fuit orta eod. die, & maximè quia fiscus duo priuilegia habet nēpē personale l. quicquid ff. de priuilegijs, & etiam habet tacitam hypothecam, Dominus autē

Tabernæ solam habet tacitam, ideo fuit conclusum, quod fiscus præferatur Domino tabernæ super vegetibus 4.

### ARGUMENTVM.

An si iurisdictionis exercitium alternatiuè spectet ad officialem vnius combaronis ex diuisione inter eos, quid si tempore, quo alter Combaro administrat, alter delinquat, an possit ab eo cognosci, & quid si habeat certas tantum casatas, & focularia.

### S V M M A R I A.

- 1 Barones, quando sunt plures in eod. castro solent alternis annis gubernare, & constituere officiales, & iure probatur posse fieri, & n. 2.
- 3 Compatroni duo solent alternis vicibus presentare beneficiatum.
- 4 Combaro delinquens in eod. castro tempore, quo alter Combaro exercet, est remittendus ad M.C.V. in bos Regno.
- 5 Combaro quando alter administrat dicitur Baro, & non est priuatus iurisdictione.
- 6 Par in parem non habet imperium.
- 7 Combaro potest recognosci ab altero Combarone, quidq; adeq; periculum reuolutionis & affallorum.
- 8 Item quando alter Combaro esse minor dignitate.
- 9 Item quando deficit superior, ad quæ possit recurri.
- 10 Item quando Iurisdictione effet indistincta.
- 11 Combaro babens concessionem in Castro

- Bro certarū personarū, nō potest reconosci ab altero combarone, qui habet concessionem indefinitam.
- 12 Item si essent diuisa querteria.
- 13 Baro delinquens in territorio alterius Baronis, an remittendus ad M. C.V.n. 19. & 33.40.45.
- 14 Baro dicitur Regius officialis, & iustitiarius in sua terra n. 15. item dicitur Regulus n. 16. item Princeps, & n. 18.
- 17 Barones bodie habent communicatum merum, & mixtum Imperium per Reges in hoc Regno &c.
- 19 Iustitiarius cognoscit de delictis officialium in suo territorio.
- 20 Cognitio de delictis officialium spectat ad Magnam Curiam ex preheminentia eius, & n. 34.
- 22 Combaro delinquens in territorio alterius Baronis debet recognosci à Principe, & sic per Magnam Curiam.
- 22 Capitaneus iurisdictionis ciuilis delinquens ratione sui officij, est recognoscendus à Magna Curia Vicaria, secus autem si deliquit extra officij rationem.
- 23 Officialis iurisdictionis ciuilis habet latius Imperium, quam Criminallis.
- 24 Baro delinquens in territorio alterius combaronis, fit subdicius illi ratione delicti.
- 25 Facinora, & delicta ibi punienda sunt, ubi admissa, & patrata sunt.
- 26 Ritus dans declinatori Baronibus, sive officialibus, intelligitur quando delinquunt ratione officij.
- 27 Ritus loquens de delictis officialium intelligitur actiue, & passiue.
- 28 Officialis iudicis maioris delinquens in territorio iudicis minoris ex causa priuata recognosci debet à Iudice minore.
- 29 Ordinarius loci cognoscit de delictis Delegati delinquentis in territorio Iudicis ordinary.
- 30 Archiepiscopus delinquens in territorio Episcopi, non tamen suffragani, recognoscitur à dicto ordinario.
- 31 Directum dominium, supplementum iustitiae denegata, nec tollere primas causas Baronii, semper dicuntur reseruata in concessione feudi.
- 32 Magna Curia Vicaria in hoc Regno sola cognoscit de delictis officialium.
- 33 Item Regia Audientia Regni excommunicata potestate.
- 35 Merum, & mixtum Imperium fuit venditum Baronibus in hoc Regno post ritum.
- 36 Princeps in dubio non tollit priuilegia concessa.
- 37 Princeps Salerni cognoscit de delictis officialium.
- 38 Neapolitanus trahit causam suam ad M.C.V. non autem trahitur.
- 39 Barones dicuntur Ciues Neapolitani.
- 41 Solum est dictio taxativa.
- 42 Ritus M.C.V. de delictis officialium fuit intellectus actiue, & passiue, & extra officium in Barone.
- 43 Magistri actorum causa fuit remissa ad Baronem per Sacr. Cons. & declaratur decisio Gizzarelli ut non procedat in Barone.
- 44 Par in parem non habet Imperium, & declaratur dicta regula a.n.48. & sequentibus.
- 45 Procurator non potest exercere officium suum contra alium procuratorem, eandem potestatem habentem.
- 47 Bannum unius combaronis non ligat alterum combaronem.
- 48 Par ab delictum quando perdat partitatem, adest ut ab alio pari possit cognosci declaratur, & num. seq.
- 49 Doctrina Valaschi in l. Imperium n. 282. declaratur.

## Q V A E S T I O X L V I I .

**P**recedenti proxima est sequens quæstio, cum ex supra dictis, cum ex alijs decidedenda, solent namque Barones in Regno maximè quando possident iure Lon-

Longobardorū, vel alia dē caussa alternis annis alter solet constituere officialem, & terrā gubernare, & regere, alter verò silet, quæro nunc si tempore, quo alter regit, & gubernat, alter Combaro, qui silet, comitat delictum, an ad Combaronem excentum vel ad M. C. V. remittendus sit vigore Ritus, & præheminen-  
tiæ M. C. V.

Et quod talis diuisione alternatiæ administrationis ex causa licet fieri

- 2 potest, vt quando discordant Combarones in vnu administrationis iurisdictionis, tunc superior potest eos diuidere, vt alternis annis administrant, ita F. in c. prudentiæ nu. 305. verific. in primo casu de offic. iudic. deleg. Couar. pract. quæst. cap. 40. vbi aliis allegat Boer. decis. quin-  
cta par. 1. vt in simili in diuersis cō.  
3 patronibus discrepantibus in præ-  
sentatione beneficiati, tunc benè superior potest illos cogere, vt alter-  
nis vicibus conferant gloss. in c. p. dē  
Iurepatron. & in. c. querimoniam in  
fine de Iurepatr.
- 4 Et in hoc casu, facta tali diuisione administrationis, prò cōstanti est re-  
spondendum adhuc esse locum in  
casu prædicto remissionis ad Magn.  
Curiam, non autem à Combarone  
recognoscendum ita tenet Bartol. in  
l. inter tutores ff. de administ. tutor.  
Abb. & Falin. in dicto c. prudentiam  
Valasc. in repetit. l. Imperium n. 282.  
ff. de iuri d. omn. iudic. Iul. Clar. sen-  
tent. lib. 5. quæst. 38. pract. criminal. §.  
fin. n. 2. Bald. in c. primo §. præterea n.  
39. verf. in contrarium de probibit.,  
feud. alien. per Feder. n. 5. & sequentib.  
cuius resolutionis rationes plures  
esse possunt.

- 5 Prima, quia in hoc casu alternatiæ administrationis, alter Combaro, qui non administrat non est pri-  
uatus iurisdictione, sed tantum di-  
uisum est exercitium ratione com-  
modioris status Nicol. Boer. d. decis.

quincta par. 1. & iurisdictione est apud quemlibet insolidum, cum regulariter individua sit Bald. in c. primo §.  
præterea de probib. feud. alien. per Fe-  
deric. ira Valasc. loco citato nu. 282.

- 6 Secunda in hoc casu ratio cū iu-  
risdictione sit penes vtrumq; per con-  
sequens adhuc vterque est Baro, &  
dum est Baro succedit dispositio,  
quod par in parem non habet im-  
perium, & per consequens ex ratio-  
nibus supra in præcedenti quæstio.  
adductis ad M. C. remittendus, &  
sic ad superiorem, non autem à Cō-  
barone recognoscendus.

- 7 Quam conclusionem in præsenti  
quæstione, & in præcedenti firma-  
tam nonnullis possumus limitare  
modis, Primò quando ex retardata  
punitione talis Combaronis posset  
oriri aliquod scandalum inter vas-  
sallos, & tunc quia in tali mora esset  
periculum, posset recognosci ab al-  
tero Combarone Bald. in cap. primo  
num. 5. qualiter Vassall. iurat. fidel.  
dom. suo Valasc. in dicta reget. l. Impe-  
rium num. 242. verific. limitatur.

- 8 Secundò quando alter esset ma-  
ior in administratione, adeò vt non  
essent pares in dignitate, tunc quia  
cessat regula quod par in parem nō  
habet Imperium, cessat dispositio  
Euerard. loco citato in præcedeti quest.  
Tiraquell. in tract. caussa cessante, &  
tunc posset à Combarone puniri  
Valasc. loco citato.

- 9 Tertiò limitatur ex defectu supe-  
rioris, quia si non haberet superio-  
rem, ad quem recurrere, tunc alter  
ab altero posset recognosci, vt per  
tex. in l. generali Cod. de decurion. lib.  
10. l. nullus Cod. de Iudeis, Bald. in d.  
c. primo num. primo qualiter vassall.  
&c. Valasc. loco citato.

- 10 Quartò limitat Valasc. quando  
jurisdictione esset individua, secùs si  
esset diuidua, vt per consuetudinē,  
vel alia de caussa, quia tunc secùs  
esset, quam limitationem non ad-  
mittimus

mihi ex supradictis quia habet locum reg. quod par in parem.

Quintò, si delictum esset notarium, tunc enim non militat regula par in parem non habet Imperium Dom. Tappia in Conf. Regni Magister Iustitiarius, Franc. Capiblanc. in proem. 8. par. 2. n. 188.

Sextò fallit in iudice, nam Baro potest punire Iudicem, & si sit secundarum causarum, qui ratione delicti cognosci potest à capitaneo Baronis Capiblanc. loco citato num. 187.

Septimò limitatur, vt officiales delinquentes in officio possint detineri, & contra ipsos formari processus, & remitti ad Magnam Curiam Vicariæ in graibus delictis, idem Capiblanc. loco allegato nu. 185. par. 2.

11 Ad secundum caput quæstionis si sunt duo Barones vnius castri, quorum unus habet certas casatas, & focularia, prò ut est in casali Juliani in territorio Auersano, in quo Dux Montis Leonis habet certas casatas, & in reliquo est Baro Dux Acheruntiæ, licet de hoc pendat lis in Sacr. Regio Consilio quo ad exteriores, à quo nam debent cognosci, verum in possessione est Dux Acheruntiæ, in hoc casu quid dicendum: non obstat ratio maioris administrationis, cum latius imperium habeat Baro, qui non deliquit, & tunc ex doctrina Baldi, & Valasci, ut supra, videtur dicendum posse puniri, sed veritas est, quod non potest recognosci, nam licet habeat certas casatas, tamen adhuc est Baro cum habet insignia Baronis item habet territorium promiscuum, & sic militat reg. par in parem, & aliae vtsupra.

12 Et idem videtur dicendum, si sunt diuisa quarteria habitantium, prò ut in terra Aquaeliæ Principatus citra, quæ terra fuit possessa per meam familiam Capanam ab anti-

quissimo tempore, nam tunc licet diuisa sit etiam iurisdictio per divisionem quarteriorum, tamen quilibet in suo quarterio est Baro, & Baronis insignia habet, nam diuisio illa fuit facta ratione comodioris administrationis, ne veniret Capitanei ad arma, licet territorium remaneat promiscuum, cum non appareat facta diuisio etiam per Regem, tanto magis, quia quilibet in suo quarterio creat Capitaneum.

Sed an Baro delinquens in territorio alterius Baronis, sit remittendus ad Magn. Cur. Vicariæ, vel debeat recognosci à Iudice Territorij, & sic à Domino illius territorij, in quo deliquit ad intell. Ritus 49. 51. & 61. de quibus nonnulla dicit Garf. Mastrill. de Magistrat. lib. 4 cap. 16.

13 Dubitabilis quidem, & usui euctura frequenti mihi in praesentiarum proponenda quæstio hæc visa fuit, à paucis, & praesertim nostratis tradita doctoribus, ea. n. est eiusmodi, Disponunt, namq; Ritus Mag. Cur. Vic. quod de delictis officialium commissis in exercendo eorum officia ipsa Curia cognoscat, & non aliter, vnde inoleuit communis illa dicendi formula, quod de delictis officialium sola M. C. cognoscit, de qua Francb. dec. 174.

14 Et quia Baro dicebatur Regius officialis Affili. in Conf. Capitaneorum notabil. 5. Francb. dec. 207. n. 7. & 475. n. 30. & passim apud nostros Regnicolas, ideò hæsitationi locus in eo positus est, si Baro extra officij exercitium delinquat in territorio alterius Baronis, quis nam de hoc admissio crimen erit Iudex competens, an Baro in cuius territorio deliquit, an vero ad Mag. Curiam remittendus sit, stante rituum sic determinata dispositione, plura namque sunt quæ dubitabilem reddunt hanc quæstionem.

15 Primò namq; suadetur dubitatio in eo , quòd Baro in sua terra est Iustitiarius *Afflict. in const. M.C. nostræ notab. 5.* & in const. bonorem in principio , & iterum in const. penam eorum num. 11. Angel. conf. 170. numer. 2.

16 Quinimo potest omnia ea agere in sua terra , quæ potest Rex in suo Regno, *Afflictus it. que sint regalia nu. 17.* cum regulus dicatur , nam habet mærum , & mixtum Imperium communicatum per Regem Alphonsum Baronibus Regni nostri , & ideo eam potestatem habet in subditos , quæ Rex in Regno Ludouic. Roman. conf. 59. Corneus conf. 20. volum. primo col. prima , & secunda Angel. conf. 217. col secunda in fine , Paul. de Castr. conf. 34. col. tertia volum. secundo Maranta disp. 6. num. 14. & hac de caussa ipse Baro in sua Ciuitate , vel terra meritò illius Princeps

18 ad instar Regis in suo Regno nuncupari solet Bar. in l. prima nu. 15. in fine ff. de iurisd. omn. iudic. ad idem Gramatic. confil. ciuil. 95. nu. 15. Io. de Sancto Julian. conf. 3. num. 7. inter conf. feud. Bruni , ergo si sunt iustitiarii , si sunt Principes , mærumque , & mixtum habent

19 imperium , & iustitiarius cognoscit , & animaduertit in officiales delinquentes in suo territorio , vt per Bar. & Alex. in l. si quis S. si quos ff. de pgnis , Baro autem dicitur officialis , ergo debet ab ipso Barone territorij recognosci , & licet huic fundamento possit responderi esse intelligendum de delictis ratione officij commissis prò ut inteligit Parid. de Syndic. in S. potestas losecondo , & prò ut ipsem Bar. & Alex. intelligit ibi , & *Afflictus in const. Iustitiarij per prouincias 7. notab.* nempè in illis officialibus , quos sibi eligit Baro .

20 Tamen & secundo vrgeo in alium

modum , nam cognoscere de delictis officialium , est præheminentia quædam , quæ solæ Magnæ Curiae competit ratione mæri , & mixti Imperij , vt in const. Regni Magister iustitiarius , & ibi *Afflict. in primo notab. Freccia de subfeud.lib. 1. de offic. Magni. Iustitiarij nu. 4. Carauit. Rit. 46.* in principio , quod Imperium fuit postea communicatum Baronibus per Regem Alphonsum , adeò quòd Barones vt Capitanei tale Imperium exercent , quæ communicatio Imperij fuit post rituum prædictorum dispositionem concessa , ergo , remota caussa , propter quam non poterant exercere tale imperium , dum eis fuerit concessum , & cognoscere de delictis officialium spectat ad tale mixtum , & mærum Imperium , sequitur quòd possit in hoc casu talis Baro contra alium Baronem animaduertere , cum cessante caussa impediti , cesser effetus ; nempè impedimentum talis exercitij de mæro , & mixto Imperio . Nicol. Euerard. loco præallegat num. 54. à cessante ratione Tiraquell. in tract. cessante caussa legis , & num. 125.

21 Tertia dubitandi ratio , quæ magis stringit iudicandum esse pro Barone , & denegandam remissionem Magnæ Curiae illa est in casu fortiori , ponè quòd duo sunt Combarones eamdem jurisdictionem habentes in eodem territorio , & terra , & vnu istorum deliquerit in dicto territorio , tunc non à Principe , cuius loco est Magn. Cur. in hoc Regno , sed recognoscendus est talis Combarone delinquens ab altero Combarone , cuius iurisdictioni per delictum se submisit , secundum opinionem Angel. de Perus. in l. est receptum ff. de iurisd. omn. iudic. ex mente ibi Gul. de Cuneo num. 2. Bar. in l. si quis voluerit , num. 3. ff. de rerum diuis. effeq; com-

communem opinionem, testatum reliquit Laffred. Lanfr. Balb. decis. 116. *controuerſia secunda* siveque esse deciſum in Rota Romana teſtantur Domini in decis. 3. alias 246. *Sub tit. de foro compet.* Baiard. ad Iul. Clar. lib. ſent. quæſtione 38. numer. 8. quicquid in contrarium, & magis verè dicat Felinus in cap. prudenteriam de offic. delegat. Bartolus in l. inter tutores post numer. ſext. ff. de adminiſt. tutor. Valasc. in repeſ. l. Imperium numer. 186. verſiculo ex predicitis ff. de iurisd. omn. iudic. Iul. Clar. lib. ſent. quæſtione 38. nu. 2. Franch. decis. 274. num. 1. & 2. qui tenent non poſſe puniri à condomino, ſed ad Principem remittendum, prò ut respondet Felin. in dicto cap. prudenteriam, Decision. Rota Rom. ſup. alleg. Bald. in l. caſera ſ. ſe duobus ff. de leg. primo, & in cap. primo ſ. praeterea ſe inter de prohibit. feud. alien. per Federicum Capicus decision. 27 numer. nono qui Felini ſequitur ſententiam, & magis veſitati proximam.

22 Item in caſu magis dubitabili in duobus Baronibus, quorum vnuſ habet ciuilem, alter verò criminalē iurisdictionem in eodem caſtro, quòd ſi officialis exercens iurisdictionem ciuilem delinquat, tunc à criminali eſt recognoscendus, quando tamen delinquit extra officium ciuilis iurisdictionis, tunc enim haberet locum ritus, quod ſola Magna Curia, & ita deciſum teſtatur Capic. decision. 27. numer. 10. Baiard. ad Clar. quæſtione 38. lib. ſentent. numer. 10. Franch. decis. 274. & tamen ſunt 23 in eodem territorio, & officialis ciuilis habet maiorem dignitatem, & latius Imperium, quam criminalis de Ponſe de potestat. proreg. fol. 473. numer. 14. & nihilominus recognoscitur à criminali, qui habet minorem dignitatem, & non di-

citur Baro, ergò tantò fortius in caſu proposito, vt ſupra docuimus in präcedenti.

24 Item ſi adhuc talis Baro poſſet prætendere declinatoriam fori per diſpoſitionem Rituum, ve ad Magnam Curiam remitteretur, tamèn adhuc non obſtante priuilegio exemptionis eſſet recognoscendus per Iudicem territorij, vt latè fundat, & diſputat Couarru. lib. prætic. quæſtione. capit. 11. num. quinto, Decianus in tractat. criminal. tom. primo lib. 4. cap. 17. numer. 40. 41. & cap. 28. Feder. de Se-nis confil. 2. incip. Statuto Episcopi Baiard. ad Clar. loco allegato num. 5. nàm ratione territorij in quo Baro delinquit, Dominus illius eſt effectus competens Iudex l. prima Cod. vbi de criminis agi oper. Fran-chis decision. 5. ſuprà allegata, expedit enim reipublicæ ibi facinora puniri, vbi admissa ſunt, non alia de cauſa, niſi vt vbi offenſa Republica, ibi vindicet offenſionem, & vt punitionis exemplo territi habitantes à delictis abſtineant l. capi-talium ſ. famosos ff. de penit. clem. prima de offic. ordin. , & optime Couarruias loco allegato num. ter-tio.

25 Ex qua ratione, quòd per delictum admissum in alieno terri-torio quis ſortitur forum illius iudicis vulgatis iuribus, ſequitur in caſu noſtro Baronem non poſſe opponere declinatorium fori ad Magnam Curiam, ſi quidem ſi eſt Priuilegiatus Baro vt Regius offi-cialis, ſequeretur quòd eſſet priuilegiatus tantum in excessibus ra-tione officij in eius exercitio, prò ve loquitur Ritus, qui loquitur taxatiuē, & non aliter, cum in alijs delictis remanet diſpositio iuriſ communis, cum in eis non ſint priuilegiati Barones, ſed per Ritum nempe, vt ibi puniantur,

Z 2 vbi

vbi delinqwunt , non ut publicē personē , sed ut priuatē Dominus Regens *Tapia* in *Constit.* Regni Magister Iustitiarius num. 10. Regens Ruitus in Rub. de official. , Capic. decision. 27. Francb. 274. & 426. Capiblanc. de offic. Baron. pragmat. 5. nu. 66. ut in casu nostro , & sic fuisse decilsum in Magistro actorum Terræ Rocchæ Aspidis Ioffenlo ex caula priuata refert Gizzarell. decis. 24. cum ritus intelligantur actuē , & passiuē delinquendo officiales Carravita d. loco Franchis decis. 274. n. 4. Gizzarell. d. decis. 24.

28 Ex quo infertur ad aliam rationem prò hac suadenda sententia , nam Officialis iudicis maioris delinquens in terra Baronis extra officium , punitur per Baronem illius loci , non obstante quòd sit Officialis Iudicis maioris l. officiales Cod. de offic. Rector. Prouincie , vbi Bar. & Alberic. Nicol. Boer. decis. 9. Bar. in l. 4. de offic. Rect. prouinc. data tam prius notitia superiori Petr. de Anchæ. in clem. prima de foro compet. Anania in cap. 4. de raptor. Bald. in cap. primo S. ad bac de pace iuramento firm. & in l. si quis seruo Cod. de furt. Aufrer. decis. Capell. Tolos. 424.

29 Quinimo in casu fortiori sicut decisū per Capell. Tolos. dec. 423. quòd ordinarius loci potest punire delegatum Principis , qui est dignior , si 30 delinquat in eius territorio; Et similiter de Archiepiscopo delinquente in Territorio Episcopi non tam suffraganei , quòd sit recognoscendus ab Episcopo idem Aufrer. d. decis. 424. cum ratione delicti admissi in territorio Iudicis minoris per iudicem maiorem , adhuc Iudex minor potest punire Iudicem maiorem Bart. in l. prima Cod. Ne licet potentibus.

Demum si hæc omnia non procederent , adhuc æquitatis ratio non

est excludenda , si quidem in hoc Regno Barones habent emptum à Rege mixtum , & mērum Imperium , & deinde per solitum tenorem inuestituræ sic semper concessum , adeò ut dominum directum sibi reseruat Rex , & in casu defectæ iustitiae , ut possit in vassallos Baronis cognoscere , sed primas cauñas nequaquam tollere , si ergo Baro habet tale mērum , & mixtum Imperium , & utile Dominum , quæ nā vtilitas Baro sentiret ex hoc delicto istius Baronis , si M.C.V. de illo cognoscet , & si tale mixtū Imperiū in hoc casu non possit cognoscere cum Princeps non possit in terris infeudatis aliquid statuere , uel edicere in præiudicium , & damnum Baronis , ut doctissimè consuluit , & fundauit Guid. Pancirol. conf. 185. per totum , quicquid in contrarium dixerit Menoch. conf. 603. & 604. Surd. conf. 152. vol. 1. & Barones habent terras emptas sanguine , & pretio , & ideo quantum potest minus debet eis derogari Gizzar. decis. 20. num. 10.

32 Et licet hæc omnia , quæ supra adduximus , subsistant adeò ut metrepidare fecerunt , & adhuc dubius in lite essem , ut prò Barone quæstionem deciderem , tamen non potest negari , quin in hoc casu ad M. C. sit remittendus , cum ipsa sola de tali delicto cognoscatur , Baronem autem tali cognitione esse priuatum , plura hoc tandem suadent capitata .

32 Primò quia delicta Baronum sola Mag. Cur. cognoscit , cum , & ipsa sola de Baronibus sit Iudex competens Freccia tis. quis dicat Marchio in fine testatur , Capiblanc. de offic. Baron. in proemio num. 19. Vel Regis Audientiæ , eò quod habent communicata priuilegia Magnæ Curæ , sunt etiam competentes Iudices in causa Baronum , tam ci- uili

- uili, quam criminali, ita iudicatum prò Regia Audientia Calabriæ refert Capit. decisi. 59. *Carauita*, ita in præxi seruari refert; *Ritu* 30. num. 6. & rationes huius decisionis adducit *Freccia* tit. de offic. *Magist. iusfit.* & sic ut supra diximus ex *Carauita d. ritu* 59. quod hæc est quinque præheminentia, quæ solæ M. C. concessa est, cognoscere de delictis, & cauſis Baronum, eò quod sunt Barones, & quia sunt officiales, quorum cauſe decidendæ erant apud pares, ut in *Conf. Regni* de qua meminit *Capibl.* & *Carauita Ritu* 49. in 34 proemio, & ex his respondetur ad ea, quæ diximus supra, quod venditio mixti, & mèri Imperij fuit facta post ritum, ut patet ex tempore, & per consequens cum concessio mèri, & mixti Imperij fuit postea facta, non est adempta à Rege, sed communicata Baronibus, respōdetur, quod cognoscere de delictis officialium est speciale priuilegium, & specialis præheminentia concessa solæ Mag. Cur. vt ex verbis *Ritu* 49. & ibi *Carauita* hoc affirmat in principio, adeò ut specialiter dicta iurisdictio erat iam acquisita Magnæ Curiaz, concessio autem mixti, & mèri Imperij fuit generaliter concessa, & idèo non potest Princeps simpliciter concedendo, priuilegium alicui concessum tollere, & adimere ius certis quæsitus, cum & hoc Princeps nunquam intelligat agere, etiā si motu proprio fuit factum tale priuilegium, nisi specialis adsit derogatio l. nec ausus Cod. de emancip. liberor l. 2. S. mèrito, & S. si quis d Princeps ff. ne quid in loco publico, l. ex facto ff. de vulg. & pupill. c. super eo de offic. delegat. cum similibus, quæ allegat 10. de Sancto Iuliano inter conf. Bruni cons. 3. Neuiz cons. 12. num. 131. 1o. Andr. in c. si motu proprio de præbend. Abb. in c. 1. deiud. nisi ut dixi specialis adsit concessio talis 35 præheminentiæ, ut Principi Salerni, & quibusdam alijs magnis Baronibus huius Regni Affili. in const. honorem, nec sufficit dicere in priuilegio, quod possit cognoscere de concessis, de quibus cognoscit M. C. V. nisi in specie exprimatur hæc præheminentia, & ut decisum refert *Franchis* decisi. 274. num. 8. & ideo in generali concessione non veniunt referuata Principi, adeò ut Vassallis communicata dici non possit *Menoch. conf. 604. lib. 7. num. 8.* & 41. ex quibus respondeo ad primum fundatum.
- 36 Secundò prò eadem sententia adducitur alia ineuitabilis ratio, quæ tergiuersari non potest, nam Ciuis Neapolitanus per speciale priuilegium habet declinatoriam fori ad Magnam Curiam, quæ sola cognoscit de delictis, & contractibus illorum, vnde inolevit illo casu quotidianus sermo, quod Neapolitanus trahit, & non trahitur, ut pasim habetur per nostros Regnolas, sed Barones ex speciali priuilegio sunt sortiti forum Magnæ Curiaz, cum ciues Neapolitani dicantur, & propriè Ciues Neapolitani dicuntur, ut ex alijs fundat 1o. *Fräc. Capiblanc. de offic. Baron. pragm. 12. num. primo*, & sequentibus ergo dum 40 delinquit in aliena terra, in qua ipse non est Baro, sed alijs est Baro, tunc licet sortiretur forum illius propter delictum ratione territorij, ut supra diximus num. 13 & sequentibus, tamē adhuc est remittendus ad Mag. Cur. propter tale priuilegium, ut ex alijs testatur *Capiblanc. loco cit. n. 4.* ibiq; sic testatur, & in practica seruari, q; sola Mag. Cur. sit iudex cōpetēs de delictis Baronū *Capibl. in proem. n. 19. Frecc. in rub. quis dicatur Marchion. 9.* & ex istis facilis est respōsio ad ea, quæ diximus sup.
- 41 Tertiò, Baro dicitur Regius officialis, ut supra, sed de delictis officialiū

sola Mag. Cur. cognoscit p dilpositione Ritus Franch. d dec. 274. cum loquatur per verbū, sola, & non alter, quæ sunt verba taxatiua ergo non Baro territorij, sed Magna Curia cognoscit. Verum huic rationi potest obijci, quòd ritus loquens de delictis admissis in exercitio officij, sed Baro, tūm quia iurisdictionem non exercet, tūm quia in casu proposito deliquit vt priuata persona, ergo ad Baronem remittendus, sed respondetur, quòd licet Baro iste deliquerit, vt priuata persona, tamē ritus predicti fuerunt intellecti etiā in delictis extra officium actiuē, & passiuē, vt in Barone meminit Vinc. de Franch. decis. 274. 407. & bis in officio refert ita decisum Amend. ad Franch. decis. 407. nū. 11.

43 Quartò, Baro dicitur Miles Regius vt in Conf. Regni vt Uniuersis, & per consequens ad ipsum Regem, siue eius Tribunal vt est Magn. Cur. est remittendus l. qui locum S. item ff de re milit. de Pote tract. de pot. pro reg. sit. de assen. Reg. S. 7. fol. 339. item sunt Curiales isti Barones, & gaudent priuilegio fori ex Ritu 46. & Cap. Regni 113. sunt. n. Barones personæ Illustres, & officiales Principis vt dicit Freccia tit. quis dicatur Marchio in fine, & ideo à Principe cognoscendi l. prima Cod. ubi persona clariss. idē Capibl. ibid. par. 3. n. 175.

Nec obstat dec. Gizzarelli 24. vbi Magister actorum dicitur officialis, & offenso extra officium, fuit per Sacr. Conf. remissa caussa ad Baronē, nam dicta decisio benè processit, quia Magister actorum est officialis subalternus, & nullam habet iurisdictionem, nec vlo modo potest dici officialis, sed pars quotatiua officij, vt dicit idem Gizzarell. ibid. n. 3.

Vel melius, ibi non vt officialis, sed vt persona priuata actuarius fuit offensus, at in casu nostro Baro habet dignitatem annexam, & ideo,

cum semper sit in dignitate positus, cuius ratione consequitur nomen, Regij officialis, quam dignitatem tempore delicti ipse retinebat, & sic non obstat decif. Gizzarell.

44 Tertiò ad eandem suadendam, quam intendimus ponere sententiam, facit communis illa regula, quòd par in parem non habet imperium, de qua Franchis decis. 274. Rota Rom. decis. 3. tit. de foro compet. Iaffred Balbus d. decis. 116. centur. 2.

45 ceteraque Doctores passim, adeò quòd si sunt duo Procuratores eadem habentes potestatem, tūc vnuſ contra alium potestatem eandem exercere non potest argumento l. qui duos ff. de procurator. ea ratione, quia par in parem non habet imperium l. nam, & magistratus ff. de arbitr. ille S. tempestiuſ ff ad Trebell.

46 ergo dum sunt pares ambò in eadē dignitate positi nempè Baronali, sequitur quod necessario ad Principem recurrentum est, cuius loco est M.C.V. in Regno l. duo Iudices ff. de re iudic. Bar. expreſſe hoc firmat in dicta l. prima ff. de rerum diuīſ. & in d.l. inter tutores ff. de administrat. tutor. Bald. poſt Gugliel. de Cunco, Paul. de Castro, & Alber. in d. l. prima ff. de rerum diuīſ. Paul. de Caſtr. & Alex. in l. est receptum ff. de iurisdictio omn. iudic. Falin. in c. prudentiam num. 5 de off. & par. iudic. deleg. Valasc. in repetit. l. Imperium num. 282. ff. de iurisdictio omn. iudic.

47 Vnde si alius Combaro faciat editum, quòd nemo ex qua uis cauſa frumentum de terra sua propter bonum publicum extrahat, tunc si alter Combaro extrahat frumentum contrà mandatum Combaronis, nob̄ poreſt ab illo puniri, ea ratione, quia par in parem &c. Alex. in l. cetera S. item queri potest ff. de legat. 1. Valasc. dicta repet. l. Imperium num. 282. & licet DD. loquantur in Cōdominis & Combaronibus, tamen uis argu- menſi

menti in probando posita est in eo, quia quilibet dicitur Baro, & habet iurisdictionem intolidum apud se, non autem divisam, cum sit feudalis iurisdiction, quæ dividitur non potest, nisi ex causa, ex quibus faciliter negotio responderetur ad illud, quod dixerunt Doctores de Barone in specie, quod par, propter Baro, perdit parilitatem, & sic merum impedimentum propter delictum; nam ipse Baro delinquens est par, & iudex non potest cognoscere, & punire iudicem parum, vel maiorum, de hoc est tex. expressus in l. 3. S. fin. cum l. sequenti ff. de recept. arbitr. vbi Baro. & ita ad illam decis. responderet Folin. in d. cap. prudentiam num. 6.

49 Parilitas n. si amitteretur, non alias esset, nisi ob delictum, sed cognoscere de delicto Baronis, an sit delictum, vel non delictum, hoc non potest facere alter Baro, ut supra, ergo non potest dici, quod sit subditus, nam oportet ut intercedat sententia Iudicis maioris, vel parium, ut ipsum deponant ab administratione, & sic postea potest dici priuatus, ergo non potest dici, quod amissa est parilitas propter simplicem delicti admissionem, nisi sequatur sententia, quæ sub Iudice maiori apud pares proferenda est.

50 Ex quibus etiam tollitur, & quod dixit Valasc. in d.l. Imperium n. 282, quod opinio illorum Doctorum dissentium quod Baro delinquens in territorio Combaronis possit recognosci ab altero Barone, nam distinguunt quod in duabus Combaronibus in eod. territorio bene procedit, quia quilibet ibi dicitur aequalis, at uero quando sumus in diversis territorijs, tunc quilibet est maior ex mente Paul. de Castr. & potest punire alterum Baronem delinquensem.

Vnde merito cōcludendo dicas quod substineri potest in casu pro-

posito ut ad Magn. Curiam spectet cognitio istius Baronis delinquens in territorio aliquius Baronis extra officium, cum ratione præheminentia M. C. quæ sola de istis delictis cognoscit, tum quia Baro dicitur Ciuis Neapolitanus, & ex alijs rationibus, ut supra, tamen submetto iudicio melius intuentis, & post haec vidi ita iudicatum per M.C.V. & S.C. apud Io. Bap. Thorum in 2. p. Compendij verbo Baro exterrit.



## ARGVMENTVM.

Adoha debita Baroni per Vassallum, si essent duo Barones, alter ciuilis, alter criminalis, an debeat solui Baroni iurisdictionis ciuilis an vero Dominio iurisdictionis criminalis ad intellig. const. Quamplurium. Et quid in usufructuario, & Proprietario, Et quid in feudo Longobardorum.

## S V M M A R I A.

1. Baro ciuilis non autem Dominus criminalis exigit adiutoria ex Const. Quamplurium, & n. 4.
2. Constitutio Quamplurium mandatarii adiutoriorum Domino, & utitur voce Domino.
3. Criminalis Dominus dicitur Dominus personarum tantum.
4. Iurisdictionis criminalis non solebat concendi tempore const. Quamplurium.
5. Ciuilis Baro habet utile Dominium feudi, non autem Dominus Criminalis.
6. Baro dicitur ille, qui habet ciuilem jurisdictionem.

Feu-

- 7 Feudatarij possunt petere adiutoria à suis Vassallis, Item subfeudatarij etiam possunt petere ibidem.
- 8 Constitutio quamplurium ponderatur prò subfeudatarijs in illo verbo Dominos.
- 9 Proprietarius non autem usufructuarius exigit adiutoria à Vassallis.
- 10 Longobardi Barones succedentes uni exigunt unicam subventionem, sacerdoto feudum diuisum, tunc quilibet ex suo quartierio exigit.
- 11 Possidens tantum introitus feudales in uno feudo non autem Vassallos, solvit adobam prò rata introituum.

## QVAESTIO XLVIII.

**E**X ijs, quæ dixi in præcedenti questione 47. non piget inferre ad aliam questionem quod intellectum const. Quampluriū, nam dum dico, const. fuit recepta, & intellecta non solum in Rege, sed etiam in Barone respectu Vassalorum burgensem, propterea infero, quid si essent in uno castro duo Barones, siue Domini, quorum unus haberet iurisdictionem ciuilem, alter vero iurisdictionem criminalē, quinam ex ipsis posset petere subventionem à dictis Vassallis in casibus dictæ Const. Quamplurium.

- Et licet per multa adducant prò iurisdictione criminali Marin. Frec. lib. 2. de authorit. Baron. authorit. secunda num. 20. cum sequentibus, & ante ipsum nonnulla in fauorem Domini criminalis adduxit Anton. Capyc. decis. 27. illam potiorem adducendo rationem ex eadem Cōst. 2 Quamplurium : dicendo quod lex ipsa Guglielmi Regis, quæ est ipsa Constitutio Quamplurium mandat subventionem dari Domino, dum dicit statuimus Dominos non nisi in subscriptis casibus tantum ab omnibus eorum adiutorium petere, 3 sed qui habet iurisdictionem crimi-

nalem dicitur Dominus personarū, quia habet potestatem, & autoritatem coercendi l. pupillus S. territorium ff. de verb. signif. ergo deducitur consequentia, quod subuentio, siue adoha debetur Domino criminali, non autem Baroni habentem.

Attamen contraria opinio est verissima, & iuridica, & sic decisa, vt refert idem Marin. d. loco n. 21. in fin. ante numerum 22. & hanc opinionem vti veram docuit, & sequutus est Franc. Capiblanc. de authorit. Baron. pragm. 1. n. 64. & pragmat. 12. n. 39. reorquendo rationem adductam prò iurisdictione criminali, nam si constitutio ipsa licet dicat statuimus Dominos, & cet. tamen ponendo questionem, siue casum figurando, dicit Comites Barones, & Milites, & sic casus fuit dubitatus in Barone, & de Barone fuit dubitatum, at vero quando dicit statuimus Dominos, intelligit de supradictis, & hoc ideo facit cōst. prædicta ratione elegantioris, & cōpendiosæ orationis, aliás fuit necessarium repeterem omnes supradictos, nempe Comites, Barones, & Milites, & ideo nè repeteret dixit Dominos, quasi quod nomine quadam generico voluit comprehendere unicæ voce omnes supradictos Dominos.

- 4 Et respōdetur etiam ad obiectiōnem, quæ solet fieri prò criminali dicendo, quod tempore constitutionis Guglielmi tales cōcessiones non fiebant, nisi de iurisdictione ciuilis tantum, ideo non poterat dubitari de criminali, dum ipsa criminalis remanebat pñes cōcedentē, & sic Regem, attamen dico, quod adhuc tempore dictæ constitutionis solebant concedi dictæ iurisdictiones criminales dicit Frec. d. loco n. 21. P. ò Domino autem habente ciuilem, sed dicit, quod appellabantur

bantur reguli attamen non potest cauillari Frecc. quod adhuc regulus non comprehendatur sub genere, nempè sub verbo, *Dominos*, nam Domini sunt, qui dominantur gentibus, ergo regulus quia dominatur gentibus, dicitur Dominus, & sic cessare videtur dicta obiectio de iurisdictione criminali ut tempore dictæ constitutionis non solebat concedi, quia adhuc concedi solebat, ut ipse met Freccia dicto loco dicit.

5 Sed rationi Marini Frecciæ addo alias, dicendo ex *Andr. de Isern. in d. Conf. Quamplurium col. 2. versc. item dicit, Dominos* dicendo, quod const. illa intelligitur, & procedit in Barone habente vtile Dominiū, non autem in alijs possessoribus feudorum, sed qui habet iurisdictionem ciuilem dicitur Baro, & Baro habet vtile Dominiū Baronie, sed Dominus criminalis habet tantum potestatem coercendi personas, non autem rerum Baronie, ergo const. Quampluriū non est intelligenda de Domino criminali, sed de ciuili, hanc rationem deduco ex *Andr. de Isern. d. loco, & Petr. de Gregor. d. concess. feud. par. 7. quest. 8. versc. tertio declaro, Nicol. Intriglio. de feud. cent. 2. art. 93. n. 124. Frac. Capiblæc. pragm. 12. nu. 39. d. offic. Baron.*

6 Ex qua ratione alia suboritur, nā si est verum, quod Dominus Ciuilis dicitur Baro, *Capiblanc. Pragmatica 8. p. 2. n. 266. de offic. Baron.* & per cōsequens ipse habet Baroniam, & eius fructus, sed adiutorij præstatio est de fructibus Baronie dixit *Andreas de Iser. in dicta conf. Quamplurium col. 3. versc. alij. exponunt, Nicol. Intrigl. dicto loco nu. 130.* ergo mæritò ad Ciuilem, non autem ad criminalem spectat adiutorij præstatio.

Ex quibus remanet resoluta cōclusio ex autoritate, & rationibus, q adiutoria vigore constitutionis,

Quamplurium debentur Baroni iurisdictionis ciuilis, non autem domino iurisdictionis criminalis.

Ex hac conclusione inferas ad nonnulla alia.

7 Inferas primo ut const. prædicta habeat locum non solùm in Barone, sed etiam in feudatario, & subfeudatario, nam & si *T'hom. Gramatic. conf. ciuili 68. consuluit adiutoria non deberi feudatarijs*, tanquā qui non habent prærogatiuam Baronie ex supra dicta ratione, attamē quia const. ipsa in decidendo dicit Dominos posse petere à Vassallis, ergo comprehenduntur feudatarij, quia dicit Dominos, quod est nomen genericum, & etiam non distinguit an Vassalli sint, Baronū, vel feudatariorum, hanc rationem deducit etiam *Franc. Capiblanc. dicto loco n. 67.* cui, & ego me subscribo, nam eò ipso quod quis est Vassallus, subiacet dictæ constitutioni, sed feudatarius habet Vassallos ergo etc. & hac de causa Dominus iurisdictionis criminalis non habet adiutoriorum, quia non habet Vassallos, sed homines; cum sit Dominus personarum, quæ ratio facit ad superiora, Insuper à maioritate rationis, nam si subfeudatarius gaudet beneficio dictæ constitutionis Quamplurium, ut post *Affit. & alios, ibi notat Frecc. d. loco author. 2. n. 10.* ergo tanto magis feudatarius, qui maior est subfeudatario, qui recognoscit feudatarium.

9 Inferas quintò, quod in feudo, in quo alter est proprietarius alter usufructuarius, quis nam possit exigere an Proprietarius, an usufructuarius, & licet tempore Capicij fuisse hæc quæstio dubitata inter Petru Cossa proprietariū, & Michaelem Cossa usufructuarium, & non fuit decisū, sed reseruata prouisio quandò casus accidet, ut refutet ipse *Capycius decis. 189.* tamen ex illa potissima ratione

tione quòd adiuutoria ex const. Quā plurium fuerunt data ex prouissione dictæ constitutionis Domino feudi, ratione prærogatiæ Domini, non autem est dè fructibus rei, & sic feudi, mærito debetur Domino proprietario, non autem usufruitorio, prò vt sic etiam in marito, dixit idem Capyc. in inuestit. feud. in verbo feudorum adiuutoria vers. & vir vel alius fol. 27.col.p. quòd maritus, in feudo dotali non imponet adiuutoria, videas ad hanc illationem Franc. Capiblan. prag. p.n.68. de offic. Baron. Io. Bapt. Thor. par. 1. compend. decis. Neap. in verbo adiuutorium.

10 Inferas tertio, quid si esset feudū iure Longobardorum, adeò vt plures essent Barones, an adiutorium deberetur omnibus. Distinguo aut omnes Barones successerunt vni Baroni, & tunc omnes habendi sunt loco vnius, & sic vnicum debetur adiutorium, aut ipsi Barones diuiserunt inter se focularia, & tunc unusquisque exigit à suis focularibus diuisim secundum taxam dictæ constitutionis, & sic exigit adiutorium habito respectu ad illa focularia diuisa rātum, non autem respectu totius terræ, hanc distinctionē habes ex Freccia lib 2. de subfeud. tit. de autoritat. Baron. autoritate 2 num. 12.

11 Inferas quartò, quòd si unus haberet tantum introitus feudales in vna terra absque integro dominio vassallorum, tunc adoha debet exigi prò rata sua tantum, nempè secundum quantitatem introituum, deducta rata vassallorum prò vt sic fuit ordinatum per Regiam Cameram Summaria ad instantiam Magnifici, & Reuerendi D. Gulielmi de Montealto Commendatoris, & possessoris introituum feudalium. Terra Balneoli absque præjudicio, eo quòd non habebat integrum

dominium vassallorum, & absque præjudicio Magnę Curię prò futuris adohis die 22. Aprelis 1533. in adoharum 6. fol. 71. & 72.



## ARGVMENTVM.

Iudicium super Adoha an debeat agitari, & terminari coram Iudice fiscalis. Et quid si fiscus sit Actor, Reus, vel Author laudatus, vel habeat interesse accessoriè, vel in consequentiam, & an iudicium cæptum coram Iudice ordinario debeat remitti ad Iudicem fiscalem. Et quid si iudex ordinarius iam sententiaverit, An post sententiam debeat remitti ad Iudicē fiscalem. Et quid pendente iudicio super ostentione tituli coram iudice fiscalis, An caussa coram iudice ordinario de re spectante ad dictum titulum, debeat remitti ad dictum iudicem fiscalem. Et quid de iure pascendi in feudo.

## SV M M A R I A.

- 1 *Caussa feudalis l quænam dicatur.*
- 2 *Caussa feudalis non spectat ad iudicem ordinarium, sed ad iudicē feudalem.*
- 3 *Caussa super Adoha præstatione spectat ad iudicem feudalem, & n. 10.*
- 4 *Fiscus siue author, siue reus declinat forum ad suum particularem iudicem.*

*Idem*

- 5 Idem se caussa dependeret à fisco, vel ad ipsum spectaret, vel si author es- set laudatus, vel ex cessione facta per fiscum.
- 6 Fideiubens prò debitore fiscali decli- nat forum ad iudicem fisci.
- 7 Caussa inter partes dependens à fi- scō, vel de eius intercessione agēs, remit- titur ad iudicem fisci.
- 8 Caussa consequens, vel accessoria ad caussam fiscalē remittitur ad iudi- cem fisci.
- 9 Caussa inter priuatos coram iudice ordinario si constat in ea dè interes- se fisci, remittitur ad iudicē fiscalē & n. 10.
- 10 Fiscus etiā si sit author laudatus, de- clinat forum in Regno nostro, tam in rebus fiscalibus, quam ab eo vē- ditis vel obligatis.
- 11 Fiscus etiam post sententiam latam ab ordinario declinat forum, & de- cisiones referuntur.
- 12 Processus fisci, & priuatorum unitus coram iudice fiscalī debet priuater- minari processus fisci, & deinde processus priuatorum, & n. 14. 15. & 16.
- 13 Sententia ab uno ex confortibus litis obtenta, demandantur exequitioni etiam quod alij nō obtinuerint, pre- stita cautione dè restituendo, quan- do obtinebunt sententiam.
- 14 Tex. in l. apud Iulianū ff. de iure fisci dupliciter intellectus à legislis, & feudistis, & n. 16. & 17.
- 15 Tex. in l. fin. Cod. de petit. b. redit. an corrigat tex. in l. apud Iulianum ff. de iure fisci.
- Fiscus, & priuatus inservit agentes, qui prius obtinet, prius mandabit exequitioni suam sententiam cum cautione de restituendo alteri, quan- do obteinabit sub eod. n.
- 16 Actio creditoris differtur fauere fisci, que alias non differreretur.
- 17 Andreas de Iser. defenditur super contrarietate, quando fiscus, & pri- uatus agunt ad eandem rem, que nam caussa prius debeat termina- ri.
- 18 Iudex ordinarius an posset proce- re in caussa, quæ fuit remissa ad iudicem fiscalē, pendente reclama- tione à decreto remissionis.
- 19 Caussa iuris pascenai quando non tan- git qualitatem feudalem agitur coram ordinario, sed aliquando cum assistentia fisci.
- 20 Allegationes Authoris ponuntur.
- 21 Titulus est producendus ad funda- dam seruitutem, & debet esse homi- nis, vel legis.
- 22 Testes dè Vniuersitate litigante su- per iure pascendi, repelluntur.
- 23 Possessio pacifica super iure pascendi debet probari, quod fuit ante litem motam retrò.
- 24 Testibus, qui non sunt ciues, debet magis credi in concurso testimoniū.
- 25 Ius fida, & diffide spectat ad Baro- nem.

## QVÆSTIO XLIX.

- C**AUSSA feudalis illa dicitur, & ad iudicem feudalem spectat, semper quod tan- git qualitatem feudalem, vel pe- titure ex lege, vel conditione feudi Bald. in cap. p. de inuestit in marit. fa- cta, & in cap. Imperiale S. penul. dè probib. feud. alien. per Frideric. dicens etiam semper quod sit mentio feu- di, caussa dicitur feudalis, quam- sequitur Petr. de Gregor. de iudic. feu- dal. quest. p. n. p. & 2 D Franc. Mila- nenf. decis. 6. per totā latissimē Hen- rich. à Rosental. de iudic. feudal. cap. 2 12. conclus. 2. Iosepb. Cumia. super riti- bus Siciliæ cap. in caussis n. 76. vnde inter alios effectus resultat, quod iudex ordinarius non potest cognoscere de illa, sed cognoscit iudex feudalis, nempè Regia Camera in Regno nostro, vt per Petr. de Gregor. d. loco quest. 6. & præcitat Doctores ita affirmant, & habemus in Regno prag-

pragmaticā ut inferius, Vndē mārito cauſſa ſuper adoha, quia debetur ex feudo condicione ex lēge, & tangit feudi qualitatē, mārito feudalī, & ſic ad fiscum ſpectat.

- 4 Vel ſi trāctetur dē cauſſa pendēte à fiſco, vel ad iſpum ſpectante l. cū vendente Cod. vbi cauſſe fiscāles. l. ſi minoris C. de iure fiſci lib. 10. Marc. Ant. Peregrin. d. cap. p. n. 3. & 5. l. fin. vbi eſt cauſus, Cod. ſi aduersi. fiſcum, vbi Paul. de Caſtr. n. 4. idem Paul. in l. p. Cod. de fide inſtrum. vbi hoc idem no-tat Angel. & Socc. Senior. conf. 56. in princip. Peregrin. vbi ſupra exemplifi-cans per dicta iura, quando lis eſſet de re empta à fiſco, vel ab eo, qui cauſſam habet à fiſco, vel ſi res eſſet à fiſco alicui confeſſa, & ſuper illa moueretur quæſtio, quia apud d. Iudicem fiſcalem cauſſa prædicta-debet cognosci, non ſolū quod aſtequatur iura fiſci, nempe potio-ritatem, ſed etiam confequitur priuilegiū fori Jacob. Butrigar. & Bald. 6 in l. cum eorum Cod. dē ſentent. vbi ha-betur, quod ille, qui fideiuſſit prò debitore fiſcali, ſi fuifſet conde-mnatus à Iudice fiſcali, deindē ſi di-etus fideiuſſor vellet agere contra-dictum debitorem, debet cum con-tuenire coram Iudice fiſcali, quia fiſcus etiam dicit ius inter priuatos, dum tamen cauſſa ipla, & ſi priuato-rum, dependat à cauſſa fiſcali, licet aliās inter duos priuatos fiſcus non poſſet ſimpliſter ius dicere l. 2. Cod. ſi aduersi. fiſcum, ſic Bart. intelligit tex. illū, ad quod allegat tex. in l. cū vendente Cod. vbi cauſſe. fiſcal. Regens Reuerter. d. decif. 8. ſom. p. verſic. ii. pri-mis.
- 8 Nēc ſolū iudex fiſcalis cogno-scit dē cauſſa dependentē à cauſſa fiſcali l. cum vendente Cod. vbi cauſſe fiscāles, & ibi Paul. de Caſtr. Regens Reuerter. d. decif. 8. verſic. ſecundus cauſus eſt, ſed etiam cauſſa, dē qua inter priuatos controuertitur, eſſet

- cauſſa conſequens, vel acceſſoria ad cauſſam fiſcalem, tunc n. fiſcus ex proprio priuilegio trahit ad ſe talē cauſſam, itā docuerunt Salycet. in d. l. cum vendente, Ant. de Alex. in d. l. 2. Cod. ſi aduersi. fiſcum, idem affirmat Frācise. Lucenſ. in trāctat. dē priuileg. fiſci Priuilegio 31. n. 31. mihi in tra-ctatibus tom. 12. fol. 7. Sic etiam ſi fiſcus haberet intereſſe in cauſſa, quæ agitareſſur inter priuatos coram Iu-dice ordinario, quia ratione intereſſe ſui traheret cauſſam iplam ad lu-dicem fiſcalem, & hoc priuilegium fiſcus confequitur tam dē iure communi, quād dē iure Regni, Dē iure communi docuerunt Anchār. in cap. ca. quæ quæſt. 17. ff. de regul. iur. in 6. Paul. de Caſtro, & Hieronim. Ca-gnol. in l. venditor ff. dē iudicij, & prō hoc allegatur tex. in l. ſi minori Cod. dē iure fiſci lib. 10. ſecundūm vnum intellectum, quæ opinio, vt testatur Marc. Ant. Peregrin. loco ſupra citato n. 9. debet omnino præualere, vel etiam ſi inter duos officiales verte-reetur quæſtio ſpectans ad dictum officium, quia ſi vertitur intereſſe fiſci, tunc cauſſa dicitur fiſcalis, & ad Regiam Camerā remittitur, Re-gens Reuerter. d. decif. 8. verſic. quar-tus eſt cauſus.
- 10 Dē iure Regni nostri habemus pragmáticas, & iſtructions Regiæ Cameræ, vt in titulo de officio procur. Caſar. pragm. 12. & in iſtructions Regiæ Cameræ cap. 26. in quibus eſt ſtatutum, quod fiſcus etiā author laudatus, vel com-parens prō ſuo intereſſe, ſemper de-bet obtinere remiſſiōnē cauſæ ad ſuum tribunale Regiæ Cameræ, ſic etiam habetur per alias pragmáticas 38. & 39. ſub cod. tit. editas in anno 1584. & 1588. per quas fuit diſpoſi-tum, quod fiſcus non ſolū prō re-bus ſuis, ſed etiam prō rebus ab eo venditiſ, vel ei obligatis obtinere de-bet remiſſionem ad ſuum Tribu-nal

nal , & sic semper quod habet interesse præcium, & considerable, debet habere remissionem , prò vt sic refert decisum *Vinc. dè Franch. dec.*  
 132 sequitur *Muscate. in prax. Sacr. Cons. par. 2. gloss. competentes n. 98.*  
*Petr. Gaball. resolut. criminal. centur.*  
 2. *casu 168. n. 8. Regens Reuerter. d. decis. verific. tertius est casus, ergo cū cauſſa adohæ respiciat intereste fisci, debet ad Regiam Cameram remitti, alijs effet inconueniens, quod vna eademque res diuerso iure censeretur, nempe vt vna decisio fieret coram Iudice ordinario, & alia coram Iudice fiscali.*

11 *Quæ remissio est concedēda etiā si iudex priuatorum , & sic Sacr. Cons. iam terminasset cauſſam per sententiam, quia post sententiam etiam datur remissio, prò vt in cauſſa loan. Bonon. cū Beatrice Pignatella in banca de Correis fuit concessa remissio ad Regiam Cameram eò quod tractabatur de intereste fisci.*

Et iterum dum in alia cauſſa inter Vniuersitatem Tramutulæ , & Monasterium Sanctissimæ Trinitatis Cauæ effet lis in Sacr. Cons. super præstatione seruitiorum, & Sacr. Cons. iam sententiasset dicēdo, quod seruant soliti, & habiles, nulla facta prouisione super remissione petita ad Regiam Cameram , in qua pendebat lis super ostentione tituli, qui compræhendebat dicta seruitia, fuit per Regium fiscum habitus recursus ad D. Proreg. in collaterali Cons. & tandem die 22. July 1605. facta relatione Collater. Cons. referente Ill. Marchione Corleti tunc Regente maritissimo, & auditio fisco, fuit ordinatum , & decisum , quod Sacr. Cons. audito Regio fisco, prouideat super petita remissione .

12 *Quinimo , & si daretur casus unioni actorum, nempe quod acta Sacr. Consilij vnirentur in Regia Camera, tunc processus formatus in*

Regia Camera super ostentione tituli, vel super alia cauſſa , debet prius discuti examinari , & terminari processus fisci , quām processus priuati vñitus , qui interim supersederi debet , nē ob cauſſam priuati præjudicetur publicæ , & fiscali, & hoc est particulare priuilegium fisci l. apud Iulianum ff. dè iure fisci cū concordantibus adiutis per Accurs. in l. fin. in verbo cautione verific. item , & quod dicit, Cod. dè petit. hæreditat .

13 Sed hæc dispositio ex tex. in l. apud Iulianum, reperio, quod non procedit simpliciter, nam ei obstat evidenter iura in l. pen. ff. sī cui plusquam per legem falcia. & in l. is, à quo ff. dè reiudic. & in l. penult. ff. eod. per quæ iura habetur, quod si duo vel plures agant contra possessorum hæreditatis, vel reiudicatz, & unus eorum obtinet sententiam, tunc sententia prædicta mandabitur exequutioni, sed alijs litis consortibus , siue autoribus consuletur per cautionem dè restituendo ipsis , quando obtinebunt, ergo ista iura contradicta, quia vel dicemus, quod tex. in dicta l. apud Iulianum, est correctus per d. l. fin. vel declaratus, vel secundum illam debet intelligi, vel tertio iura illa procedunt inter priuatos, & tex. in l. apud Iulianum procedit fauore fisci .

14 Sed obiter hic dè intellectu dictæ legis apud Iulianum agemus summarie dicēdo, quod hic tex. à feudiſtis, & legiſtis dupliciter fuit intellectus, ut est videre apud Andr. dè Iserniam in cap. Imperialem S. Præterea si inter duos n. 73. versos. quid ergo si Dominus , vt Rex est, dè prohibit. feud. alienar. per Federis. per tres culumnas , qui post relatōs antiquorum fiscalium intellectus ad d. l. apud Iulianum , illam amplectitur sententiam, ut tex. in dicta l. apud Iulianum sit correctus per tex. in d. l. fin. Cod. de petit. hæredit. & sic quod hodie fiscus vna cum priuato agens reiudicata

tione nullum habeat priuilegium, seu qui prius obtinet sententiam, prius illam mandabit exequutioni cum remedio cautionis, prò ut inter priuatos seruari mandarunt iura prædicta, hanc eandem sententiam sequitur *Ant. Capc. in inuestit. feud. in verbo Promiscuè, & DD.* qui hanc tenent sententiam, allegant prò illa *Paul. de Castr. & Angel. in d.l fin.* qui si bene legantur, hoc non dicunt dè fisco loquendo.

16 Alia fuit opinio *Accursij in dict. l. apud Iulianum in verbo expressum*, vbi dicit quòd actiones creditorum differuntur fauore fisci, quæ forsitan alias non differerentur, si inter priuatos de hereditate ageretur, et opponendo de *tex. in l. si bares ff. si cui plusquam per leg. Falcid. respōdet dicendo quod in d.l. apud Iulianum, lis prò fisco erat iam contexata*, ideo aliorum actiones sublinetur, sed in *d. l. si bares, nequaquam*, Idem *Accursj. hanc eandem docet sententiam in d.l. si bares in verbo diceret, & clarius dicens, quod si prò fisco iudicium esset cæptum, tunc iura fisci discussantur, & priuatorum supercedeantur, & allegat tex. in dict. l. apud Iulianum dicens, quod in dict. l. si bares non erat adhuc cæptum iudicium fisci.*

Tertiò, clarius idem *Accursj. docet eamdem sententiam in d. l. fin. Cod. de petit. heredit. in verbo cautione circa medium, ibi vel in illa lege apud Iulianum speciale est in fisco, & hæc est ultima opinio, in qua residet Accursj. ex regula in l qui filius S. Sabinus, ubi gloss. ff. ad Trebell. quæ sequitur Specul. tit. de Reo S. unico n. 15. versic. itē si fiscus dicens, item si fiscus concurrat, cum aliis vendicantibus hereditatem alicuius, ius filii prius discussitur, & iura aliorum vendicantium, & creditorum differuntur l. apud Iulianum ff. si cui plusquam per leg. Falcid. & d.l. si bares, & hæc exceptio, quæ dilatoria est fauore*

fisci, videtur quasi ex iure communi cōpetere, vt ff. de interrogator. action. leg. 4. in fine, §. hactenus, quæ sequuntur ibi *Io. Andr. in verbo si bares, Matth. Afflīct. in c. 1. n. 72. priuilegio 58. de duob. fratrib. Bartol. Soccin. in l. si post n. 5. vers. quarto limitatur, ff. de except. Iacob. Aluarot. in d.l. Imperiale S. preterea, si inter duos n. 12. Marc. Ant. Peregr. de iure fisci lib. 7. c. 4. n. 5.* Sed ante istos hanc eandem docuit sententiam pūctualiter, quando priuatus agit corā Præside Prouincie, & sic coram Iudice ordinario, fiscus verò coram Procuratore Cæfaris vindicabat eamdem rem, quam vindicabat priuatus coram ordinario, vt prius iura fisci excutiātur, deinde priuati, sequuntur Oldrad. & Dyn. & alii, quos refert, & sequitur Alberic. à Rosate, & Raphael Cuman. & alii in dicta l. apud Iulianum.

17 Sed adhuc doctrina Iter. cōtradicit istis authoritatibus, quid ergo tenendū dicas quod tenenda est opinio dicentiū quòd prius caussa fisci terminanda est, quā caussa priuati, Et *Nard. Lypparul: ad illū tex. in d. S. Preterea si inter duos in verbo hereditatis lit. Q. excusat And. de Iser. dicēdo, quòd codex est defectiuus; vel si adhuc codex non esset defectiuus, non esset credendum, quòd Andr. voluissest contra sententiam tantorum patrum, & textus affirmare.*

18 Sed quid si in Sacr. Cons. dubitaretur de qualitate feudi, quapropter caussa fuisse remissa ad Regiam Cameram, per quam forsitan fuisse iudicatum, quòd dicta res fuisse feudalis, à qua sententia Regiæ Cameræ, dum ad eamdem esset reclamatum, an pendente reclamatione, posset author prosequilité in Sacr. Cons. vide *Regentem Tapia de Iure Regni in annotatione ad Pragm. 27. de officio Procuratoris Cesar à nu. primo, usque ad finem, vbi ponit quid fuerit decisiun.*

19 Quid autē si in S. Cons. ageretur inter

inter Vniuersitatem, & Baronem de iure pascēdi super territorio feudali, an causa sit remittenda ad Regiam Cameram, dicas quod nō, quia ius pascendi non tangit qualitatem feudalem, & ideo in causa, quā habebat D. Ferdinandus Capanus cū Vniuersitatibus Casaliū Lustræ, & Carusiorum super iure pascendi, quod prætendebant habere super feudo, nunc meo, vulgo in Galdo, quod est cum Castro, Fiscus petiū remissionem ad Regiam Cameram, & per Sacr. Conf. referente Consiliario Ferdinando de Haro, fuit prouisum, quòd procedatur in Sacr. Conf. Verum fiscus afflstat si voluerit, In banca tūc de Mandellis nunc de Solatio prò Curia, & postea Vniuersitas Carusiorum se concordauit, & alię fuerunt exclusę per sententiam Sacr. Conf. vt est videre per sequentes allegationes meas.

## ARGUMENTVM.

*Testes de Vniuersitate, quæ litigat ius pascendi, an probet in causa centenarie, & quam etatem habere debet, & à quo die etas testis sit compuranda, Allegatio auctoris.*

10 **Q**uod sententia Sacr. Conf. lata prò Francisco Capano patruo meo contra Vniuersitatem Casalis Lustræ circa prohibitionem iuris pascendi, lignandi, aquandi, & pernoctandi in feudo Galdi, bene processit, & sit imponendum perpetuum silentium ex infra scriptis in puncto demonstrabitur.

21 Primo non dubitatur D. Franciscum produxiste titulum concessonis in anno 1369. & ad corroborationē per quatuordecim testes probavit suum patrem, aliosque prædecessores Capanos per annos 30. 40. 50. centum, & vlt̄rā stetisse in pos-

sessione, sēu quasi iuris prohibendi pascua, & alia iura prædicta hominibus, & Vniuersitati Lustræ, illos difidando, depignando, & carcerando quando fuerunt reperti accedere ad pascendum, & quandū, & lignandū in feudo prædicto, & inter cæteros testes adsunt septem testes ciues ditorum casalium Lustræ, & Rotini litigantium, qui contrā easdem Vniuersitates plenissimam faciunt fidem, & in titulo, & probationibus fundata est sententia prædicta S.C.

In causa reclamationis, Casale Lustræ in secundo beneficio produxit aliquos testes, qui deponunt requisita centenariæ, fundando seruitutem prætensam iuris pascendi aquandi, lignandi, & pernoctandi ex quibus prætendit sententiam esse reuocandam.

Sed respondeatur, quòd pars ad fundandam hanc prætensam teruitutem, debet habere titulum hominis, vel legis. Hominis non habet, nec habere prætendit, Titulus legis est defectius ex infra scriptis.

22 Primò, quia omnes testes sunt de casalibus Rotini, Lustræ, & Carusiorum litigantium, quòd casu in materia iuris pascendi nullam faciunt fidem, ratione proprij interesse consequitiui, quod habent ciues post *Luc. de Penn. Bartolom. de Capua*, & alios ita fuisse iudicatum antiquis, & recentioribus temporibus testatur *D de Franch. decif. 197. num. 9. & 10.* quibus addo *Cappoll. de seruit. rustic. præd. c. de seruit. iuris pascendi num. 28.*

23 Secundus est defectus ætatis, quia deponere debent de pacifica possessione 40. annos antè motam litem, ultra auditum auditus, & de fama.

Quòd hæc cōclusio sit vera, quòd probatio pacifica possessionis debet probari fuisse ante litem motā, quia, mota lite, præscriptio interrupitur, & non dicitur amplius pacifi-

A a 2 ca

ca possessio , sed turbatio, probatur in c. primo incip. consanguineus 35.q.6 & ibi glo. fin. in verbo nota sit, subdit ibi glo. antè motam questionem, & ibi notabiliter Archidiac. in fine assignat rationem, quod testes repelluntur, quoniam deponunt de gestis post litem motam. Probatur in c. licet ex quadam 47. de testib. ibi nisi forte personæ graues extiterint, quibus fides merito adhibenda sit, & antè litem motam testimonia testificata didicerint, subdit glo. secùs esset si post litem motam, tunc enim non admicterentur, & ibi Hoffiens. enumerat duodecim requisita, & secundum requisitum est, ut tententur de gestis antè litem motam, quem Ant. de Buer, & omnes sequuntur.

Idem Ant. de Butr. in c. quid per nouale 21. de verbis signif. nu. 15. dicit hæc verba, Tertia est practica, quod volens probare memoriam esse de cultura per confessionem, vel alio modo, probet quod à centesimo anno citrà antè litem motam, fuerint prædicta loca culta, quem de verbo ad verbū sequitur Alex. conf. 16. num. 16. lib. 5. quos refert, & sequitur Couarru. in reg. possessor malef. S. 3. num. 9. vers. 2. satis est certum; Aymo. Crauett. de antiqu. temp. par. 4. cap. vlt. incip. viso de fama tom. 17. fol. 142. loquendo in materia im- memorialis dicit, quod testes, qui deponū de actibus post litem motā, non faciunt etiam præsumptionem allegat Archidiac. 35.q.6. cap. primo, allegat etiam Soc. in notab. conf. 47. in fine lib. 3. vbi probat litem superuenientem interrumpere præscriptionem inter ipsos litigantes, non respectu aliorum, qui non sunt in iudicio, & hanc esse communem.

Tandem videatur Couarr. in reg. possessor malef. S. 3. nu. 17. post mediū ibi quamvis secundum Archidiac. in d. c. quid per nouale nu. 15. post Innoc. ibi, qui aduersus immemorialē pro-

bare velit, debet omnino, & euidetur ostendere per famam, similem us probationis speciem contrariū actū fuisse citrà centum annos antè litis motæ contextationem, & idem repetit paulò inferius versiculo quod fit ibi etiam ultra centū annos à die morte litis exclusa fit præscriptionis immemorialis vis, & optimè nu. 9. vers. secundò satis est clarum, vel ut melius dicam, se cunctò satis est certum, qui Alex. & Ant. de Butrio allegati in locis supra citatis, & in materia præscriptionis ceterariz prædicti omnes loquuntur.

24 Tertiò, quando daretur concursus testium, credi debet testibus D. Francisci, qui sunt qualitate, & numero longè superiores, & sunt conciues de locis, qui litigant, & contrà eorum patriam veritatem deponunt probat Specul. in S. primo de probatio. q. fin. quem omnes prædicti sequuntur.

Antè omnes videndus est omnino Bari. in l. Celsus num. 27. vers. item aduertat reus ff. de vsucapio. quem refert, & sequitur Mastrill. decis. 114. nu. 48. & seqq. vbi testatur de communi, idem sequitur D. de Georg. allegat. 14. nu. 19. vers. coeteri examinat.

Andreas Capanus,

Die .. Iunij .., referente D. Camillo de Petio in aula D. Felicis de Januario, vbi residebat D. Scipio Rouitus, & D. Gregorius de Angulo fuit, partibus auditis, decisum in favorem D. Francisci Capani contra Vniuersitates, Actuario de Mondelis, nunc Solatij pro Regia Curia.

25 Secùs autem quando tractaretur de iure fidæ, & diffidæ, ad quem spectet ad Baronem, vel ad alium, quia tunc tractatur de diminutione feudi, si decideretur non spectare ad Baronem, & prouide in Reg. Cam. & sic coram Iudice feudali causa est

tra-

tractanda, quod ius fidæ, & diffidæ in dubio pertinet ad Baronem, qui habet potestatem creandi magistratus, prò vt fuit dubitatum in Regia Caméra inter Comitem Vgenti, & Episcopum dictæ Ciuitatis, & quia territoria, super quibus prætendebatur ius fidæ, erat de Baronia, Episcopus autem habebat solum quādam exactionem, & tamen ex ea ratione, quia ius fidæ, & diffidæ exigitur per officiales, & magistratus, qui in dicta Ciuitate creabantur à Barone, et sic à Comite, quam potestatē non habebat Episcopus, ideo fuit decisum per Regiam Cameram spectare ius fidæ, & diffidæ ad dictum Comitem, & sic ad Baronem, teste Regente Reuerterio decis. 7. vers. Quo circa, par. prima.



## ARGUMENTVM.

Vassallus an possit præscribere libertatem ab Adohæ solutione contra Dominum, Et quando posset, tunc quantū tempus intercedere debet. Et quid dè libertate adohæ quo ad immunitatem, Et quid quoad actionem Adohæ intentantam.

## SUMMARIUM.

- 1 Adoha remittitur contractu, priuilegio, & prescriptione.
- 2 Prescriptio babilis tribuit libertatem ab adoha.
- 3 Prescriptio dupliciter consideratur circa adoham, quo ad actionem, & quo ad libertatem.
- 4 Vassallus negans seruitium, & Do-

mino petente, & effluxo tempore super negatione non præstabit adoham, quoad illum casum.

- 5 Adoha non dicitur præscripta, si non fuit præstata per cētum annos, quādo tamen casus debende Adoha nō euenerit, nec fuit petita, nec negata Domino existenti in quādī posseſſione Domini in Vassallum, se- cūs autem Domino non existente in posseſſione Domini, nec Vassallo in subiectione, & n. 6.
- 7 Adoha non præscribitur à Domino si Vassallus docuerit rem esse allodia- lem, non autem feudalem, etiam si octuaginta anni effent offluxi.
- 8 Adoha exacta bona fide, non restitu- tur, si constat rem esse allodium, nō autem feudum.
- 9 Prescriptio nulla in feudo operatur contra fidelitatem.
- 10 Honorificentia non præscribitur con- tra Dominum, quicquid dicat Bā- bacarius contrā Obertum dè Bobio.
- 11 Bambacar., & Oberte dè Bobio con- cordantur, ut Bambacar sit intelli- gendus de prescriptione honoris abs- que dispendio, Obertus quādo adeſt dispendium.  
Vassalli tenentur associare in sequen- do Dominum euntē ad missam.
- 12 Prescriptio tricennalis ab adoha re- quirit determinationem, & confor- mitatem adoha.
- 13 Prescriptio subfeudatarij contra feu- datarium capta post concessione non nocet Domino directo in casu deuolutionis.
- 14 Prescriptio non consideratur in feu- do franco.
- 15 Negatio Vassalli contra Dominum ab adoha debet esse expressa non autem tacita.
- 16 Ignorātia Domini impedit præscrip- tionem contra Vassallum, sic etiam ignorātia Vassalli contra Domi- num.

## Q V A E S T I O L.

**S**unt ergo in Regno nostro non nulli feudatarij, qui adoham minime soluunt, & hoc tripli ex capite euenire potest, Contractus, Priuilegij, & Præscriptio-nis. Contractu ut quia Rex cederet, vel venderet adoham alteri, vel ipsem et Vassallus illam redimeret, quando adoha esset taxata ut in multis terris Regni videmus, & præcipue memini in Castro Sacchi, ut mibi relatum est esse immune ab adoha, quia Baro illius loci illam emit a Rege, qui hoc facere potest, cum ipse sit in re sua moderator, et arbitr. l. in re mandata Cod. mandati. Et passim videmus.

Secundò Capite ex concessione siue priuilegio, & hoc etiam facere potest Dominus Rex, maximè Magnis Baronibus ob eorum ingentia seruitia, ut in nonnullis nostri Regni proceribus videmus, & hoc etiam facere potest Princeps ead. ratione, nam tunc seruitium reale dicitur remissum, ut alias diximus in hoc tractatu.

**2** Tertiò Capite, quando Vassallus tuetur præscriptione, ut quia ex temporis diuturnitate habili ad præscriptionem præscripsisset præstatio-nem adoha, & tunc hæc quaestio potest habere duplex caput, ut in relevij præstatione diximus in nostro tractatu de iure relevij p. 3. quest. 7. & 8. per totas illarum iter capi-dines.

Primum Caput, an præscribatur actioni ad adoham intentatam per fiscum.

Secundum Caput, an præscriba-tur libertati ab adoha, & sic an ex tempore possit Vassallus prætende-re se esse immunem a præstatione adoha.

Quo ad primum casum, resoluti-ue procedendo, ne illa (præter

nostrum morem) transcribamus; quæ diximus in dicto tract. maximè d. quest. 7. per totā, dicas quod actio-ni intentatæ per Dominum contra Vassallum ad seruitium præstādum præscribitur spatio triginta annorū, semper quod Dominus petit a Vaf-sallo seruitium, & Vassallus neget se non esse obnoxium, nec ad illud teneri, tunc si super dicta negatione cuirat spatum annorum triginta, dicitur præcripta actio, hanc sente-tiam docuerunt ex tex. in cap. licet. Vassallus si de feudo defunct. Bald. in d. cap. licet, inquiens, quod Vassallus nunquam præscribit, nisi interpellatus negauerit Jacob. Aluarot. ibid. n. p. ibi nisi interpellatus negauerit seruire, & ibid. Martin. Laudens n. 11. in §. in facto Præposit. Mediol. n. 1. & 2. Matth. de Afflit. ibid. n. p. & 2. Octa-uinus Bambacar. in cap. si quis per tri-ginta quest. 6. nu. 41. & Ego in d. qu. 7. Ludolph. Scrader. de feud. p. 6. c. 6. n. 62. & hanc esse communem post multos docuit Henrich. à Rosenthal de feud. cap. 6. conclus. 81. n. 1. & 15. Iulius Cæsar Gallupp. vir. doctiss. in method. iuris feud. som. 2. par. 4. sit. de seruit. determinatis n. 52. vbi ex meis dictis in d. tract. de iure Relevij par. 3. quest. 8. reassumit tria requiri. Pri-mò, quod casus euenerit. Secundò quod Vassallus negauerit, Tertiò quod super negatione triginta anni sint effluxi post negationem prædi-ciam.

Quod ad secundum caput, quando præscribatur libertati ab adoha, adeò ut amplius non teneatur Vaf-sallus ad seruitia, & tunc licet latè dixerim in dicto tract. de iure Relevij d. par. 3. quest. 8. & latissimè post Ludolph. Scrader. par. 2. qualib. nona par. principalis sectione 14. n. 15. Henrich. à Rosenthal post alios in d. conclus. 82. tamè resolutiue procedendo distingue duos casus.

Primò quod Dominus fuerit in pos-

possessione, vel quasi possessione iuris Vassallatici in ipsum Vassallum, habendo illum pro Vassallo quoad omnia, & tunc quia semper Dominus præsumitur eod.iure, & modo possidere, & Vassallus semper præsumitur esse paratus ad præstandū seruitium, si requisitus esset, tunc si nulla seruitia intra hoc præscribendi tempus non praestiterit, dummodo non requisitus, tunc adhuc si centum anni effluxerint, non dicitur præcripta libertas à seruitio, ea ratione, quia nūquam fuit petitum, nec denegatum, & super denegatione effluxum tempus legitimum,

6 Secundò casu, si Dominus non fuisset in ista possessione iuris Vassallatici, Vassallus autem in quasi possessione libertatis à seruitio, vel si Dominus fuisset in dicta possessione iuris Vassallatici, & exigendi seruitium, & casus euenerit petendi illud, & super petitione interuenierit negatio Vassalli cum effluxione temporis legitimi, & bona fides negantis, eiusq; authoris, tunc præscriptur libertas à seruitio, hanc distinctionem post Bammacar. & alios à Me allegatos in dicto loco tract. de iure relevij docuit egregie præter ceteros Henricb. à Rosenthal omnino videndus d.conclus. 82. n.p. &c. 15. Regens Reuerter. decis. 16. n. 11. & sequentibus, quæ apponuntur in fine huius operis, & est veridica distinctio, ad quam nonnullas appendamus declarationes ultra eas, quas diximus d. tract. de iure Relevij.

7 Declarat primò, quod si Dominus existerit in possessione exigendi seruitia feudalia à Vassallo, puta adoham, & relevium per octuaginta annos, si deinde Vassallus negaverit illa præstare, & docuerit de errore, vt quia feendum, super quo exigeatur seruitiū feudale, postea fuisset repertum, quod sit allodium per instrumentum concessionis, vel

per alia documenta, tūc (cōstito de errore) nō potest dici esse præscriptū ius Dominicum, & sic præstatio nem seruitii esse faciendam, Nec pariter Dominus, & sic fiscus, qui bona fide adohas, & relevia exegerit tenetur ad restitutionem illorum, ea ratione, quia habuit bonam fidem, & feendum tenebatur, vt feendum, pro vt sic suisse decissim in causa Sacri Hospitalis Diuꝝ Annunciatꝝ Neapolis cum III. Comite Potentiaꝝ super terrā Vignolæ, nām dictus Comes per multos annos pro dicta terra soluit adoham, & relevium, sed postea per Hospitale prædictum fuit productum instrumentum, ex quo apparebat dictam terram esse concessam in burgensticum, fuit absolutus dictus Comes à dicto seruitio, & amplius non teneri, Et versa vice fiscus absolutus ab impetitione dicti Comitis petentis restitutionem dictorum releviorum, & adobarum, pro vt sic refert decisiū d. Regens Reuerter. d. dec. 16. par. 7. vt est videre post præsentes quæstiones in fine istius operis.

8 Declarat secundò, vt data feudi qualitate, & si Vassallus potest præscribere seruitij libertatem, vt supra docuimus, tamen non potest præscribere fidelitatem, quia sine fidelitate non esset feendum, & repugnaret feudi qualitas absque fidelitate, quæ inest feudo, & est de substantia feudi, & hęc est veritas.

9 Declarat tertio, quid in honore faciendo erga Dominū, & sic in feudo honorifico non datur præscriptio, adeò vt Vassallus possit præscribere esse immunem à præstatione honorificentia erga Dominum sūi Obertus de Bobio allegatus à Bammacar. d. loco quæst. 6. num. 42. dicit quod non potest dari hic casus, vt præscribat Vassallus contra Dominum, vt non teneatur ad honorificentiam præstandam, sed Bammacar.

car. ibi dicit, quod errat quoque Obertus, dicens quia Vassallus ultra quod tenetur ad illa sex iurata in cap. 1. de noua form. fidelit. tenetur etiam Dominum venerari, eiusque necessitatibus à iure statutis occurrere, Associādo, Comitādo, Hospitādo, nec non Contribuendo in sumptibus in aduentu Regis in domo Domini hospitantis, & in Regno ad aliqua alia ordinata p Cōf. Quā plurimum, & per alias leges communes, & Regni, & in his casibus requisitus, & denegans Vassallus libertatem præscribit, & sic etiam in feudo honorifico tricennialis præscriptio locum habere potest.

11 Sed parcat mihi Bāmacar. nā non benē, dicit quòd errauit Obertus, quia benē dixit in feudo honorifico non dari præscriptionen, nam feudum honorificum continere potest duo, alterum in honorando Dominum absque dispendio Valsalli, alterum cum dispēdio Vassalli. Quo ad primum, quia honor inest fideli-tati, & præcipue feudo honorifico, tunc nulla potest dari præscriptio, vt Vassallus non teneatur Dominū honorare, quia esset contra feudi qualitatem, & substantiam, & valde repugnaret, & esset quid barbarum, inconueniens, & inhonestum, & indecorum esse Dominum, & Domino non deberi reuerētiam, & honorem, hæc esset cōtrarietas maxima, ideo procedit dictum Oberti. Alterum quando esset cum dispēdio, & tunc quia omnia dispendia viderentur contineri sub seruitio reali, tunc dicerem quòd procederet dictū Bāmacarij, vt præscriptio locum haberet. Sic etiā Vassalli burgenses tenentur honorare Baronem, & Baronissam, vt in causa Ill. Duci Atripaldæ cum eius Vniuersitate, fuit decisum quòd Vassalli die festo tenentur insequendo asse-ciare Dominū eūtem ad missam,

Sic etiam Vassallę feminæ tenētur associari Dominam insequendo.

12 Declara quartò, vt præscriptio tricennialis, vt supra docuimus tunc procederet, quando seruitum est vñiforme, & determinatum, secūs autem si fuerit informe, & indeterminatum, quia tricennialis non sufficit, sed est necessaria immemorabilis ex Andr. de Iser. de controuersi. feud. inter mascul. & femin. n. 7. Docet Ludolph. Scrader. dicto loco n. 14. Bammacar. d. loco. quæst. 5. n. 34.

13 Declara quintò, si subfeudatarius præscripsisset libertatem seruitij cōtra feudatarium, quòd hoc casu non nocet Domino talis præcriptio in casu deuolutionis, quando tamen talis præcriptio cēpisset post concessionem, ita habes ex Bammacar. d. loco q. 7. per totam.

14 Declara sextò in feudo franco nullam præscriptionem currere cōtra Dominum ob non exacta seruitia, si non debentur, ita post alios Herman Vulteus de feud. lib. primo cap. 9. num. 19. & indubitatum esse afferit Rosental. d. conclus. 82. nu. 19.

15 Declara septimò, quod diximus præscriptionem currere, dummodo Vassallus requisitus negarerit, & super negatione tempus effluxerit, declara dico tunc procedere, quando negatio est expressè facta contra Dominum, secūs autem si tacitè, puta si generali edicto fuerit indicium seruitium omnibus feudatarijs, si vñus non præstat, nec ab eo fuerit exactū, cùm quia non obest expressa negatio, ideo nec præscriptio currit, ita docet Rosental. d. conclus. 82. num. 20. cum sequentib⁹ ad num. 30. vbi latè probat. Nec etiam cedit à feudo talis Vassallus non submonitus præstare adoham indicātam, secundum ea, quæ dicit Parid. de Puteo de finibus feud. cap. 38. nu. 3. sic etiam in vectigali generali imposito, quòd si vñus non soluit, & super dicta non sol.

solut, & super dicta non solutione fuerit expræssa negatio, ut non pos- sit præscribere immunitatem post Bart. docet Io. Franc. Balbus de præ- scriptionebus quæst. 5. n. 3. & 4.

16 Declara octauo, quod sicut Do- minus contra Vassallum ignorantem ius suum præscribere non potest, ita pariter Vassallus non potest præscri- bire contra Dominum ignorantem ius suū, & si compleuerit præscri- ptionem, tunc habet restitutionem aduersus illam ex clausula generali, ita post multos docet ibid. Rosenthal. n. 30.



## ARGUMENTVM.

Vassallus in Regno nostro non præstans adoham, an sit pu- niendus pœna priuationis feu di, vel alia extraordinaria; Et quid in Regno seruatur: De tempore exactionis Adohæ, & de Commissarijs dictæ exactionis.

## SV M M A R I A.

- 1 Vassallus renuens præstare seruitium amicitit feudum de iure communi.
- 2 Vassallus in Regno Neapolitano ob seruitium non præstitum componi- tur cum curia, & non amicitit feu- dum, & nu. 7.
- 3 Adohæ exactio in Regno nostro spe- ciat ad Regios Perceptores. qui rigi- diffimè exigunt.
- 4 Adohæ in Regno exigitur in tribus paghis, vulgo i. tertia Paschatis, Augusti, & Nativitatis Domini.
- 5 Perceptores Regy in hoc Regno ultra potestatem juris communis habent

amplam potestatem ex particulari instructione Regia Cameræ.

- 6 Vassallus non soluens integrum adobam unius anni, tunc assumpto li- bro veteri ponitur in residuis exe- quutionis sequentis anni.
- 8 Exactor impositionum potest remit- tere impotenti solutionem.
- 9 Vel etiam minuere impositionem.
- 10 Vassallus impotens, & non soluens adobam excusatur à pena.

## QUÆSTIO LI.

**E**T si alias de iure communi feudorum vassallus non præstans seruitium feudale Domino suo, amicitat feudum legiti- mis tamen concurrentibus requi- sitis, nempe monitionis, negationis, contumaciæ & alijs, vt ex cap. primo S. sed nec alias iustior, qua fuit prima causa benefic. amicit. vbi DD. omnes communiter cap. sancimus de feud. si- ne culpa non amicit. cap. ad hoc; hic fi- nitur lex cum concordantibus, & est communis vox feudistarum; quos longa manu congerit Henrich. à Rosenthal in sua synops. feud. cap. 10. conclus. 15. num. 7. litera, F, & post eum latissimè declarans dictam con- clusionem Andreas Kobl. de seruitijs feudal. sit. de fine seruit. & amiss. feud. ob seruitium non præstitum nu. 9. dixi Ego de iure releuij par. 5. q. 18. tamen quod spectat ad materiam adohæ in Regno nostro. In eo Reges nostri munificentissimi, vt dixi, dicto tra- de Iure Releuij d. q. 18. non angustiāt Vassallos ad amissionem feudi ob seruitium, siue adohū non præstitū, sed per particulares literas Sereniss. Regis Roberti, de quibus meminit Iacobus Ayell. de iure Adohæ nu. 72. fuit ordinatum, quod illi, qui non præstiterunt adoham, etiam malitiösè, vel diminutum, vel alijs circā feudi alienationem, & seruitia con- traue-

travenerunt, non priuentur feudo, sed quod Curia Regis admittat eos ad compositionem, dum dicit, fidelitati vestrae praesentium tenore committimus, & mandamus, quatenus præmissis casibus, & similibus pro parte nostræ Curia cum uno ex thesaurarijs nostris componatis secundum, &c. Ex quibus apparet, quod pena amissionis feudi ob seruitum non præstitum est remissa, & agitur ad compositionem, licet Afflict. in d. cap. sed nec alia iustior num. 24. dicat quod erat capitulum Regis Caroli, tamen poste a affirmat quod est Roberti, & dicit, quod pena est quadupli, sed in contumace est pena de iure communi i.e. amissio feudi, & sic ipse Afflictus intelligit in effectu dictum capitulum Regis Roberti.

Verum hodie hoc spectat ad Regios Perceptores, qui indifferenter exigunt adoham, siue donarium, & alias impositiones a feudatarijs, contra quos, quando ipsi sunt renentes, miscunt Commissarios, qui rigidi sime exequuntur, immo quod potius, & peius est, quod semper differunt exigere qualitates debitas per feudatarios, sed tantum curant de accipiendo salario pro suis dietis, & nunquam curant de exactione pecuniae feudalnis, adeo quod quodquidem feudarius soluit debitum, est sciendum, quod ante a ceteruplo soluit pro dietis Commissariorum, qui subito rationcinant tot dietæ pro accessu, tot pro mora, & recessu, & facta hac ratione, & accepta pecunia pro dietis prædictis, & alijs, statim reveruntur, nec curant de exactione, ut dixi, pecuniae fiscalis, & hoc faciunt in qualibet tertia anni parte nempè Paschatis, Augusti, & Nativitatis Domini, nam qualibet tertia anni parte fiunt solutiones, & exactiones, donatiui ordinarij, & aliorum.

5 Et quando feudatarij sunt renentes, tunc Perceptores, qui supra

mixtunt Commissarios prædictos, qui habent omnimodam potestatem exequendi contra feudatarios eorumque domos, & bona, & præcipue contra fructus feudi, & exequitionem facere, vendere, affictatores, & alios carcerare, & omnia acta facere in procedendo ad venditionem exequutionis, & hanc potestatem vltra id, quod de iure concessum est, habent etiam ex particulari instructione Reg. Cam. in creatione dictorum officiorum facta.

6 Sed si tales Perceptores non exigunt integrum summam debitam per feudatarios, tunc absumptis rationibus unius anni, si quod est in residuo, & nos vulgo appellamus residua anni talis, onerat feudarium in novo libro, & iterum, & de novo miscit alios Commissarios, qui dicuntur Commissarij, vulgo *delli Regis*, pro ut hoc anno fieri vidi per Regium Perceptorem terræ laboris, qui volens soluere militibus stipendia, illis assignauit quedam residua vetera.

7 Et sic hodiè in Regno nostro remissæ sunt penæ non soluentis, vel diminutæ soluentis, vel differentis soluere seruitum, sed fit exequutio pro ut supra, quæ forsitan peior eit, ut ita dicam, amissione feudi, sunt n.b. tales Commissarij homines, qui emunt tales commissiones, hoc sufficit dicere, & nihil amplius.

8 Octauò, vnum non omittam validè notandum, quia pietate redolet, ut, & si adoha siue Collecta non possit remitti, nisi per imponentem, tamen ex privilegio paupertatis, si exactor videt quem impotentem, et non valentem soluere, tunc etiā exactor potest remittere dictam solutionem, ira notat gloss. singular. in l. omnes la prima Cod. de annon. & tribut. lib. 10. Petr. de Vbald. de Collectis in principio num. 19. Sed hoc credo, quod non sequunt, nisi ex speciali ordine

ordine Superioris

9 Sic etiam si furente fortuna patrimonium Vassalli est collapsum, tunc potest idem exactor diminuere exactiōnē, et hoc ex facultate, quam boni viri arbitrio habent, ita *Hypol. do Marsl. singul. 619.*

10 Sic etiam si Vassallus esset pauper, adeò ut non possit præstare adoham, nec seruire de persona, ut quia non potest emere arma, tunc excusat, ita in puncto *Mattb. Afflīct. in cap. sed nec alia iūstior num. 38. quæ fuit prima cauſa benefic. amīet.*



### ARGUMENTVM.

An & quando in præstatione adohæ requiratur, ut Vassallus moneatur à Domino ad illam præstandam.

### SUMMARIA.

- 1 *Vassallus regulariter debet requiri, ut seruitium præstet, quod declaratur nu. 2. & 4.*
- 2 *Vassallus obligatus ad seruitium determinatum in quantitate, sed non in tempore debet omnino requiri.*
- 3 *Fallit quando est determinatum tempus, & quantitas.*
- 4 *Vassallus obligatus ad seruitia officia debet requiri.*
- 5 *Praestatio seruitiū feudalis regulatur per consuetudines locorum.*
- 6 *Vassallus in Regno nostro ad præstationem adohæ non requiritur, cum sint generalia tempora affigata.*
- 7 *Vassallus in Regno nostro non potest dicere Perceptoris ostende quantitatem adohæ, ad quam teneor.*

### QVÆSTIO LII.

1 **V**assallus regulariter debet requiri, siue moneri à Domino ut seruitia feudalia ipsi Dominio exhibeat cap. primo s. ultimo in verbo, Et indè generaliter, vel specialiter fuero requisitus, ubi glo. de noua form. fidelitat. cum concordantibus, ut post alios docet *Hēricb. à Rosental. in sua synop. feudal. par. 7. tit. dē tēp. seruient. n. 3. Petr. Guadelin. de iure feud. cap. 6. de seruit. quæ domino debent præstare Vassall. n. 11.*

2 Sed regula prædicta declaratur, admissa distinctione de generibus seruitiorum, ut aliud sentiendum sit in seruitijs determinatis, aliud in seruitijs, quæ habent diem appositorum in concessione, & aliud in seruitijs indeterminatis, re, loco, & tempore, ut primo casu, quando est

3 determinatum in quantitate siue qualitate, sed non in tempore, tūc necessaria sit requisitio ad præstationem, non autem ad quantitatē, siue qualitatē, ut sunt seruitia personalia, siue pro personalibus quantitas, ita ex d. cap. 1. de noua forma fidelit. docet *Mattb. Vuesembec. de feud. cap. 9. n. 12. Rosental. d. loco n. 5. Andreas Khol. d. loco cum sequentibus numeris, vbi non nullas adducit limitationes ad regulam prædictam.* Secundò casu quādo seruitia habēt diem cum determinatione quantitatis, siue qualitatis, tunc requisitio non est necessaria, ut docent *Bald. in d. cap. 1. de noua form. fidelit. nu. 6. vbi cæteri Bald. sequuntur Petr. Guadelin. d. loc. n. 11. in fine Rosental. d. loco n. 6. And. Kobl n. 22. Ludolph. Scader. de feud. p. 6. n. 38. vt prætermittā *Mattb. Afflīct. ceterosq; Regnicolas* 4 dōdē de hac te differentes. Tertio calu in seruitijs in determinatis quæ consistunt in officialibus, puta reuentitia, obsequia, taciturnitatis fidei, & similibus, tunc in istis requiritur de-*

denunciatio , siue requisitio , & in istis procedere regulam , docent supra allegati DD. et Rosens. n. 6. Kbol. nu. 3. ut ceteros raseam .

5 Sed quicquid sit de iure communi feudorum aduerte , quod in seruitijs feudalibus præstadiis maximè debet attendi mos , & consuetudo Domini , & Regionis , siue loci , ut quo loco , tempore , vel cura qua qualitate , vel in qua quantitate præstanta sint , vel cum requisitione , vel sine , ita docent Rosental. num. 3. ubi alios allegat Andr. Kbol. d. loco n. 25. & post Jacob. Cuiac. Gudelin. n. 14. in fine .

6 Vnde cum in Regno nostro habeamus adohā , & etiā donatiū in locum adohā , est distinguendum , quod quando adoha est determinata loco , & tempore , & quantitate , nō est necessaria requisitio , pro ut etiā donatiū , quod habet quantitatē determinatam , & soluitur tertiatim nempē mense Augusti , in Natiuitate Domini , & in Paschate Resurrectionis , quibus temporibus si Barones , vel Vniuersitates non soluunt Perceptoribus , tunc statim Parceptores vigore suæ potestatis concessæ in capitulationibus generalibus , & particularibus affictus , siue concessionis officij expedient Commissarios contra dictas Vniuersitates , & Barones , & vulgo dictæ solutiones dicuntur , El terzo d' Agosto , El terzo di Natale , El terzo de Pascha , & tūc , Vassallus requisitus non potest dicere , ostende ad quātum tenetur prò adoha Ant. Cap. c. in iustit. feud. in verbo feuda adobant versic. & requisitus , sed quando adoha , siue seruitium non est determinatum , tunc non nisi requisitus præstare tenetur , Parid. de Puteo de finibus feudal. cap. 38. n. 5.

Concesso annuo redditu certæ quantitatis in feudum super aliqua Dohana , siue Arrendemento cum onere soluendi adohum , an si defecerint dicti anni introitus propter defectum dirictum nō exactorum , an fiscus possit prætendere adoham dè illa quātitate , quæ exigitur , an vero in sequentibus annis , quibus exiguntur introitus , possit prætendere adohos præteritos .

### S V M M A R I A .

- 1 Feudum potest confitere super frumentis Dohana , vel gabelia .
- 2 Fructus siue dirictus Dohana si defecerint , an debeant cedere damno Concessionari , vel fisci prò adoho , distinguitur n. 3. & 4.
- 3 Adoho si est taxato , et fructus Dohana defecerint , fiscus non amittit adobum istius anni , quo defecerunt fructus .
- 4 Idem in sequentibus annis uberioribus , nam fiscus accipit adobam annorum precedentium ferilium , & n. 5.
- 5 Adoba si non est taxata , sed tantum facta confessio indeterminata , distingue dè rigore , & de equitate , & n. 6. Et quid si confessio facta sit tempore taxæ vateris , vel taxæ nouæ .

### Q V A E S T I O L III .

**E**X ijs , quæ diximus de iure Releuij p. 2. quest. 2. n. 20. quod feudum potest confitere super annuis redditibus certis

tis, & perpetuis, & etiam super aliqua Dohana, Propterea potest dubitari si fructus, siue redditus dictæ Dohanæ defecerint ex causa Pestis, vel belli, vel alia de causa, ex qua afflictoribus competenter vel ex computum, vel remissio mercedis pro ut fuit in Dohanis Apuleæ, me allegante in iure, quibus Dohanis ex causa pestis, & Commissarij vtrò de Contrabandi, & alijs caussis datum ex computum du catorum ..... adeò ut parū, & nihil percepérunt consignatarij ut in banca de Crescentio, an hoc casu debeat cedere damno fisci, vel feudatarij.

3 Distinguas duos casus. Primus casus aut fuerunt super Dohana concessi centum annui, cum adoho taxato in annuis decem. Secundus casus aut concessi fuerunt centum non taxato adoho, sed tantum fuit facta concessio sub feudali adoha, minime taxando illam, pro ut ego distinguo de iure Releuÿ p. 2. q. 6. n. 9. cum sequentibus. ex Doctrina Petri de Greg. de concess. feud. p. 1. q. 11. n. 2.

5 Primo Casu, quia à principio concessionis est taxata quantitas adohæ, & est certa, tunc ex quo fiscus pro hac adoha est creditor posterior, & anterior ad instar Domini super re Emphteotica, dùm concessio fuit facta cum dicto onere de re sua, cum quo onere sic acceptauit concessionarius, cum in re sua quilibet est moderator, & arbitrarius. in re mandata Cod. manda Isern. in prelud. feud. mærito fiscus uti potior, & anterior est semper præferendus pro adoho tam in illo anno, quo parum exigitur, quam etiā in annis sequentibus, in quibus exigitur pro annis præteritis, quia omnino satisfaciendum est fisco ad tradita ex Loffred. Francisco de Amicis, & alijs per Me de iure Releuÿ p. 2. quest. 6. n. 30. & quest. 11. n. 5. & p. 3. quest. 3. per totam. Et de illo, quod superest satisfaciendum est Concessionario,

aliás concessio ex gratia concedentis facta gratuitò cum illo onere adohi, retorquerentur in odium ipsius concedentis, tantò magis quod sufficit fisco ad satisfaciendum sibi quod ex feudo percipiatur tanta, quantitas fructuum, quanta sufficit pro adoho, exemplo domini, & Emphteutæ, dùm sufficit Dominio ut ex re concessa percipiatur tanta, quantitas fructuum, quanta sufficit pro Canone, vel ut remaneat tanta quantitas terræ concessæ, quanta sufficit pro canone soluendo ad tradita communiter, & vulgariter per DD. præcipue Iason. in l. 2. Cod. de iure Emphteut. Canon enim, & adohum si non soluitur in anno præsenti, soluitur in sequentibus ad tradita per Me dicto tract. p. 2. quest. 5. n. 4. 35. Et ità uidimus practicari tempore Incendij Montis Vesuuij, nam in anno dicti Incendij nihil fuit solutum pro canone, sed fuit superfatum, & sequentibus annis quibus terræ fuerunt melioratae, fuerunt soluti census, & Canones tempore dicti incendii debiti.

Secundus Casus, quando in principio concessionis nihil fuit dictum de quantitate adohæ, quæ fuit taxata, sed tantum fuit facta concessio inde finitè sub feudali adoha, nihil taxando quantitatem, & tunc dicta concessio, quia continet adoham debet intelligi de quantitate, quæ debetur. secundum consuetudinem loci, in quo fit concessio, secundum vulgata iura, & regulas feudorum, & ad tradita per Me de iure Releuÿ par. 2. quest. 10. & tunc debet intelligi concessio prædicta secundum taxam ordinariam tempore dictæ concessionis, & tunc subdistinguenda, aut de rigore, aut de æquitate. De rigore dicas, aut concessio est facta in Regno nostro tempore taxæ veteris, & tunc secundum illam est intelligenda dicta concessio sic indefinita, & iuxta dictam taxam debetur,

debitur dicta adoha in casu prædicto. Aut tempore taxæ nouæ, & tunc itidem adoha prædicta in dicta concessione, dicto tempore, facta taxabitur iuxta taxam nouam, & sic eefsat incertitudo quantitatis adohæ debendæ iuxta dictam concessionē, nām tempus taxæ vigentis tempore concessonis clarificat, & liquidat quantitatē adohæ, ideò secundū illam facienda est solutio, meritò si anni redditus non sufficiunt, fiscus nihil debet amittere, quia de illo, quod percipitur in annis sequentibus, debet fisco satisfieri de omnibus adohis præteritis, quia vbertas sequentis anni compensatur cùm sterilitate præcedentis, & è contra ut dixi in dictis quæstionibus, De æquitate autem dicerem, quòd ex quo adohæ quantitas non est taxata, tunc siuè taxa noua, siuè taxa veteris, est intelligenda secundum quantitatē fructuum, qui exiguntur, ut si exiguntur centum, tunc si concessio est intelligenda de taxa veteri, adohum est exigendum ad rationē taxæ veteris. Si concessio intelligitur secundum taxam nouam, tunc secundum taxam nouam debet exigi adohum, & sic si tantò minus exigitur in hoc anno, tantò minus debet exigi adoha secundum plūs, & minus taxæ veteris, & nouæ, & è contra si tantò maius, & sic prò rata fructuū, qui exiguntur taxatur adoha, habita ratione taxæ veteris, vel nouæ, quarum tempore fuit facta concessio.



### ARGUMENTVM.

Quid sit taxa veteris, quid taxa nouæ, quid liber Cædularis, siuè adoharum, & quid taxa Baronum, & Vniuersitatum, Et an differant in quantitate,

& quid Quinterniones Regiæ Cameræ, Etalia circa taxam adohæ.

### SVMMARIA.

- 1 Taxa veteris, & noua, & Cædularis Baronum quid snt, declaratur numeris seqq. n. 12.
- 2 Taxa veteris, & noua non differunt in modo quantitatæ taxanda.
- 3 Taxa veteris, et noua differunt in tempore, quo factæ fuerint, et declaratur.
- 4 Feuda deuoluta, & de novo concessa, taxantur de novo.
- 5 Taxa noua fuit aucta, siue diminuta iuxta fructuum augmenta, tempore nouæ concessonis.
- 6 Taxa respectu quantitatis debenda prò rata fructuum semper est uniformis, sed diversa in quantitatæ ratione fructuum excrescentium, siue diminutorum, & n. 7. & 8.
- 7 Taxa quædam antiqua consistebat in chirotecis, & tarenis.
- 9 Taxa inter Vniuersitates, & Barones dicitur additamentum ad priorem adoham.
- 10 Fructus trium annorum coaceruntur, capta informatione ad finem taxandi adohæ prò rata unius anni.
- 11 Subfeuda taxantur prò adoba scilicet ipsa feuda.
- 12 Quinterniones Regiæ Camera Summarie sunt illi libri, in quibus feuda describuntur.
- 13 Feuda descripta in quinternionibus dicuntur quaternata in Regno.
- 14 Taxandi modus adoham tam in feudo cum Vassallis, quam snt Vassallis refertur.
- 15 Taxa adohæ siue Cedulare debet ante omnia recognosci, & possea aliquid decerni super eo.  
Adoha confusa posita in Cedulari confusa exigitur sub n. 15.
- 16 Cedulare accommodato, & consilio de feudatario, adoha exigitur a possessore.
- 17 Cedulare amisse, admittuntur alia pro-

*probationes ad probandam quantitatem adoha.*

- 18 *Appellatione à grauamine taxæ adobæ pendente, exigitur prò ut taxæ antiqua.*

## QUÆSTIO LIV.

- 1 **Q** Via sæpè sæpius in hoc tract. & præcipue in q. 36. & in locis alijs, vbi DD. tractant de hoc iure adohæ, fit mentio de taxa veteri, taxa noua, & de libro Cædulari Baronū, siue adoharum, & de taxa Baronū, & Vniuersitatum, de quibus licet supra in multis locis annuimus de taxa noua, & veteri *sup. q. 36* tamē particulare caput instituere volui, prò quo vide *Reg. Moles de adoha q. 1. et 2.*
- 2 Et quantum spectat ad taxam veterem, & nouam, nulla est differentia circà quantitatem adohæ, s. vt semper ad eandem rationem fructuū fiat, tam taxa vetus, quā noua; semper. n.
- 3 Unica est taxa, & sic semper fuit, & est medietas fructuum; Verūm differentia, quæ est intèr taxam veterē, & nouam, procedit, ac sit ex tempore, vt quia feuda, quæ olim fuerunt taxata, fuerunt taxata habito respectu ad fructus tunc temporis extantes, siue qui tunc temporis percipiebantur ex feudo, quo tempore redditus feudotū erat tenues; taxa autē noua itidem differt à veteri propter tēpus, quia feuda ipsa tunc tēporis taxata, deuoluta fuere ad Regem oblineā finitā, vel alia de causa, & dum
- 5 Rex de nouo concessit, de nouo taxavit secundū redditus extantes, ac rendētes tēpore nouæ cōcessionis; Et quia redditus ex tēpore, & industria hominis creuerunt, & fuerunt aucti, & secundū quātitatē fructuū auctorū, & crescentiū fuit facta noua taxa, & sic licet in quantitate differant, tamen hæc quantitatatis differentia non procedit ex diverso modo taxandi, sed ex diuersa quātitate fructuum, vt quia tunc patui erant,

- & tempore nouæ concessionis augmentati, vt apparet ex litteris Regiis scriptis Viceregi Terræ Bari, & Hidrunti die 2. Decemb. 1459. in Registro litterarū Curiae 2. fol. 147. Sed taxæ semper uno modo fuit facta ad rationē totiès dictam, dicit *Andr. de Iser. in d.c. Imperialē, S. firmitè, vers.* Item videmus, n. 30. dicēs, quod feuda magni valoris hodie párūm, aut nihil soluunt prò adoha, & alia feuda nō uitèr taxata, minoris, aut parui valoris maiorem summam soluunt, vt elegantè *Andr. d. loc. Camill. d. Curt. de feud. fol. 41. n. 62.* dicēs, unicā semper fuisse adohā ad rationē prædictā, sed fructus augmentati, fecerūt augere nouā taxam, *Franc. de Pont. decis. 3. n. 2.* dicēs differentiam inter taxam nouam, & veterem esse circam quantitatē fructuū respectiū, ad quos sit taxa, sed taxa semper est eadem *Marin. Frecc. de subfeud. lib. 2. auctoritate 5. n. 19. fol. 337. col. 2* dicēs antiquitū solui prò adoha.
- 8 duos tarenos, vel par chirotecarum, hodie verò solui actento valore fructuum, *Anton. Capyc. verb. feuda adobant, & nouissimè Anell. Amat. cons. 12. n. 10. vers. In eadē cōsultatione, & n. 11. vol. 1. Io. Vinc. Ann. in c. 1. de vassall. decrep. etat. n. 150.* dicēs eandē esse taxā, sed differentia videtur, quia sunt aucti fructus, ibiq; ponit exemplū de Comitatu Nolæ, ac Terræ Boyani; Est n. alia taxa, quæ sit intèr Barones, & Vniuersitates Regni prò solutione donatiui, quæ etsi non sit vera adoha, est tamē additamentū ad priorē adohā, & quilibet taxatur iuxta mensuā veteris adoha, nulla habita ratione fructuū, qui medio tempore percipiuntur, ita *Anellus Amatus dicto cons. 12. nu. 12. vers. taxa autem, vol. primo.*
- 10 Nec tandem omittas, quomodo taxa prædicta tamē vētus, quā noua deducatur in esse, nempè quo modō Rex scit quantitatē fructuum feudalium ad finem, vt taxetur adoha

in quantitate respectiuè ad feuda diuersi generis, prò vt dixi *sup.q. 4.* dicas, quòd sicuti taxatur releui, concurrentibus fructibus trium annorum, & hęc tempore pacis, secūs autem tempore guerræ, & pestis, vt dico *infra*, ità in taxanda adoha, Reg. Curia capit informationem de quantitate fructuū perceptorum per tres ånos retrò ex dicto feudo, deinde illis omnibus coaceruatis, & deductis expensis in recollectione, sumit, & capit tertiam partem, quæ importat redditū vnius anni, & super illis taxat adoham, prò vt sic legi obseruatū in liquidatione adohæ Terræ S. Severini, vt in processu dictæ liquidationis poenes Carolū de Maria Actuarium Reg. Cam. Summarie.

Sic etiā in taxatione adohæ Terræ Campi Prouinciæ Terræ Hidrunti ad instantiam Aloysij Paladini fuit ordinatū per Reg. Cam. die 9. Decembris 151. in Adobarum 11. fol. 28.s.

11 Sic etiam seruatur respectu subfeudorum, vt adoha taxetur, sicut in feudo cum dicto calculo fructuū releuij, vt fuit seruatum in adoha subfeudi delle Carone Ciuitatis Nolæ ad instantiam Ioannis Baptista Cæsarini, die 1. Aprēlis 1576. in Adobarum 15. d. fo. 28. & Ill D. Ioannæ Orsinæ Ducissæ Martinæ in Adobarum 7. fol. 35.

12 Ex quibus patet, quid sit liber Cædularis, quid quinterniones, nā taxæ prædictæ tam in anno 1504. & 1564. quibus temporibus fuerūt taxati omnes Barones Regni, & fuerunt descripti in quodam libro, & vñusquique cum eius taxa, & dictus liber fuit appellatus liber Cædularis, *Camill.de Curt. dicto fol. 41.* n. 56. dicens, esse satis diuersum à libro quinternionum, in quo non notatur taxa prò adoha, quæ debetur,

13 sed tantum describuntur illi, qui feuda tenent à Regia Curia, vndē postea feudum descriptum in tali-

bus quinternionibus fuit appellatū feudum quaternatū, *Jacob. de Ayell.* n. 88. & 89. dicens multos hac in re decipi, accipiendo Cædularia prò quinternionibus, & alio vocabulo dicit *Camill.de Curt. n. 56.* q. appellatur liber Doni, in quo omnes, qui recipiebant donationes rerum feu-  
dalium à Rege, adnotabantur.

14 In summa vltrà ea, quæ dixi supra d. q. 4. vt accepi, & mihi videre fecerunt obseruationes Reg. Cam. D. Præsid. Blanditius, & Magn. Rationalis Ioseph de Vrso sic taxatur, Adohū hodie in terra cū vassallis, vt capta informatione de annuo reditū, vt moris est prò quolibet cétenario taxatur duc. 52.2.10. vt potè si terra esset mille foculariorū, & redditus esset duc. 1000. tūc ad rationē supradictā adoha ascenderet ad summā ducatorū 525. à quibus deducenda est pars, & rata vassallorū ad rationē carolenorū quinq; prò quolibet foculari, quæ vassallorū contributio in carolenis quinq; quia ascēderet ad summā ducatorū 500. ideo excederet medietatē taxæ generalis, & sic grauarentur, propterea introductū fuit, quòd caperetur medietas dictæ cōtributionis generalis ad rationē carolenorum quinq; ascendentis ad dictā summā ducatorum 500. quę medietas sunt duc. 262.2.10. & sic contributio vassallorū ascendit ad rationem ducatorum 26. 1. 5. prò quolibet cétenario.

Sed quādo Terra esset foculariorū 500. & redditus ascēderet ad ducatos 1000. tunc itidē ad rationē ducatorū 52. ÷ taxæ generalis prò cétenario, taxa adohi importaret duc. 525. à Barone præstandos, ex quibus duc. 525. deducas contributionem vassallorū, quæ prò focularibus 500. ad rationem carolenorū quinq; prò quolibet foculari essent duc. 250. quibus deductis à dictis duc. 500. vt supra, remanēt soluēdi per Baronem solū duc. 275. & ità dixerunt mihi d.

D.

D. Præsidens, & Magn. Rationalis, q̄ obseruatur, vel plūs aut minūs prō rata impositionis adohæ impositæ.

Ex feudis verò absq; iurisdictio- ne vassallorum dixerunt mihi, quòd adohum taxantur ad rationem du- catorum triginta prō quolibet cen- tenario, prō vt sic fuit facta liquida- tio introituum D. Petri de Toledo alla Duchesca hic Neapoli; Et in alu- meria lschæ Ill. Marchionis Vasti.

15 Quæ taxa omnino est attendenda in solutionibus adohæ, quinimò quando aliquid per Reg. Cam. or- dinatur circā adoham, tunc semper recognoscitur priùs Cedulae, & po- stea dicitur, recognito cedulari, ex quo apparet istud, & illud, ideo mandamus, &c.

Adeòq; est attendenda dicta ta- xa, quòd si confusè fuerit posita, adhuc confusè est exigenda, quoad nō reducitur ad ordinem, prout sic vidi prouisiones expeditas ad instā- tiā Magnif. Ioannellæ Carrafæ fi- liae, & hæredis prō medietate quon. Hyeronimi Carrafæ dicentis, quòd adohum Terrarum Molisij, Ciuitæ Veteris, & aliorum feudorū in Pro- uincia Comitatus Molisij debebat solui prō medietate ab alia sorore Portia Carrafa similiter filia, & hæ- rede prō medietate dicti q. Hyero- nymi, & hæredes erant sorores prō medietate; Proptereà per Regiam Cameram fuit ordinatum, eò quòd taxa dicti adohi stabat sic confusè facta, quod sic confusè exigeretur adohum, & ita fuit mā datum, quòd exigeretur prō medietate ab utraq; & non integrum ab vna die 28. Iu- niū 1536. in adobarū lib. 7. fol. 33. ter.

16 Sed quando postea Cedulae ap- tatur, & accommodatur, vt quia tolli- tur confusio propter informationē captā, vt quia apparet de vero pos- sessore feudi. tunc ab illo, qui possi- det exigitur rata adohi, prō feudo possesso, vt fuit ordinatum ad instā-

tiam Ill. Principis Hostiliani, qui ta- xabatur prō multis Terris, inter quas confundebatur Terra Veggianelli, quæ possidebatur per Magn. Aure- liam de S. Seuerino, proptereà con- stito, quòd possidebatur dicta terra per dictam de S. Seuerino, fuit ordi- natum, quòd ab illa exigeretur, & quòd exactum restitueretur dicto Principi, die 7. Septembris 1537. fol. 126. in adobarum septimo.

17 Quid autem si liber, vbi describi- tur taxa feudatariorum, vt apud nos est liber Cedulae, depdatur, adeò, vt haberi non possit, quomodo pro- betur quantitas adohæ, dicas, quòd non per hoc excluduntur alię pro- bationes, putà testes, vel alię scrip- turę, vel apodixarum de recepto fa- ctarum à Domino, vel eius Procura- tore, siue Quæstoribus, prō vt sic fuit ordinatum in anno 1532. ad in- stantiā qu. Ioannis Malenæ Ciuitatis Rossani, qui comparuit in Regia Cam. dicendo, quod prō feudo no- minato de le marine, & S. Ioannis ta- xabatur tantū in duc. tresdecim, & ta- reno uno, sed quia taxa prædicta fuit deperdita propter longissimā absen- tiā à patria ex causa ibi expressa, & ipse habebat tantū non nullas scrip- turas, & apodixas de recepto factas per retrò Percepto es, ideo petebat mandari, quòd solueret tantū dictos ducatos tresdecim &c. fuit ordina- tū vt Thesaurarius Calabriæ caperet informationem si dictus de Malena possidebat dicta feuda, & etiam de quantitate solita solui prō adoha, antequam fuisset illis priuatus, etiā per visionem scripturarum, & apodi- xarum, & cōstito de prædictis, quod exigeret tantū dictos ducatos tres- decim, & tarenū vnum, nec plūs, nec minūs die 5. Iulij anno, quo supra in Adobarum 6. fol. 28. ter. & 29.

18 Verum si vasallus grauatur de ta- xa, & mandatur per Reg. Cam. quòd capiatur informatio, & pendente

captura informationis , & soluitur iuxta taxam iam factam , & tunc temporis existentem, prout fuit ordinatum ad instantiam dictæ III. D. Joannæ Vrsinæ Ducissæ Martinæ prò adoho terrae Contursi die 11. Augusti 1536. dicto lib. Adobarum 7. fol. 35. Qua informatione capta deinde de nouo taxatur feudum iuxta introitus per dictam informationē probatos, vt fuit ordinatum in Adoho Magnifici Michaelis Gomes pro terra Albanellæ , die primo Februario 1537. in adobarum 7. tergo, vbi lunt per plures prouisiones sic cantantes .



## ARGUMENTVM.

Foemina an teneatur præstare adoham prò feudo , quod possidet prò dotario, vel alio iure ; Et quid in subfeudo , an præstabat adoham Domino vel Baroni, Etan debeatur illi subuentio ; Et in quibus Casibus ; Et quid si habet tantum habitationem , vel annuam pensionem ex feudo tantum .

## SYM M A R I A.

- 1 Foemina regulariter non seruit de persona Domino ob feudum .
- 2 Foemina prò feudo præstat Domino seruitium in pecunia , vel alias partem fructuum .
- 3 Foemina præstat adoham prò feudo , siue à Rege , siue à Barone teneat , & nu. 5. declara nu. 6.
- 4 Foemina petit subventionem prò adoha à vassallis dotalibus , & de ratione , & declara nu. 7.

- 6 Foemina prò subfeudo dotali præstat seruitium Baroni .
- 7 Subuentio debetur foemina ex feudo dotario prò adoha præstanda Domino tantum .
- 8 Foemina hodie usufructuaria ante-fati præstat seruitium de feudo prò antefato assignato .
- 9 Foemina habens habitationem , & annuam pensionem ex feudo , sed alius possessionem , non præstat adoham , sed possessor .

## V A E S T I O LV.

**D**Vbium erat, quod cùm mulier non posset seruire de persona prò feudo ob sexus imbecillitatem, siue fragilitatē , Rosental cap. 8. conclus. 8. num. 8. Nec etiam videatur posse adoham præstare , quæ loco personalis seruitij est introducta , tamen cōtrarium est uerius , vt mulier prò feudo , quod possidet , siue vt Domina , siue prò dotario , licet non possit de persona seruire , teneatur præstare seruitium Domino in pecunia , siue partē fructuum , vel sumptus Domino subministrare , Ioannes Raynaldus in cap. Imperiale , S. firmat , num. 54. de prohibit. feud. alienat. per Frideric. Jacobin. de S. Georg. in sua inuestit. feudal. in verb. Et promiserunt eidem Domino , num. 30. Petrus Nicol. Mozz. de feud. tit. fin. nu. 127. verific. Decimū excusatur , Henrich. à Rosental de feud. cap. 8. conclus. 4. num. 16. Andr. Kohl. de seruit. feudal. parte prima tit. qui seruire teneantur num. 126. & per conlequens tenetur præstare adoham , quæ est quota fructuum feudi , etiam ex feudo , quod habet prò dotario , vt dicit idem Andr. Kohl. d. loco .

Et in specie, quod teneatur præstare adoham , Bartholom. de Cap. in Conſt. licentiam Baronibus , sub tit. de 4. dotibus , n. 10. & 11. dicens , quod potest

potest petere subuentione à Vassal-  
lis feudi dotalis, ea ratione, q[uod]a sub-  
uentio debetur prò seruitio, & mu-  
lier prò dotario præstat adoham, si-  
uè seruitum, *Marin. Frecc. de sub-  
feud. tit. de auctoritate Baro. auctorita-  
tate 2.q. 17. §. hic quaro de noua que-  
stione, n.9. dicens, quod dum soluit  
adoham, debet habere subuentionē Ioseph Cum. in c. si aliquē in verb. cōsue-  
ti seruity n. 8. dicēs mulierē præstare  
adoham prò feudo dotario, siuè à  
Rege, siuè à Barone teneatur, Ca-  
mil. de Curt. in suo diuers. feudal. fol.  
42. à t. col. p. n. 70. Iacob. de Ayel. de iur.  
adobæ n. 56. ea ratione, quia mulier  
est plusquam vſufructuaria.*

6 Declara etiam procedere in sub-  
feudo, quod mulier tenet prò dota-  
rio, vt teneatur præstare seruitium  
Baroni, eò quod dictus Baro præ-  
stat Domino seruitium prò dicto  
subfeudo dotarij, & si mulier sub-  
monita ad præstandum dictum ser-  
uitium, potest per eundem Domi-  
num feudi exguardiari, & dissasiri,  
*Iacobus Ayell. dicto num. 56. Ioseph.  
Cum. dicto loc. n. 8.*

7 Declara secundò quod dixi de  
subuentione præstanda mulieri prò  
dotario, vt illa subuentio debeatur  
tantum prò subuentione adohæ, in  
cæteris autem casibus subueniet  
Domino; *Iacob. Ayell. dicto loc. ver-  
sic. Hæc quantum. Bartholom. de Cap.  
dicto loc. n. 10. ver. sic. in alijs casibus.*

8 Declara, hæc omnia procedere  
etiam hodie attenta nouella prag-  
matica edita in anno 1616. per quā  
mulier in antefato est vſufructuaria;  
quia ex quo vſufructarius præstat  
adoham, ergo, & ipsa mulier, quæ  
est plusquam vſufructuaria, ad quam  
pragmaticam sollemne, & erudi-  
tione refertum edidit *Commenta-  
riùm Ioannes Dominicus Tassonius  
olim Aduocatus ornatissimus, nunc  
M.C.V. in Ciuitibus Iudex meritissi-  
mus, & maiora promerens.*

9 Declara quartò, quod si mulier in  
feudo habet tantum habitationem,  
& de illo annuam pecuniam percipit,  
sed possessionem feudi habet  
agnatus, unc ipse agnatus præstabat  
adoham, num autem foemina, ita  
declara *Andr. Kobl. dicto loc. n. 127.*

10 Declara quintò, quod mulier prò  
feudo, quod tenet iure antefati, siuè  
legati per ben seruire, tenentur tâ-  
tum soluere adoham currentem, nō  
autem residuum adobarum præte-  
ritarum, prò vt sic fuit seruatum  
prò Magnifica Lucretia Arcamona  
vxore spectabilis Anibalis de Ca-  
pua, cui Lucretiæ Anibal prò suo an-  
tefato, & ben seruire legauit Terrā  
Fossacæ, & Torellæ; Et quia Per-  
ceptores volebant exigere residuum  
adohæ præteritæ, & debitæ per di-  
ctum Anibalem, fuit ordinatū, quod  
exigeret adoham currentem, nec eā  
molestaret prò præterito, *die 21. Ju-  
ly 1537. in Adobarum 7. fol. 11. &*  
exactum restituatur.



## ARGUMENTVM.

Vendito feudo, onus adohæ  
non solutæ, & de feudo præ-  
dicto debitæ an spectet ad  
emptorem, vel ad venditore;  
distinguitur quando vēditio  
facta est simpliciter, vel quā-  
do de adoha soluenda est cō-  
uentum, vel quando sciens,  
vel minori pretio quis eme-  
rit, vel cum pacto de retro-  
uendendo; Et quid de feudo  
retrouendito, siuè reempto.

## S V M M A R I A.

- 1 Emptor, an venditor soluat adobam de feudo vendito, distinguitur n. 3. 5.8. & seq.
- 2 Fiscus prò adoba habet iura inconcussa super feudo, non obstante venditione.
- 4 Adoba onus reale est, & à possessore feudi debetur.
- 5 Emptor, non autem venditor soluit adobam, nulla facta adoba mentione.
- 6 Seruitium personale spectat ad venditorem.
- 7 Seruitium ex feudo debetur loco conditionis.
- 9 Adoba de feudo vendito, debetur ab illo, qui illam sibi adsumpsit. Et quid si emptor solueret adobam venditori ut solueret Regia Curia sub n. eod.
- 10 Emens feudum sciens adobam non esse solutam, si minori pretio, tunc ipse soluet illam, secùs autem si ignorantè, & iusto pretio, quia habet repetitionem à venditore.
- 11 Venditor soluet adobam imponendā, stante conventione, vel minori pretio, & pacto de retrouendendo. Et quid in reemente, & retrouendente.
- 12 Et quid quando nihil est conuentuum inter emptorem, & venditorem.
- 13 Emptor feudi cum pacto de retrouendendo soluet adobam, iuxta taxam tempore contractus.
- 14 Cautela ponitur prò fisco in feudo vendito cum pacto de retrouendendo, vt liceat fisco exigere à possessore feudi.
- 15 Venditor reemens feudum soluit adobam iuxta taxam tempore, quo possebat, non obstante, quod sit alterata in persona emptoris.
- 16 Adoba superflue soluta, est reficienda soluenti.
- 17 Adoba integrè est soluenda de funtionibus fiscalibus concessis in feudum, non obstante alienatione partis illarum.
- 18 Nisi adoba dividatur pro rata quantitatis alienatae.

- 19 Retrouendens an reemens soluet adobam debendam.
- 20 Taxa adoba non immutatur per retrouenditionem, siue reemptionem.
- 21 Capitulum Imperatoris Caroli Quin ti super taxa adoba de feudis venditis cum pacto de retrouendendo refertur.
- 22 Capitulum predictum fuit ampliatum in alienatione necessaria.
- 23 Adoba à quo soluenda est, quando sunt venditi fructus feudi.
- 24 Adoba an deducatur à releuio in feudo vendito remissiæ, & distinguuntur n. seqq. 25.
- 26 Pretij paruitas quando faciat presumi feudum francum à seruitio suis feuditum.

## QVÆSTIO LVI.

- M**ouet quæstionem Iacob. de Ayell. de iur. adoba, n. 61. an emptor, vel venditor feudi teneatur præstare adobam non solutam, & remittit se ad Andr. de Isern. in cap. I. S. sed nec alia iustior, qua fuit prima causa benefic. amict. & propriè ipse Andr. mouet quæstionem n. 36. dicens, quod præsunt hæc scire, si vendantur feuda, vtrum emptor sit obligatus ad seruendum; sed interim vide nonnulla, quæ dico supra quest. 23. in fine.
- 2 In qua quæstione, præsupposito quod circa iura fisci prò exigendo adoba super feudo, illa sunt inconcussa, dum super feudo habeat realem actionem, vt supra dixi q. 7. & sic semper contrà feudi possessorem, cùm sit onus reale, vt annuit Andr. de Iser. dicto n. 36. & dicunt omnes DD. infra allegandi, & inferius pōnam clausulam solitam.
- 3 Quo posito, vt ad quæstionis decisionem deueniam, distinguo duo capita. Aut in venditione, siue assensu nihil de adoba præterita est dictum, ad quem spectet solutio, secundo

- 5 **cundò capite**, quando est dictum ad quem spectet solutio. Primo capite concludas, eò quod adohæ onus est reale, vt dicit Andr. in dicto §. sed nec alia iustior, & à possesso feudi exigenda, vt supra qu. 7. dixi, & qu. 44. concludas, quòd facta simplici vēditione, nulla facta mentione adohæ, ad quem spectat, tūc ab emptore esse præstandā, dicas ita Andr. de Iser. in dicto §. sed nec alia iustior, n. 36. versic. sed si est realis, dicens
- 6 quòd quando seruitium esset personale spectaret ad venditorem, si verò reale ad emptorem, prò vt est adoha, quando nulla facta esset reseruatio in venditione feudi de tali seruitio. *Marin. Frecc. de subfeud. auctoritate 5.n. 13.lib. 2.* dicens, esse
- 7 onus reale, non quòd feudum esset obligatum per seruitio, sed quòd seruitium sit loco condictionis, & condicet Dominus à feudi possesso. re, nisi seruitiū soluatur, *Ioseph Cum. in cap. si aliquem, in verb. Consueti seruij, n. 4.* dicens, emptorem cum.
- 8 Regio assensu teneri ad præstandū seruitium, non solum prò tempore, quo possidet, sed etiam prò tempore præterito, *Camill. de Curi. in suo disser. feudal fol. 42. col. 2. n. 68.*

Sed distingue, aut de adoha currenti, aut de adoha præterita, Primo casu tunc emptor soluit adohā à die, quo cœpit possessionem feudi empti, quando aliter non esset dicendum, & ita expediuntur prouisiones, vt alias dixi supra q. 23. vbi adduxi prouisiones Regiæ Cameræ ad instantiam Ferdinandi Venturæ erga Antonium Scaglione, & alias prouisiones Ioannis Antonij Lanarij emporis Ciuitatis Monderuini, vt soluant à die captæ possessionis, & alias similes prouisiones, ad instantiam Magnifici Iacobi de Bucchis prò adoha Terræ Castellucciarum, nam fuit reformata quantitas adoharum præteritarum, & fuit dictum

à die venditionis, & si captæ possessionis die 19. Augusti 1536. in Adobarum 7. fol. 37. s. in qua prouisione fuit adiecta post data, vt sequitur.

*Pigliarete ad manus Curiae tutte l'entrata di detta Terra quelle esigere, fin tanto sarete sodisfatto da detti residui, & fuit firmata dicta prouisione à Hyeronimo de Francisco locutenente, & à Francisco Reuertorio, & sic verificatur in praxi, quod Ego dixi in dicta quest. 23. n. 2.*

Secundò casu de adoha præterita, tunc vltrà ea, quæ dixi supra q. 33. dicas, quod adoha imposta tempore, quo possidebat venditor, debet solui ab ipso venditore, non autem ab emptore, prò vt ad instantiam Magnifici Francisci Caraccioli, qui emerat quædam Castra ab Ill. Duce Martinæ, & tempore, quo dictus Ill. Dux possidebat dicta Castra, fuit imposta quædam adoha, prætendebat fiscus, recta iuria, exigere illā ob ipso emptore, vti possessore, sed quia respectu contrahentiū, à quo sit soluenda adoha, non procedit conclusio in fauorem fisci recta via agendi, & quòd onera debent solui ab illo, qui possidebat, fuit ordinatū quòd Ill. Dux Martinæ solueret adoham impositam tempore, quo possidebat, die 15. Januarij 1526. in Adobarum 4. fol. 186. s.

9 Secundò capite, quando aliquid de adoha dictum est, tunc à quo reseruatum est, solui debetur, vt si à venditore, vel éptore *Marin. Frecc. dicto n. 13. circà medium*, dicens, esse soluendam ab emptore, quando aliter non est conuentum, *Ioseph Cum. dicto loc. n. 5.* Vel si emptor soluisset adoham venditori vt solueret Regiæ Curiæ, tunc emptor non est molestandus, sed erga venditorem dirigit gressus fiscus, nam vēditor non debet duplici onere gravari, prò vt fuit ordinatū ad instantiam Excellentis Emiliae Carrascomi.

Comitissæ Policastri , quæ emerat Terram Castrum Abbatis ab Ill. Principe Salerni cum pacto de retrouéndo , & soluit in posse dicti Ill. Principis vnam tâdam adohi vñque ad tertium Natalis, quòd pducta tali solutione, Perceptor exigat dictam tâdam à dicto Ill. Principe, & quòd non molestet dictam Excellentem Comitissam , die 23. Iulij 1537. in Adobarum 7. fol. 116.

10 Declara primò supradicta in primo capite, si emptor emisset scïentèr vel ignorantèr, vel iusto pretio, vel minori; vt quando scïentèr, tunc sibi imputet, si ignorantèr, tunc aut iusto prætio , vel minori ; si iusto prætio, tunc soluet emptor vñ possessor, sed repetit à venditore , ea ratione, quia emit iusto prætio , & ideò debebat vendere francum ab onore de præterito ; si minori prætio, vt quia tacitè habita fuit ratio de dicto onore non soluto , tunc emptor soluit sinè spe repetendi à venditore , ità concludunt Marin. Frecc. dictio n. 13. verfc. Possessor tamen repetit ab alienante , quia debebat certiorare ementem, qui si certioratus , aliás non emisset tanto prætio, sed viliori.

11 Si verò feudum venderetur cùm pacto de retrouendendo, tunc si est appositum pactum , quòd venditor soluat adoham , quando contingit imponi , tunc soluet ipse venditor Sygismund. Loffred. parapbras feudal. ad Andr. in cap. 1. de controversi. feud. int̄ me, & Dominum , & tunc feuda venduntur minori pretio , aliás si maiori venderentur, dicit Loffredus dicto loc. quòd erit contractus contrà tex. in cap. illo vos, de pignoribus , quia si venditur feendum , debent considerari in dicta venditione onera seruitij militaris , & sic adohæ, & relevij , & alię obligatio- nes, ad quas Vassallus ipse teneretur ratione feudi, vt dixi supra dicta q.

23. num. 3. in adoha Terræ Apicij venditæ cùm pacto de retrouendendo , & iterum in adoha Terræ Cruponi venditæ Petro Antonio Ferraro .

12 Aut nihil est conuentum de soluenda adoha cùm pacto de retrouendendo, & tunc quia emptor dicitur feudi possessor , & minori prætio emit, tunc ipse emptor tenetur soluere adoham , nō autem venditor , prò vt sic fuit ordinatū die 13. May 1536. in litterarum Adohæ 7. fol. 28. quòd Tesaurarius Calabriæ Ultra exigeret adoham à Magnifico Gabriele Imperato prò quibuldā introitibus feudalibus super baulatione, & alijs de Ciuitate Balcastri sibi venditis à Comitissa dictæ Ciuitatis .

13 Sed ad quam taxam soluet emptor, an ad taxam antiquam, vel nouam, putà si tempore pacti de retrouendendo erat vna taxa , & hodiè de nouo sint taxata feuda, dicas, ex quo illę leges sunt feruandę , quo vigebant tempore contractus, ideò debet soluere adoham debitam tēpore contractus , aliás non contraxisset emptor , & sic iuxta taxam antiquam, nō autem nouam soluere debet emptor cum pacto de retrouendendo , pro vt sic vidi non nullas prouisiones , & signanter ad instantiā Ill. Andreæ de Auria Principis Melphiæ, ex quo tenebat feendum cum pacto de retrouendendo, quòd soluatur iuxta taxā antiquam, non autem iuxta taxam nouam , & sic fuit mandatum Perceptoris Basilikæ, die 1. Februario 1537. lib. 7. adohar. fol. 67. & 1. & fol. 68. cod. lib.

Sic etiam fuit ordinatū ad instatiā Excellentis Cicchi de Loffredo Præsidentis Sacri Conf. vt prò introitibus feudalibus Grichtæ Minardæ, & alijs introitibus feudalibus sibi venditis à Lanzilao de Aquino Marchione Vasti , & Qua- ratæ

ratæ soluerentur tantum anni ducati 63. & gra. 14. taxæ antiquæ, ut in *Adobarum* 7. fol. 85. n. 86.

14 Cautiūs tamen ut agatur inter istos anfractus venditionū, vel alienationum feudorū, quādō apponuntur pacta tāgentia solutionem adohæ, ut fiat ab emptore, vel à venditore, ut tām in assensu, quā in prouisionibus ad instantiam vnius ex eis, vel emptoris, vel venditoris, ut sēper apponatur clausula, citrā tamen præjudicium Regiæ Curiæ exigendi adoham à possesso feudi, prò vt sic vidi prouisiones expeditas a Regia Camera ad instantiam Fabritij Carrielli de Nuceria Paganorū prò feudo dicto lo Dragho, die 15. Maij 1603. In *Adobarum* 20. fol. 213. nam mediante Regio assensu fuit venditum dictum feudum franchum ab adoho, & quando fuerunt expeditæ prouisiones Perceptoris Principatus Citrā prò exigendo adoho ab ipso venditore, fuit apposita dicta clausula, Citrā ad præjudicium Regiæ Curiæ exigendi adoham à possesso feudi.

15 Vnum tamen aduerto, quod, & si taxa adohæ alteraretur in persona emptoris cum pacto de retrouendendo, tamen si postea feudum retrouédetur vero Domino, Dominus remens soluet adoham secundum taxam suam, non autem secundum taxam alteratam in persona emptoris cum pacto de retrouendendo, & sic taxa venditoris non alteratur prò vt sic per Reg. Cam. facta relatione in Collaterali Consilio, fuit decisum quod licet fiat taxa noua in persona tenentium feuda cum pacto de retrouendendo, tamen non per hoc alteretur taxa antiquorū Dominorum, qui nec teneantur soluere secundum nouam taxam factam in persona nouorum emptorum cum pacto de retrouendendo, sed secundum eorum antiquam taxam die 13. Iulij 1526. in notamentorum Reg. Cam.

16 Quid autem si vēditor, vel emp̄tor prò dicto feudo soluisset superfluum prò adohæ, putā centum, & adoha esset quinquaginta, dicas ex supradictis, quod est reficienda, & soluenda quantitas superflua soluta ipsi soluenti, prò vt fuit ordinatum ad instantiam Martij Conti prò Terra Pratæ, & S. Mariæ in Grisone, die 18. Januarij 1601. in *Adobarum* 10. fol. 104.

17 Quid autem si esset concessæ in feudum functiones fiscales, vel anni introitus super iure Regiæ Curiæ, si deinde concessionarius vendoreret, & alienaret aliquam partem dictorum introituum, an adoha diminueretur etiam prò rata, dicas, quod hæc diuisio, siue diminutio non debet nocere Domino Regi, quin integrum adoham exigat à primo concessionario alienante, quia in Domini præjudicium non possunt diuidi, ideo tota adoha exigitur ab illo, p;ò vt sic fuit ordinatum per Regiam Cameram die 12. Iunij 1536. in lib. *Adobarum* 7. fol. 33. nam Magnifica D. Ioāna Cantelma possebat in feudum annuos 350. de quibus alienauerat annuos ducat. 40. Magnifica Frigulæ de Alexander, quo anno fuit impositum donarium ducatorum . . . . & prò rata dictorum ducatorum 350. spectabant in dicto anno ducati 91. 4. 7. : prò dicto adohæ inclusa rata adohi dicatorū ducatorū 40. qui erat 10. 2. 10. fuit ordinatum, quod exigerentur integri duc. 91. 4. 7. etiam inclusa dicta rata dictorum ducatorū 40. alienatorum, prò vt appareret ex dictis litteris Reg. Cam. videoas infr. q. 59. sub. n. 15.

18 Ideo sint cauti venditores, ut statim faciant deduci taxam adohæ prò quantitate vendita à quantitate prima poenes venditorem retenta, ut fuit seruatum inter Ill. D. Isabellam Columnam, & Magnificum Suardinum de Suardis, nam dicta D. Isabella,

bella uti hæres III. Prosperi, & Vespiiani Colunæ possidebat in feudum annuos ducatos . . . super passu Garigliani, ex quibus dicti III. Domini concesserunt annuos ducatos . . . in feudum dicto Magn. Suardino, & fuit ordinatum, quod facta diuisione similiter diuisim prò rata exigeretur adohum, die 28. Iulij 1536. In Adobarum 7 fol. 34.

- 19 Quid autem in feudo reempto, an onus adohæ non solutæ spectet ad retrouendentem, vel ad recinem-  
tem: Hanc quæstionem mouet Mar-  
tin. Frecc. de subfeud. lib. 2. tit. de au-  
toritate Baronum, auctoritate 5. nu.  
20. per totam intercapidinem nu-  
meri, discurrens an tale feudum sic  
nouum, vel antiquum, & tandem in  
fine dicti numeri paulò suprà versic.  
*vtrisque igitur casu*, concludit ser-  
20 uitium non immutari, prò vt erat ab  
antiquo per ipsam reemptionem; si  
ergo non debet immutari, conse-  
quens est clarum, vt soluat seruitū  
secundū taxam antiquam, dixi *su-  
pra quæst.*, 32. circā finem, sed quod ad  
solutionem adohæ retineas termi-  
nos supra notatos, vt pro tempore,  
quo possedit retrouendens soluat,  
licet fiscus exigat ab ipso reemente,  
vti possessore, tamen reperet ipse  
reemptor ab ipso retrouendente,  
qui non soluit.  
21 Quæ omnia sic discussa per iuris  
terminos fuerunt stabilita per Capi-  
tulum decimum in ordine fol. 104.  
tergo particulariter concessum per  
Cesaream Maiestatem die 22. Mar-  
tij 1537. Cuius tenor talis est.

*Capitulum concessum fidelissima Ciuitati  
Neapolis, & Regno sub data in Ca-  
stello nouo huius Ciuitatis die  
22. Martij 1537.*

*T*em perche alcuni Baroni del Regno  
hanno alienati feudi, & entrate feu-  
dali, e Castelle libere, & in perpetuā,

& alcuni con pacto de retrouendendo,  
& l'adoba di detti feudi si troua tassa-  
ta secondo la tassa antiqua, & la Re-  
gia Camera della Sommaria preter de-  
far noua tassa, e secondo la noua tassa  
costringere li comperaturi ad pagare  
l'adoba; Et tanto in detti feudi, &  
in trate feudali alienate, quanto in quelle,  
che da cqua auante si alienaranno tra  
Baroni, & feudatarij, Vostra Maeſtā  
farà gratia mandare, che non s'immo-  
ua tassa alcuna ma che s'esiga la taf-  
sa antiqua, secondo la quale se paga-  
ua per li vendituri, seu venditore.  
Placet Cæſareæ, & Catholicæ Ma-  
iestati, vt in alienationibus feudorū  
deinceps nulla sit differentia in exti-  
matione adohæ per venditionem,  
seu aliam alienationem, & succe-  
sionem; sed idem ius seruetur; & ea-  
dem extimatio fiat in adoha, & casu  
prædicto venditionis, seu alienatio-  
nis, quæ seruatur, & fit in successio-  
ne, Ioannes Antōn. Palmerius prò  
Secretario.

Vigore cuius capituli fuit etiam  
ordinatum, quod Magnificus Nico-  
laus Maria de Summa emptor terra-  
rum Circelli, & Colle non solueret  
iuxta taxam nouam, sed iuxta taxā,  
qua fuit taxatus III. Marchio Monti-  
tis hærculis venditor, prò vt appareat  
ex prouisionibus die 22. Junij 1537.  
fol. 110. Adobar. 7. Sic etiam fuit per  
Reg. Cam. decisum referente Domi-  
no Brancaleone, quod Ioannes Be-  
rardinus Carapha emptor feudi vul-  
gò de Sancto Vito non soluat secun-  
dum taxam nouam, sed vigore dicti  
capituli soluat iuxta taxam antiquā  
suorum prædecessorum die 29. Octo-  
bris 1543.

- 22 Quod Capitulum fuit poste à de-  
claratum habere locum non solum  
in alienatione voluntaria simpli-  
ci, vel cum pacto de retrouenden-  
do, sed etiam in alienatione necesse-  
aria, puta in adjudicatione median-  
te sententia iudicis, nam in anno

1537. Magnificis Petro Vmbriano, Scipioni de Afflito, & alijs, fuerunt, mediante sententia Regiæ Cameræ adiudicatæ annuæ quantitates introituum feudalium terræ Morconi, vti creditoribus Comitis dictæ terræ, à quibus prætendebat Commissarius dictæ Prouincie terræ Laboris, & Comitatus Molisij exigere adohum iuxta taxam tunc de novo factam, de qua exactione grauati supradicti creditores, adducentes Capitulū prædictū, fuit ordinatum, quod adoha exigatur iuxta taxam antiquam, die 22. Iunij 1537. vt in Adobarum 7. fol. 111. Verum in calce dictæ provisionis fuit appositum postdatum. Esigeriti, vt supra, salua la decisio ne dictæ Regiæ Cameræ, si debeant soluere iuxta taxam antiquam, vel taxam nouam. Datum &c.

Et licet non reperi decisionem, sic indicaram, tamen in alia causa fuit deciſum, quod exigatur iuxta taxam antiquam, vt in causa Magnifici V. n. D. Marini de Magistro iudice Fisci Patrono cum Magnificis Nicandro Mont' Aquila, & Isaia bellai de Bastarijs super adoha debēda prò Terra Cameli in Prouincia Cognitatus Molisij, vendita dicto Magnifico Marino cum pacto de retrouendendo quandocumque, fuit per Regiam Camerā interpositum decretum tenoris seq. v3. Die 17. men. Octobris super factō totius iuris adohæ, terræ Camelorum, Visis Cædularijs antiquis, & modernis Regiæ Cameræ Summariae de taxa adohæ prò Regijs donatiuis, & præsertim ultimo; Nec non considerato Instrumento emptionis dictæ terræ factæ per Magnificum Vtr. I. D. Marinum Magistri Iudicis Regij fisci Patronum, & modernum possessorem terræ prædictæ cum pacto de retrouendendo quandocumque, apparet, quod ta-

xa antiqua dictæ terræ Camelorum, deducta rata vassallorum, erat, & est ducatorum undecim, tareni unus, & granorum quinque; Et considerata clausula adducta in dictis donatiuis, quod de feudis, quæ tenentur cum pacto de retrouendendo soluatur secundum taxam antiquam, & alijs rationibus in Banca discussis, fuit consensu prouisum, quod exigatur ius adohæ per dicta terra Camelorum secundum taxam antiquam prò donatiuis ad rationem ducatorum 11. 1. 5. hoc suum &c. consensu Bernardus Morera, & ita fuit ordinatum die 23. Septembris 1527. in Adob. 7. fol. 133.

23 Sed an adoha beat deduci à releuio, si feendum fuerit emptum cū pacto, vt venditor, nō autem emptor solueret, & hæres non fuisse adoham, vide quæ dico de iur.

releuij parte secunda quæst. 16. n. 24. verific. sed quid si adoha, & vide intreia Regentem Anibalem Moles in suis decisionibus manuscriptis, sub tit. de Iur. releuiorum, decif. 11. distinguentem, quod si feendum fuisse

24 venditum francum cum pacto, vt venditor solueret, & fuisse imperatus Regius assensus, & tunc non sit deductio in fauorem ementis; Aut non fuit venditum francum, & tunc exigitur adoha ab ipso emptore; Et ideo debet fieri deductio in releuio, ad hoc vt liberetur feendum à dicto onere, prò vt latius dico ibi.

25 Quando autem ex quantitate prætij debet præsummi feendum fuisse venditum francum ab onere seruitij, vltra superius dicta, ad eas Andr. Kobol. de seruit. feudal. parte prima tit. qui seruire teneantur nū. 21. cum seq. de quo vide supra quæst.

26 Quid autem si essent venditi fructus feudi, à quo debet solui adoha, vide quæ scripsi de Iur rel. p. 4

quest. 8. & nonnulla alia ad hanc  
quest. facientia, vide infr. quest. 42.



## ARGVMENTVM.

Adoha an debit solui ab vsufructuario, vel à proprietario feudi, & ad vsufructuarium spectare concluditur, sic etiā Collectæ tributa. Et alia onera realia.

## S V M M A R I A.

- 1 *Vsufructarius an teneatur soluere adoham, an proprietarius, & affirmatur nu. 3. quod vsufructarius soluet, & sub n. 4. & 5.*
- 2 *Vsufructarius non tenetur soluere onera proprietatis.*
- 4 *Vsufructarius petit adiutorium à vassallis, in quibus habet vsufructum.*
- 5 *Vsufructarius tenetur ad onera realia feudi, non autem personalia.*
- 6 *Vsufructarius soluit onus debitum prò iure iam habito, secūs prò iure habendo.*
- 7 *Vsufructarius tenetur soluere etiā Collectas, & tributa feudi.*

## Q V A E S T O L V I I .

- 1 **S** Vpposito, quod super feudo possit constitui vsufructus mediante alio domini, & unus in feudo habeat utile dominium, alias autem percipiat fructus, & sic sit vsufructarius, tunc adoha, à quoniam venit soluenda, an ab ipso proprietario, 1. ab illo, qui habet utile dominium feudi absque fructuum perceptione, an vero ab vsu-

fructuario, qui habet fructuum perceptionem, & licet iniustis rationibus videatur tenere *Ioannes Baptista Bilocta allegat. 2. num. 4. ad 8. vt nō teneatur vsufructarius ad ad oham, quoniam, & si adoha dicatur præstari de fructibus feudi, hoc ideo est, quia in eius taxatione valor feudi, qui ex illius fructibus aextimatur, considerari debet, non autem quod prò fructibus aextimatur, considerari debet, sed, quod prò fructibus soluatur, ex auctoritate *Andr. de Iser.**

- 2 *Insuper Vsufructarius non tenetur ad oneras, quæ tendunt ad conservationem rei, & perpetuam utilitatem, prò vt est adoha, ex auctoritate *Math. Affl. decis. 252. n. 2.* hæc discurrit *Ioannes Baptista Bilocta ibi.**
- 3 *Quibus tamen non obstantibus, verior est sententiam, vt solutio adoha spectet ad vsufructuarium, non autem ad proprietarium, 1. ad vasalum, qui habet utile dominium, & sic vsufructarius soluat, prò vt sic docuere *Andr. de Iser. in Conf. Quamplurium, versic. in contrarium quando iudicetur; Fab. de Anna conf. 3. n. 39.* dicens, quod in tantum est verum, vt vsufructarius soluet adoham, quod etiā vsufructarius ipse potest petere adiutorium, ex dicta Constitutione Quamplurium prò seruitio; & sic adoha soluenda Regi, *Anton. Capyc. decis. 184. n. 3. Glöss. Paris. tit. 1. §. 22. n. 156.* tradens adoham, onus relictorum, & alia onera realia debenda ex feudo speclare ad vsufructuarium, non autem onera personalia, *Henrich. à Rosent. de feud. cap. 8. conclus. 5. n. 2.* dicens, quod qui, iure permicente, habet vsufructum in feudo, interitin, eo durante, seruitia exhibere compellitur, quia dicit *Camill. de Medic. conf. 18. n. 16. & seq.* quod semper, quod aliquod onus soluitur*

- uitur prò iure iam habito , debet soluere ille, qui percipit fructus, scilicet autem quando soluitur prò iure habendo, quia tunc à proprietario soluitur , & per alias rationes, quas in casu releuij adduco *Egomet.in tract. releuij p.4 q.13.* per totam, vbi probo etiam onus releuij spectare ad vsufructuarium , non autem ad proprietarium .
- 7 Declara secundò, vt non solum vsufructuarius teneatur ad adoham, & releuiū, sed etiam ad Collectas , tributa , & alia onera , quæ impo-nuntur rei , super qua habet usum-fructum , vt post multos DD. dicit *Henrich. à Rosenthal. cap. 8. conclus. 3. n. 2. & in Glossell.B.*



## ARGUMENTVM.

**Conductor feudi**, an teneatur soluere adoham, distinguitur de conductore ad longum tempus, vel ad modicum ; Et quando adoha debetur de corpore feudi , & quando de fructibus feudi; Et an sibi debet solui à subfeudatarijs, vel Baroni affictanti, refertur *Fabij de Anna Consilium.*

## S V M M A R I A.

- 1 **Conductor feudi** an teneatur soluere adoham , distinguitur an sit conductor ad longum tempus , & decisio refertur .
- 2 **Locator feudi** ad modicum tempus tenetur soluere adoham , quando illa debetur ex corpore feudi .
- 3 **Conductor feudi** ad modicum tempus

tenetur soluere adoham debitam ex fructibus feudi .

- 4 **Conductor feudi** ad modicum tempus , adstrictus ad soluendam adoham , potest illam retinere de pensione .

## Q VAE S T I O LVIII.

**C**ircà conductorē , siue affictatorem feudi, dupliciter potest dubitari de adoha. Primò an ipse teneatur soluere illā , vel Barolocans feudum. Secundò an subfeudatarij debeant soluere adoham conductori, siue affictatori , vel Baroni .

Circà primū certi juris est, quòd affictator vti possessor feudi , & percipliens fructus de feudo , debet soluere adoham , nisi aliud conuentū esset , quia adoha debetur de fructibus , & ex quota fructuum feudi , maximè quando conductor est longi temporis, putà decem annorum , tunc fuit decisum in Regia Camera quòd ipse tenetur soluere adoham , prò vt sic refert *Jacob. Ayell. de iure adobæn. 59.*

Sed quid in dubio, quandò facta esset locatio ad minus tempus, putà ad triennium, vel biennium, quo tempore non videtur quodammodo alienatio, sicut ad decennium , tunc distingue , aut adoha debetur de feudo locato , & sic de eius corpore , & tunc locator tenetur. Aut

3 debetur ratione fructuum , & sic ex fructibus , & tunc ad conductorem, ita consuluerunt *Alex. conf. 4. col. primo vol. 5. Bartholom Socc. conf. 217. col. prima, & secundò vol. 2. Petr. de*

4 *Greg. de concess. feud parte 8. q. 3. n. 7.* sed licet ipse conductor possit adstringi ad adoham, tamē sibi potest illam retinere de pensionibus futuris , vt post *Blasc. Lanc. in cap. Volentes, q. 16. n. 11. tenet Gars. Mastril. in addit. ad Petr. de Greg. d. loc. in Cc 2 verb.*

verb. *Conductor*, litter. C. Ioseph Cum. in dicto cap. si aliquem, in verb. *Con-sueti seruitū*, n. 9. Andr. Kobol de seruit. *feudal.* p. p. tit. qui seruire tenentur n. 83. & n. 122.

Circā secundum, extat celebre consilium tertium Fabij de Anna, cuius tenor talis est.



## ARGUMENTVM.

Adhoa, quæ à subfeudatarijs præstatur, an competat conductori status, vel debeatur locatori, ut illa Regi soluatur. Pro Excellentissimo Principe Bisiniani.

## S V M M A R I A.

- 1 Adhoa est seruitium, quod pro Feudo præstatur.
- 2 Vassallus in Regno tenetur seruire pro uno Feudo tempore belli personaliter, tribus mensibus cum tribus equis, & num. 3.
- 3 Feuda dantur in Regno valoris annuatim viginti unciam pro uno seruitio militare.
- 4 Feudatary in Regno non tenentur seruire ultra tempus trium mensū proprijs expensis.
- 5 Tres menses, à quo tempore currant.
- 6 Adboamentum in pecunia soluuntur plerunque pro seruitio personali, & qualis sit solutio num. 7.
- 8 Seruitium in Feudis planis, & de tabula quomodo fiat.
- 9 Adhoa unde dicatur, & num. 11.
- 10 Adhoa dicitur militare seruitium, & num. 3.
- 12 Adhoa est seruitium personale, sive loco ipsius subrogata.
- 13 Adboa prestatre nō tenetur, qui pro feudo soluit pecuniarium seruitiū.

- 14 Subrogatum sapit naturā subrogati.
- 15 Rex in Regno potest cogere Vassallū ad seruitium personale.
- 16 Adhoa sicut est seruitium militare, & personale respectu Regis, sic etiā est respectu Baronis quoad subfeudatarios.
- 17 Adboa, quæ Baroni debetur, subuitur per ipsum Regi.
- 18 Adha soluenda onus pertinet ad dominum, non ad conductorem.
- 19 Adhoa est onus Feudi, quod soluitur ratione utilis dominij, & num. 21.
- 20 Seruitium est onus rei Feudalis.
- 22 Inuestiture concedenda potestas pertinet ad dominum, non ad conductorem, & idē in renouatione n. 23.
- 24 Vusufructuarius plus iuris habet, quā conductor.
- 25 Ius inuestiendi est ius dominicale.
- 26 Adboa debetur ratione expensarum, quas dominus facit in bello.
- 27 Rex solum habet potestatem indicendi bellum.
- 28 Inferior Principe indicens Bellum, incidit in crimen laſe maiestatis.
- 29 Seruitium eorum, & hominum armatorum est seruitium militare.
- 31 Iure presentādi in ure patronatus nō transfertur in conductorem ad modum tempus.
- 32 Adiutorium debetur domino, nō autem usufructuario, vel illi, qui tenet Feudum in pignus.
- 33 Dominus superior non potest vassallum vassalli sui compellere ad fibi prestandum seruitia.
- 34 Vassallus primus requisitus pro seruitio à domino superiore, poterit requirere suum secundum Vassallū ad hoc ut cum ipsius iuuamine possit seruire suo domino.
- 35 Laudemū pertinet ad usufructuarium, non autem ad proprietarium idem in reuersio num. 36. & quod cōductore n. 37. ratio ponitur n. 38.
- 39 Vusufructuarius soluit adboam, & ad ipsum pertinet adiutorium pro seruitio faciendo domino.

Argu-

- 40 Argumentum de venditione ad locationem valet, quando non adegit diversa ratio.
- 41 Seruitia personalia an veniant in locatione.
- 42 Operæ, licet iubente illo, cui debentur possint alicui præstari, non tamen procedit in operis obsequialibus.
- 43 Operæ obsequiales non sunt verè operæ.
- 44 Operæ consistentes in facto inseparabiles à persona domini, nō possunt alteri, ipso mandante, præstari, secus si consistat in facto ab ipsis persona separabili.
- 45 Operæ officiales, quæ sint.
- 47 Operæ artificiales sive fabriles, quæ dicantur, & num. 48. & 49.
- 50 Operæ artificiales alteri delegari possunt, & num. 54.
- 51 Operæ diuersimodè à Doctorib. dissimiluntur, & nu. 52.
- 53 Iacobi Cuiarij opinio explosa.
- 55 Seruitia vassallorum an alijs delegari possint, & nu. 57.
- 56 Operæ vassallorum obsequiales, militares, & officiales reperiuntur.
- 58 Militia pro officio accipitur, & dicitur persona cohædere.
- 59 Seruitium Feudale est munus obsequij clientelaris, & est idem, quod obsequium, & officium.
- 60 Causæ commissarius officiosus, & peritissimus commendatur.

## CONSILIVM III.

**B**isiniani Princeps plures habet subfeudatarios, qui adhoam soluunt, ipseque Princeps Regi supremo Domino pro feudis, quæ tenet, seruitium præstat, Statu locauit, Cōductor petit à subfeudatariis adhoam, tanquam sub locatione cōtentam: At Princeps negat, dicens illam sibi esse reseruatam, vt Regi à se præstari possit, Quæritur quid lūris?

Ego, qui Principis partes susti-

neo, & pro viribus tueor, infra scripta in medium adduci posse consideravi, ex quibus liquidò constabit à Consultissimo Consiliario, mihi que multis nominibus obseruando, pro illo esse iudicandum.

Et in primis, vt rem, de qua agitur, initio repetam, Prænotandum, 1 est adhoam (vt vulgo in Regno appellamus) esse idem, quod seruitium pro feudo præstandum, si quidem vassalus tenetur pro uno feudo seruire tempore belli personaliter tribus mensibus suis expensis cū certis 2 equis, & armis Andr. in c. 1. n. 4. vers. & secundum usum, quis dica. Dux, & in c. 1. S. sed nec alia iustior nu. 42. in fine, quæ sit prima caus. benef. amitt. Et idē Andr. clarius explicat in cap. 1. num. 14. vers. ac in Regno Sicilia de cap. qui Cūr. vend. vbi dicit, quod in Regno Siciliæ dantur feuda 3 valoris annuatim 10. vnciarum prò uno seruitio militare vt seruat vassalus, quando est guerra in Regno, Domino Regi de persona sua cum tribus equis tribus mensibus in anno, sicq; declarat Andr. ibi: id, quod non dixerat alijs in locis supra citatis, quod equi sunt tres, & quod pro quibuslibet 20. vncijs teneatur seruire in tribus equis tribus mensibus, à quibus non dissentit Idem Andr. in c. 2. ante nu. 2. vers. Item procedit de vass. decr. etatis, & in c. 1. S. huius autem generis nu. 6. ex qui caus. feud. amitt.

Idq; etiam colligitur ex cap. Regni Incipiente, Item statuimus, quod Comites, & Barones num. 110. vbi feudatarij non tenentur seruire proprijs expensis ultra tempus trium mensium, Idē expresse tradit Capic. in c. Imperialem de prohib. feud. alien. per Feder. col. 250. in paruis vers. quod autem sit hoc seruitium.

A quo autem tempore currant illi tres menses, Andr. dicit, quod à die monstræ in const. Regni hostici

5 exceptionem col. 3. Aliud tamen dicit Lucas in d. cap. Item statuimus, quod Comites, & Barones, de quo per Frecciam de subfeud. lib. 2. in 5. auctoritate Bar. nu. 13. in fine fol. 199. & in 19. diff. feudi quaternati, & Plani, & de tabula fol. 241. num. 25.

Prò hoc seruitio personali plerūque soluitur adhoamentū in pecunia Andr. in ca. 1. num. 13. de cap. qui cur. vend. & vt tradit idem Andr. in d. cap. 1. num. 4. in fine quis dica. dux, quando personaliter vassallus non vadit, soluit pecuniam pro seruitio ex causa, Nam Dominus non compelleretur recipere aliud pro alio, 7 nec feudatarius soluere, Et quando pecunia soluitur pro seruitio tūc p quibuslibet 20. vncijs datur 10. vni. cæ, & dimidia p seruitio in Regno, & feudatario remanent nouem, & dimidia, quando est feudum cum vassallis, qui contribuant in eorum rata; Si verò sine vassallis, tunc seruitiū erit sex vnciæ, quia vassalli nō adsunt, qui contribuant; At si feudū cōsistat in pecunia, quinq; vnciæ, Ita egregiè declarat Andr. in d. cap. 1. in fine quis dica. dux. & in cap. Imperialem §. firmiter nu. 30. versic. Item videmus de probib. feud. alien. per Feder. Affict. in const. Regni sive vassallus à Domino nu. 19. versic. ult. quero, quando Rex, Capic. in sua Inuest. ver. feuda adhoant fol. 27. col. 2. Frecc. de subfeud. lib. 2. in 5. auctoritate Bar. n. 8. folio 198. & in 19 diff. feudi quater. & plani, & de tabula numero 23. folio 241. vbi etiā tradit, quòd in feudis planis, & de tabula tenetur vassallus seruire Baroni per 40. dies ad expensas, & equos Domini, per tex, in cap. Regni habuit subfeudatario rum, dicens se illud habere ad pennam, Affict. in d. cap. 1. §. sed nec alia iusfor. col. 4. num. 25. & in cap. 1. similiiter in princ. de c. Corr. tradit hoc idē Cumias in cap. Siciliae, si aliquem ver. seruity consueti num. 20. pag. 170.

Dicta autem est hęc solutio, ad hoa, ab adhunamento, quando enim feudū non valebat 20. vncijs, vel quando plures erat hæredes, & feudum diuidebatur, adhunabant se plures feudatarij pro constituen do vno milite, vel pro soluenda pecunia loco ipsius, & hoc solutū per combinatos, & adunatos, siue cōiunctos, & associatos dicitur adoha, vel adohamentum ab illusione vocabuli. Ita declarat Andr. in cap. 1. n. 9. de contro. feu. apud par. termin. & in cap. 1. num. 13. de cap. Corradi, Capic. in sua Inuest. fo. 27. col. 2. Camer. in cap. Imperialem fol. 92. col. 1. & 2. de probib. feud. alienat. per Feder. & de adhoa meminit etiam Tiraq. in tract. 10 primog. q. 74. num. 1. dicens quod adoha in Regno Neapolitano dicitur militare seruitium, quod in Gallia arriebar appellatur.

Adeò autem res processit, vt etiā solutio, quæ sit per vnum pro vno feudo, dicatur adoha, quia omnes 11 Regni feudatarij coadunantur ad illam soluendam, vt in specie declarat Capic. in d. Inuest. loco iam citato.

Ex istis, vt opinor, resolutio questionis pendere videtur. Pro cuius decisione, quòd Adoha nō transeat in conductorē.

Primò moueor, Adoha est seruitiū personale siue loco ipsius subrogata, colligitur ex omnibus locis Andreæ supra citatis, & quòd sit loco ipsius subrogata, in specie tradit Camer. in d. cap. Imperialem fol. 92. col. 2. lit H, allegat Andr. in d. cap. 1. §. buius autem generis, dicentem, quòd 13 quando quis non tenetur seruire, nō tenetur præstare adoham. & infert Camer. quòd quādo pro feudo esset præstādum seruitium pecuniarium, adoha non præstaretur, quia subrogatur loco personalis, allegat glof. Aluar. & Alexandrin. in cap. 1. §. fin. d. cap. qui cur. vend. Idem ultra ipsū tradit Iac. de Gello in tract. de Iure adoha

adobæ num. 17. & Ioannes Raynal. in  
24 compreb. feud. S. firmiter nu. 12. vers.  
quero quid si fuit concessum feudum  
fol. 99. & Amad. de Ponte in tract. de  
Laudemio q. 2. subrogatum aut sapit  
naturam eius, cui subrogatur. l. cum  
qui ita s. qui iniuriarū. ff. si quis cau.  
Sed conductori miles cum equis  
deberi non possunt, cum ipse non  
teneatur militare pro domino, ergo  
neq; ad ipsum pertinet adoha subro-  
gata loco seruitij personalis, & mi-  
litaris.

Secundò, Adoha, ut est dictum,  
est seruitium personale, siue ipsius  
loco subrogata, Imò adeò hoc est  
verum, ut Rex in Regno / quicquid  
25 sit de iure cōi feudorum) possit cogere  
feudatarium ad seruitium per-  
sonale, licet ipse vellet adoham in-  
pecunia soluere, quia aliud pro alio,  
inuito creditore, solui non potest. l.  
2. S. 1. ff. si cert. pet. Ita in specie tra-  
dit Andr. in cap. 1. S. fin. col. 2. ver. sc.  
cogit frequenter Curia Regis num. 14.  
de cap. qui cur. vend. Idem in d. cap. 1.  
in fine, ver. sc. & secundum usum Re-  
gni, quis dica. dux. & in c. 1. S. firmiter  
num. 52. de probib. feud. alien. per Fe-  
der. non dissentit Capiclus decis. 10. n.  
15. & decis. 32. num. 2. & sic poterit  
Rex cogere Principem Bisiniani ad  
præstandum seruitium personale,  
quo casu Iubuassalli ternerentur ei-  
dem personaliter seruire, cum, &  
Princeps possit cogere suos vassallos  
ad seruitium personale, ad hoc ut  
Regi totum, & integrum seruitium  
26 præstetur. Cūm enim est seruitium  
personale, & militare respectu Re-  
gis, erit etiam respectu Baronis, quod  
ad suos subfeudatarios, ergo sequi-  
tur, quod adhoa non potest com-  
prehendi sub locatione fructuum,  
quia potestas cogendi personaliter  
seruire, non competet, prout in  
Rege competere videtur.

Tertiò, Adoha est seruitiū, quod  
debitur Domino, Dominus conce-

dit Baroni potestatem sub inféudā-  
17 di, adoha pro subfeudis debetur  
Baroni, non ut Baroni remaneat,  
sed ut ex portione, quæ soluenda est  
per Baronem Regi, fiat ipsi Regi ser-  
uitium, ergo necessariò est dicendū  
non venire in afflictum id, quod Regi  
est debitum, & hæc ratio sicut legē-  
tipatet, sic etiam allegatione non  
eget.

Quartò, Onus soluendæ adohæ  
nō pertinet ad conductorem reddi-  
tuum, & fructuum, sed ad Dominū.

18 Alex. conf. 4. col. 2. lib. 5. Capic. in In-  
uest. fol. 29. Lipar. in add. ad And. in  
cap. 1. S. similiter in verbo adobamētā  
decap. Corr. ergo neq; ipsius utilitas  
pertinet ad ipsum per reg. secundum  
naturam, de reg. Iuris, & ratio est  
prompta, quia adoha est onus feudi,  
19 quod soluitur ratione vtilis Domi-  
nij, quod est pœnes feudatarium,  
sed in conductorem non transit vti-  
le dominium, ergo ad adoham non  
tenetur, licet adoha sit onus rei. Ita  
in specie Alex. d. conf. 4. col. 2. ver.  
minus etiam dicendum est: quod ser-  
uitium sit onus rei feudal, Andr. in  
20 in cap. 1. S. quid ergo nu. 6. de Inuest de  
re alien. fact. in cap. 1. col. 2 an agna.  
Et in const. si quis post litem, Frecc. de  
subfeud. lib. 2 in 25. limit. num. 75 fol.  
21 19. Cumias in ca. si aliquem ver. one-  
renu. 2. pag. 193. & ver. antiquis nu.  
466 pag. 436. qui etiā allegat alios  
Doctores siculos, quibus addo Cas-  
net. in eodem cap. si aliquem folio 254.  
num. 1. quamvis Camer. in d. cap. Im-  
perialem fol. 13. col. 1. & seq. latiūs, &  
forte ex suo capite in hac materia  
onerum distinxerit, à communi om-  
nium opinione recedens.

Quintò, adoha est onus feudi ra-  
tione vtilis Dominij, quod est pœnes  
feudatarium, ergo pertinet ad  
21 dominum feudi, qui vtile dominiū,  
& feudum concederit, non ad con-  
ductorem, pœnes quem non dici-  
tur feendum.

Sextò,

Sextò, In simili videmus, quòd inuestituræ facienda potestas pertinet ad Dominum, non autem ad **vslufructuarium**, *Guid. Pap. decis. 477.*  
**Bellonus conf. 6. nume. 17. Alciat. resp.**  
*688. num. 3. Menoch. conf. 66. nume*  
*39. lib. 1. (qui contrarium tenet in*  
*renouatione) Franc. Mar. decis. 605.*  
*par. 1. vbi tam quoad Inuestituram,*  
*quam quoad ipsius renouationem*  
**23** tenet cum prædictis, licet dicat  
 quòd dominus tenetur dare Lau-  
 demium **vslufructuario**, & tamen  
**vslufructarius** plus Iuris habet, quā  
**24** Conductor, & vt latissimè per mul-  
 ta Iura probat *Alex. d. conf. 4. in fine*  
*versic. ex prædictis vol. 5.* & faciunt  
 ea, quæ tradūt Docto. in *l. naturali-*  
*ter* *D. nihil commune ff. de acquir. poss.*  
 & ratio est, quia Ius inuestiendi est  
**25** ius Dominicale, quod nō transfe-  
 tur in **vslufructuariū**, vel conducto-  
 rem.

Septimò, adoha debetur ratio-  
 ne expensarum, quas dominus facit  
 in Bello, quia debetur, vt domino  
**26** fiat seruitium in militia, cum sit  
 seruitiam militare, vel ipsius loco  
 subrogata, vt pluries dictū est, Rex  
**27** tantum habet potestatem indicen-  
 di Bellum. *l. hostes 24. ff. de capr.* &  
*post lim. reuers. Andr. in cap. 11. num.*  
*5. hic fin. lex.* & in cap. 1. nu. 3. qui  
*mod. feu. am. Iodocus in sua pract. cri-*  
*mi cap. 82. n. 18.* & si inferior à Prin-  
**28** cipe indiceret Bellum, incideret in  
 crūnen Lēsę Maiestatis. *l. 3 ff. ad leg.*  
*Iul. maiest. Iacob. in sua Inuest. ver.*  
 & promiserunt eidem domino sub nu.  
**10.** & sic Princeps Bisiniani hanc  
 potestatem non habet. Ergo oportet  
 fateri, quòd adoha, siue seruitiū  
 præstandum per subuassallos, siue  
 subfeudatarios Principi Bisiniani,  
 sit præstandum ratione adiutorij in  
 Bello per Regem indicendo, cui  
 Regi, sicut Princeps immediatè ser-  
 uit, sic Principi, & per ipsius me-  
 dium Regi subfeudatarij Principis

seruire dicuntur, & tenentur si tales  
 subfeudatarij soluū adoham Prin-  
 cipi, vt inde fiat totum seruitium  
 per Principem Regi in Bello, sequi-  
 tur, quòd adoha debita per subfeu-  
 datarios Principi, est debita Regi  
 saltim mediatè, & si debita Regi,  
 non potest venire in locatione fru-  
 ctuum ipsius Principis, non enim  
 potest deberi Principi, vt Bellum  
 indicat, qui potestatem indicendi  
 non habet, sed Principi vt ei, qui  
 potestatem habet, prestat, post quā  
 debetur ratione, & ob causam mili-  
 tiae, & Belli, etenim seruitiū equo.  
**29** rum, & hominum armatorum est  
 seruitium militare, quia ab onere  
 ipsius militiae descendit, Ita tradit  
*Freccia de subfeud. in princ. num. 47.*  
*fol. 5. allegat Andr. in cap. 1. S. cura*  
*autem de contro. Inuest. & in cap. 1. S.*  
*buisus autē generis, ex qui cauf. feud.*  
*amit.* & sequitur *Cumia in cap. 56*  
*aliquem ver. seruity consueti num. 51.*  
*pag. 173.* talis etiam est adoha loco  
 equorum, & hominum subrogata,  
**30** & in specie, quòd adoha sit seruitiū  
 militare, tradit *Freccia lib. 2. in 5.*  
*auct. n. 8. f. 199. Iac. de Gello in tract.*  
*de iure adhoæ n. 91. Tiraq. de primog.*  
*q. 74. nu. 1.* & nouissimè *Amadeus de*  
*Ponte in tra. de laudemio. q. 2.*

Octauò, Probatur, quia licet ius  
 presentandi sit in fructu (quod est  
 soletius) non tamen transfertur in  
 conductorem ad modicum tempus.

*Castr. conf. 5. 57. venerabilis vir. vol. 1.*  
*Abb. post glos.* & alios in ca. ex literis  
 de *Iur. patr.* & ibidem Berous, Paulus  
*Picus in l. titia testamento S. titia cum*  
*nuberet num. 129.* & 130. ff. de leg. 2.  
*Lamber. in tract. de Iur. patr. lib. 1. 8.*  
*q. princ. 2. par. in 2. artic. fol. 140. Roc-*  
*cus Curt de Iur. patr. ver. ipse, vel. s. d*  
*qua num. 58. Felin. in cap. cum Bertol-*  
*dus col. pen. de reiudic. Beor. decis. 224.*  
*in fine D. Genitor sing. 594.* & Carro-  
 cius in tract. de locato nouissima adi-  
 tione titul. de Iur. patr. folio 242. nu.

2. vbi allegat prædictum singulare  
Domini Genitoris 594.

Nono facit, quia adiutoriū iuxta  
conf. Quamplurium, non debe-  
tur vſufructuario, sed domino, nec  
32 debetur ei, qui tenet in pignus feu-  
dum, Andr. ibi, qui ita firmat, & Ca-  
pic. in Inuest. fol. 27. Ergò tanto mi-  
nus debetur conductori adohæ.

Decimò, Licet Dominus supe-  
rior non possit vassallum vassalli sui  
compellere ad sibi præstandum ser-  
33 uitia, secundum Iacob. de Beluisio  
post' glosā, quæ ibi nihil determinat  
in c. I. S. fin. de controuer. Inuestit. in  
fin. vers. quarit glosa, dicens, quod  
glos. non intelligit se, Andr. ibi num.  
16. qui dicit, quod glos. nihil deter-  
minat, licet Bal. nu. 9. teneat contra-  
& cum eo Aluarotus nu. 5. dicens,  
quod glosa tenet hanc opinionem  
secundum iura hodierna, Mart. ta-  
men Laudensis num. 13. tener primā  
opinionem, & Curt. Iun. in tract.  
feud. par. 4. vers. aggredior primum in  
9. declaratione, licet inquam prima  
opinio esset vera, quod nunc non  
discutio, tamen esset etiam verissi-  
mum, quod primus vassallus requi-  
sus pro seruitio à domino superio-  
re sibique immediato, poterit requi-  
tere suum secundum vassallum, ad-  
hoc vt ipse præstare possit seruitia  
domino, cum iuuamine sui subuaf-  
fali, ita declarat egregiè Io. Rainal.  
in compreb. feud. ca. imperiale 5. il-  
lud. num. 7. quem refert, & sequitur  
Iacobinus in sua inuest. ver. itactiam  
num. 6. in medio, & in fine, & hanc  
opinionē nouiss. sequitur Nicolaus  
Mozzius in tract. feudorum tis de his,  
qui feud. dar. poss. nu. 27. pag. mihi.  
36. quibus etiam non aduersatur  
Henricus à Rosenthal. in tract. feu-  
dorum e. 8. conclef. 17. pag. 202. sed  
Adoha loco seruitij personalis, &  
militaris subrogata est, quam Baro-  
nes in Regno præstant, a Principe  
est soluenda Regi, & proinde cum

iuuamine sui subuaffalli, quod si ad  
conductorē pertineret, Principi  
iuuamen pro Regis seruitio adime-  
retur, ergò Principi, & non condu-  
ctori debetur.

Ex quibus, ni fallor, optimè fun-  
data esse videtur hæc, quam tueor,  
opinio.

Cui nō obstabūt, quæ ex aduer-  
so considerari possunt, nec quæ vir  
Doqiss. & oculatissimus obiecit ex  
tempore.

Primò, quod laudemium per-  
nit ad vſufructuarium, non autem  
ad proprietarium Oldrad. conf. 24.  
35 Paris de reintegr. feud. folio 99. Me-  
noch. conf. 66. lib. 1. Alcia. ref. 688. D.  
gen. fng. 298. Amad. de Pöt. de laud. q.  
20. Idem in Releuio tradūt dignissi-  
36 mus Dom. Préses de Frächis in decis.  
131. nu. 29. par. 1. & Frecc. in 3. au-  
ctoris. num. 5. fol. 183. & idem in cō-  
37 ductore tradunt Paris. loco iā citato  
cap. & quia Io. And. in add. ad Specul.  
de emphit. vers. 92. in fine, & Alciat.  
d. resp. 688. ergo idem in adhoa.

Respondeatur enim, quod diuersi  
sunt termini adohæ à laudemio, &  
Releuio, laudemium enim, & Re-  
38 leuiū sunt in fructu, & de fructibus  
debentur siue rei pretio: At adoha  
est seruitium personale, vt sup. di-  
ctum est, hinc præfati Doctores di-  
cunt, qnod, & si laudemiu debetur  
vſufructuario, tamen inuestiturā  
facere pertinet ad proprietarium.

Secundo Vſufructarius soluit  
adoham, Iser. in conf. quam pluri-  
um ver. in contrario, quando in-  
39 dicetur, & Capic. decis. 184. nu. 3. &  
ad ipsum etiam pertinet adiutoriū  
in vltimo casu constitutionis præ-  
dictæ prò seruitio Regini, ex quo  
ipse facit seruitium Regi, ergò ad  
ipsum pertinet utilitas adiutorij,  
Iser. ibi in vers. in vlt. autem casu per  
regulam l. secundum naturam ff. de  
reg. Iur. ergo idem in conductorē.

Sed respond. quod licet vſufru-  
ctarius.

Et uarius soluat adohā , & ei debeatur adiutoriū in casu seruitij , tamē secus est in conductore, nam ipse non soluit adoham , vt supra dictū est , nec ei debetur adiutorium à vassallis.

Tertiò , Dicebat vir dictissimus , quod in hac conductione per Principem facta , ad sunt verba , nil sibi reseruans , quæ sunt amplissima , ergo includunt adohæ solutionem . Sed Respōdetur , quod hæc clausula tollit tantū iura Principis , non iura Regis , quæ à Principe Regi præstātur , & à subfeudatarijs Principi , ve ad Regem deueniant .

Quartò , idem vir Politissimus dicebat , Quod vendito feudo per Principem , adoha subfeudi solueretur Domino ementi , ergo idem si Princeps locat , similis enim est locatio emptioni , & venditioni .

Sed clara erit Responsio , quod valet argumentum de venditione ad locationem , sicuti de similibus ad similia , quando non est diuersa ratio . Ita generaliter in argumento ducto à simili cumulat Euerardus in cent . locorum argum . loco à simili .

In casu nostro adeat satiſ diuersa ratio , adoha enim ad dominū pertinet , quia est seruitium , quod domino debetur , quæ ratio cessat in conductore , qui non habet iura dominicalia .

Quintò , Idē Dominus arguebat , quod seruitia personalia veniunt in locatione . Sed pro vera responsione est aduertendū , & vt res liqueat , considerandū , quod aut loquimur de seruitijs personalibus debit is à vassallis Burgensibus Baronī alicuius Castri , & hæc locari possunt per Baronem , aut de seruitijs debit is Regi per Baronem , & hæc non locat , nec vendit , nisi idē Rex . Quilibet enim est rei suæ moderator , & arbiter . l . in re mandata ff . mā-

dati . Et propterea vassallus locans fructus feudi , non videtur locare seruitium , quod sibi debetur , vt Domino directo ipse idem præstet , Et ita intelligenda sunt , quæ tradit Bart . per illum tex . in l . si non sortem s . Libertus num . 29 . et 30 . ff . de condit . indeb . ubi Alex . num . 20 . Ias . nu . 16 . & Iacobi . in inuest . tit . de Roidissen operis num . 1 . qui dicit , quod licet 42 operæ possint , iubente illo , cui debentur , alteri præstari , non tamen hoc procedit in operis obsequialibus , quæ coherent personæ Domini , vel patroni , allegat tex . in l . operæ in rerum ff . de operis libertorum , & quæ verè ( vt hoc illi addam ) non 43 sunt operæ , cum consistant in reuerentia , vt post Cynum , & alios declarat Bar . in d . s . Libertus nu . 16 . & 17 . & iterum nu . 21 . Rebuff . in l . secundum 70 . s . idem dicitur vers . notandum est tamen , de ver . signific . pag . 441 . & Zaf . sing . respons . lib . 1 . cap . 3 . num . 1 . 2 . & 3 . ubi de operis obsequialibus aliqua diligenter collegit , & idem , quod Iacobinus , & alij tradit etiam Alex . in l . in stipulationibus num . 40 . ff . de ver . oblig . & Bar . in l . liberti liberteq ; col . 4 . vers . Item dubitatur , quidam promisit num . 14 . C . de oper . libert . dicens , quod operæ 44 consistentes in facto inseparabili à persona domini , non possunt alteri , ipso mandante , præstari , secus quādo operæ consistunt in facto à persona separabili , vt in permittente scribere librum mihi , quia potest mandari , quod alteri scribat , allegat tex . in d . l . si non sortē s . libertus vers . sed si delegatus .

Et nedum operæ obsequiales ( quæ non sunt veræ operæ ) sed nec etiam officiales possunt alteri , quā ei , cui debentur præstari , sunt autē operæ officiales , quæ non in arte villa , vel certo exercitio , sed in Domino quibuscumque officijs adiuuando , & in ipsius , & præstantis persona .

sona consistunt, nec in alterius persona variationem recipiunt Tex. in d.l.operæ in rerum, ff. de operis libert. Exempla sunt in seruiendo in Camera, associando, seruiendo in mēsa, vel domino ægrotanti, filios ipsius doctis sermonibus erudiēdo, aliaq; similia efficiendo: tales sunt Obsonatores, Structores, Propinatores, Coqui, Pincernæ, Cubicularij, Præceptores, Caudatarij, Archiclini, & similes. Ita egregiè declarant Zaf. dict. lib. 1. sing. Resp. cap. 3. num. 6. & sequenti, *Hoc*lomanus in comm. ver. opera libertorum, Ronchegal. in l. 5. num. 11. ff. de duobus rēis, *Catrocious de locato* pagin. 100. num. 1. & pag. 271. conclus. 48. in nouissima editione; Rebuff. loco de quo supra in vers. officiales vero: *Doctissimus Franciscus Connarus commen Iur.civilis lib. 2. cap. 8.* Steph Bod. Io. Borcholthen, Jacobus Cuiacius, & Matthæus Vuesembecius in s. 1. inst. de acquis. per arrogat. Idē Vuesembecius in tit. ff. de oper. libert. num. 3. pag. 332. Alix etiam sunt 47 fabriles, vel artificiales, quæ in artificio consistunt, in quibus labor plus ad rem perficiendā, & ad opus ipsum, quam ad personale ministerium, aut personā dominii respicit, ut optimè declarant Zaf. loco titato num. 10. & seq. ubi docet fabriles ab artificialibus non differre. Connarus, & Vuesembecius ubi sup. Rebuff. esiam in vers. fabriles vero. Brissonius de ver. signific. lib. 13. ver. operis pag. 400. licet ibi incaute dicat 48 officiales esse, quæ obsequij ratione præstantar, quod verum non est, cùm officiales ab obsequialibus longè differant, vt Bar. Zaf. & Rebuff. rectè animaduertunt, exempla artificialium sunt, In Medico, Piætore, Fabro, Architecto, & similibus, hæc autem Fabriles, siue Artificiales alteri delegari possunt. d. l. 49 operæ in rerum. ubi tex. rectè distin-

guit inter officiales, & fabriles, & hoc etiā *Carrocious de locato*. d. pag. 271. conclus. 48. & latius pag. 100 q. 17. num. 8. & seq. & latissimè Zafius. d. cap. 3. singul. intell. quamuis non ignorem Bar. post antiquiores, quos retulit nu. 16. & seq. in d. s. libertus, & ibidem Alex. num 6. & alios, nec non Bal. in d. l. liberti libertęque col. 2. & seq. C. de oper. libert. diuersas operarum distinctiones retulisse, & inter alios fuisse quoddā, qui inter artificiales, & fabriles differentiā constituant, quos Zafius loco iam sepius citato rectè confutavit, qui idē tenuit in eodem s. libertus num. 17. ver. in artificio sunt, pag. mibi 64. Nec recipiendus etiam videtur *Iacobus Cuiacius lib. 17. obser. cap. 14.* qui solus à prædictis debians, dicere videtur, quod officiales etiam in artificio consistere possunt.

Ex his liquidò constat operas obsequiales (quæ operæ verè non sūt) 54 alijs delegari non posse, nec etiam officiales, secus autem erit in artificialibus, siue fabrilibus. An autem 55 operæ, siue seruitia vassallorū, quæ dominis debentur, possint alijs delegari. Ego teneo non polse, quia talia seruitia, non artificialium sed officialium operarum vicem gerunt. & ratione feudi debentur, & ita in specie tradit Zafius omnino legēdus in d. s. Libertus nu. 18. ver. edēda pag. 65. nee dissentit idem Zafius in dict. cap. 3. sing. resp. num. 94. ubi ex n. 89. 56 de oneribus vassallorum obsequialibus, militaribus, & officialibus verba facit, nisi operæ vassalli fabriles 57 sint, quia alijs delegari possent, vt idem Zaf. tradit in tract. feudorum par. 7. num. 63. Militia enim (vt hoc 58 Zasio addam) sc̄pē pro officio in iure accipitur, & dicitur personæ cohærente. l. 3. s. sed & si ei ff. de minor. cum aliis à Rebuffo collectis in l. munus 18. ver. Militia ff. de ver. signific. pag. 165. & Brissonio de ver. signific.

gnific. pag. 165. & Briffonio de ver. si-  
gnific. lib. 11. ver. Militiam pag. 358.  
59 & quod seruitum feudale sit mu-  
nus obsequij clientelaris, & sit idem  
quod obsequium, vel officium, tra-  
dit *Holomanus de verbis feudalibus,*  
ver. seruitum pag. mibi 55. Latiūs  
progressus sum quam par erat, sed  
nihilominus satis, superque patet  
opinionem, quam sustineo, esse ve-  
rissimam. Ceterum illud remanet,  
60 ut vir Doctissimus, cui hæc dirigun-  
tur, & si non admodum elucubrata,  
omnia, ut officiosus est, & Peritus,  
officiosè, & cum studio perlegat, ut  
hæc mea opera, quæ in obsequio, of-  
ficio, & artificio consistit, non omni-  
nò inutilis fuisse videatur, & eidem,  
cui, & obsequium, officium, & arti-  
ficium omni iure debentur, à me il-  
la omnia præstari possint. vlt. Augu-  
sti 1594. huius causæ commissarius  
fuit oculatissimus Consiliarius Ful-  
vius Constantius nunc Regens ele-  
ctus in consilio Italico meritissimus,  
vir omni laude dignissimus, qui in  
hanc, quam teneo opinionem, incli-  
nabat, causa tamen non fuit ad huc  
decisa. Et postea in materia vidi  
*Andream in cap. 1. nu. 10. de lege Cor-  
radi.*



## ARGVMENTVM.

Possessor feudi in quibus cas-  
ibus tenetur soluere adobam,  
& quando non, sed benè sol-  
uet vassallus, declaratur regu-  
la prædicta, quando possessor  
ex causa onerosa, titulo inua-  
lido, sed cum consensu Do-  
mini, ex causa damni infecti,  
vel noui operis nunciatione,

ex primo, vel secundo decre-  
to, iure creditoris pro satisfa-  
cienda sorte principali; Et  
quando possidet ratam, vel  
partem feudi, vel in commu-  
ni. Et ob contumaciam debi-  
toris; Et quando Domino es-  
set pignoratum; Et quid in  
detentore, conductore,  
& refutatario, & in feudo  
Longobardo.

## S V M M A R I A.

- 1 *Regula, quod possessor feudi teneatur soluere adobam, declaratur.*
- 2 *Possessor feudi etiam ex causa onero-  
sa tenetur soluere adobam.*
- 3 *Possessor feudi cum consensu Domini  
est alienatio efficit inutilida, vel  
inutilis, adhuc tenetur soluere ado-  
bam.*
- 4 *Possessor feudi soluet adobam pro ra-  
ta feudi, quam possidet, siue totam,  
siue in communi, vel in parte.*
- 5 *Possidens feudum ex causa damni in-  
fecti, vel ex noui operis nunciatione,  
si percipit fructus, tenetur soluere  
adobam.*
- 6 *Possessor feudi ex secundo decreto te-  
netur soluere adobam.*
- 7 *Creditor feudi, & immisus in eius  
possessionem, tenetur soluere ado-  
bam, & declara nu. 9. & nu. 12.*
- 8 *Creditor feudi immisus, & soluens  
adobam, repetet à debitore, deduc-  
endo prius adobam, & de rema-  
nenti sibi satisfaciens.*
- 9 *Creditor feudi immisus, tunc soluens  
adobam, quando percipiet fructus,  
siue commoditates feudi.*
- 10 *Creditor immisus in possessionem  
feudi, percipiendo fructus in extin-  
ctionem sortis principalis, non solvit  
adobam.*

Creditor

- 11 Creditor immisus ob contumaciam debitoris, non soluit adoham, sed debitor.
- 13 Vassallus pignorans feudum Domino, qui percipit fructus, non tenetur soluere adoham.
- 14 Detemptor feudi tenetur soluere adoham, & quid in conductore remisisti.
- 15 Adohat taxatur prò rata feudi possessor, & pro rata feudi venditi.
- 16 Refutarius soluit adoham separatam à feudis paternis.
- 17 Feudatarij iure Longobardorum debent unusquisque soluere adoham prò rata partis possessa.

## QUAESTIO LIX.

**I**am satis supra q. 7. constat, ac etiam de per se dilucidè patet, adoham ex feudo debitā, quia seruitij loco debetur, esse onus feudi, ideo fiscus suam habeat semper fundatam intentionem contrà feudi possessorem, à quo semper fiscus exigit adoha præsentia, & præterita prò ut sic in anno 1518. die 6. Iulij per Regiā Cameram fuit decisum, quod releuia non soluta, & debita Regiæ Curiae præsentia, & præterita & iura adohæ præterita pluriē imposta prò Baiulatione Sancti Pauli Ciuitatis Neap. concessæ iu feendum ad vitam Magnifico Antonio Caraphæ soluantur per possessorem dicit Baiulationis, ut appareat ex lib. Notamentorum d. anni. Estquæ inconuincibilis, & irreparabilis in Regno nostro regula, ad quam non nullas appendemus declaraciones:

2 Declara primò hanc sententiam, vt non solum si esset feudi possessor ex causa lucrativa, sed etiā ex causa onerosa, quia adhuc teneretur soluere adoham, putat quia emisset, vt

dixi suprà q. 41. & dicit post Afflīct. & alios allegatos in d. qu. 41. Ioseph Cum. in cap. si aliquem, in verb. Consueti, num. 4. 5. & 6. Frecc. de auctoritate Baron. auctoritate 5. num.

13 Subdeclarat hanc primā declarationem, quod etsi alijs dicta alienatio esset inutilis, vel fuisse nulla, & tamen Dominus suum præstasset assensum, tamen si possidet, adhuc tenetur soluere adoham, quia possessor feudalis dicitur, dum habet consensum Domini, ita ex Andr. de Iser. Matth. Afflīct. Laudens. & alijs in cap. primo S. sed nec alia iustior, tenet Henrich. à Rosent. de feud. cap. 8. conclus. 5. in Glossell. à tit. de fine, & effectu feud. Nard. Lyparul. ad Iser. in d. S. sed nec alia iustior. in verb. Item in emptorem.

4 Declara secundo siue esset possessor, qui possideret totū, siue partem feudi, vt prò parte, quam possidet, teneatur adoham præstare, vt infrā n. 16. vel si possiderent plures in communi, & indiuiso, quia tunc à quolibet adoham potest fiscus exigere, vt longa manu declarat, & examinat, Henrich. à Rosenthal. de feud. cap. 8. conclus. 6. n. 1. tit. de effect. & fine feud. Ioseph Cum. in cap. si aliquem in verb. Consueti seruitij, n. 12. ex. Luc. de Penn. in l. unica. S. fin C. vt nullus ex Iudic. prò alio vicem ten. lib. 10 Petrus de Greg. de concess. feud. p. 8. q. 3. n. 5.

5 Declara tertio vt si quis possideat feendum, vt quia immisus fuisse in illius possessionem, putat ob noui operis nunciat. vel damnum infectū, quia tunc si percipit fructus, ipse tenetur solueré adoham debitam ex feudo, quicquid in contrarium nonnulli asserant, ita docet Martin. Laudens. in cap. primo S. Quid ergo, num. 14. & ibidem Prepositus nu. 2. de inuest. de re aliena facta, Henrich.

D d e Re-

à Rosental. de feud. cap. 8. conclus. 5.  
nu. 3. & 4.

6 Declara quartò si creditor feudi  
elset immisus in eius possessionem  
ex secundo decreto, tunc si fructus  
perciperet, tenetur soluere adohum,  
ea ratione, quia percipit fructus, doc-  
et Henrich. Rosental. dicta conclus. 5.  
n. 5. Jacob. de S. Georg. de concess. feud.  
p. 8 q. 3. n. 6.

7 Declara quintò in creditore, qui  
ob eius debiti satisfactionē effet im-  
missus, & feudum possideret, ac fru-  
ctus, & licet tunc distinguat DD. de  
immissio ex actione reali ab immissio  
ex actione personali, prō ut notat  
*Card. in c. 1. §. Quid ergo, de inuest. de  
re. alien. facta, Jacob. in tract. feud. in  
verb. Comes in fine;* tamen si soluit

8 ipse creditor immissus, tunc repetet  
ab ipso debitore, ita Marin. Frecc.  
de subfeud. lib. 2. de auctoritate Ba-  
ron. num. 16. verific. quid si credi-  
tor, Petrus de Gregor. de concess.  
feud. p. 8. quæst. 3. num. 6. Ioseph  
Cum. dicto verb. Consueti seruity,  
num. 7. Andr. Kobol. de seruit. feudal.  
parte prima tit. qui seruire teneantur  
n. 123. & seq. quia deducit prius  
quantitatē, quam soluit prō adoha,  
& de remanenti extinguit suum  
creditum, ita Henrich à Rosental. di-  
cto cap. 8. conclus. 5. n. 6.

9 Subdeclara hanc declarationē,  
quod si creditor immissus effet in-  
possessionē feudi, adeò ut cōmodi-  
tates feudi, ac fructus perciperet, &  
lucraretur, tunc seruire tenetur ipse,  
& per consequēs adohā præstare te-  
neretur, vel si statuto aliquo, vel  
ex causa pacti alicuius perciperet  
fructus ex feudo tāquam possessor,  
tunc itidem talis possessor solueret,  
non autem vassallus, ea ratione, tum  
quia adoha estonus reale, tum quia  
vassallus ex sua culpa non amisit  
feudum, meritò seruirīs non vide-  
tur grauandus; Et hoc procedit,

quando possideret, & perciperet  
fructus tandiū, quandiu sibi de tota  
summa eius crediti esset satisfactū,  
secūs autem quando perciperet  
fructus in extinctionē fortis prin-  
cipalis, seu capitalis debiti, ita de-  
clarat Henrich. à Rosental. de feud.  
cap. 8. tit. de fine, & effect. feud.con-  
clus. 5. n. 5. 6. & seq Hartam. Pistor  
quæst. iur. lib. 1. q. 15. n. 5. Ludolph.  
Scrader. de feud. dicta parte 6. cap. 6.  
n. 31.

11 Sed si creditor tantum effet im-  
missus in possessionem feudi ob  
contumaciam debitoris, tunc non  
teneretur ad præstandam adoham,  
sed vassallus ipse præstabit, quia  
dictus possessor fructus non percipi-  
pit; sed dicitur immissus ob con-  
tumaciam debitoris, ita Ludolph.  
Scrader. de feud. p. 6. cap. 6. num.  
70.

12 Declara quinctò, quod etsi aliás  
creditor immissus in possessionem  
feudi, & vt dixi, fructus percipe-  
ret ex feudo, vt ipse teneatur adoham  
præstare, non autem vassal-  
lus, nisi tales fructus in fortē  
principalem imputaret, quia tunc  
13 vassallus tenetur, quod Declara nō  
procedere in Domino, cui si vas-  
sallus feudum pignorasset, tunc  
vassallus pignorans non tenetur  
præstare seruitia, & per conse-  
quens adoham, quia ipse Domi-  
nus percipit fructus, non autem  
vassallus, nec in fortē princ-  
ipalem imputat, quia directum  
habet dominium, ita Ludolphus  
Scrader. dicto cap. 6. num. 31. Hen-  
rich. à Rosental. dicto cap. 8. conclus.  
5. num. 7. & seq.

14 Declara sextò non solum proce-  
dere supradicta in possesso feu-  
di, sed etiam in simplici deten-  
tore, qui quoquo modo feudum  
possideret, ita Blasē. Lanc. in ex-  
trauaganti volentes, quæstione 16.  
quem

quem allegat, & sequitur Ioseph Cum. in cap. si aliquem, in verb. seruitij consueti num. 9. inferens, ad conductorem, & aliâs possessorum feudi Dominus Gars. Mastrill. in addit. ad Petr. de Gregor. de concess. feud. p. 8. quæst. 3. lit. C. in verb. Conductor, & dixi supra Ego qu. præcedenti

15 In summa feudatarius nō tenetur soluere adohā prò illa parte feudi, quam non possidet, & sic solet Reg. Cam. ordinare, & sic fuit ordinatum Regio Thesaurario Aprutij ad instantiam Iulij, & Donati Antonij de Lollio, ut in libro Adobarum 11. fol. 18. 50. 51. sed quando feudatarius prætendit soluere prò rata illius feudi, seu partis, solet Regia Camera mandare, quod capiatur informatio de diuisione feudorum, vel eorum separatione, qua capta, mandatur quod exigatur adoha prò rata à possessoribus, vt fuit ordinatum ad instantiam Berardini Rondachi die 27. Octobris 1551. in Adobar. lib. 11. fol. 21. & fol. 32.

Sic etiam quando venderetur pars rei feudalium, puta functionum fiscalium feudalium, tunc si possidens functiones fiscales alienaret ratam aliquam, siue partem aliquam, tunc empor prò rata empta debet soluere adoham, ut fuit seruatum ad instantiam Vniuersitatis Guardia Grez, quæ possidebat functiones fiscales dictæ Ciuitatis, ex quibus alienauit annuos ducatos ducetum Excellenti Comiti S. Valentini, fuit ordinatum quod Vniuersitas prò rata functionum fiscalium alienatarum non solueret adoham, sed solueret ipse Comes prò dicta rata, die 18. Maij 1525. in adobarum 4. fol. 25. s. dixi in questione 56. num. 17.

16 Sic etiam si pater possidens plura feuda, ex quibus unum refutaret filio, tunc quia filius possidet feudum

refutatum, tenetur soluere adoham prò dicto feudo refutato, vt prò feudis Vallis Siculæ, & alijs fuit ordinatum ad instantiam III. Dominæ Eleonoræ Sanseuerinæ, ut adoha exigeretur prò dictis feudis refutatis separatim à feudis paternis, sub die 28. Octobris 1574. ut in Adobarum 15. fol. 67. 1.

17 Sic etiam si esset feendum iure Longobardorum, adeò ut essent plures Combarones, & deberentur Centum prò adoha ex dicto feudo, & Barones essent quatuor, tunc nō debent exigi integraliter cœtum ab uno ex Combaronibus, sed capta informatione de diuisione inter eos, & de rata feudi possessi, mandatur quod adoha repartiatur inter eos prò rata, prò ut fuit ordinatum ad instantiam Flaminij Angolini vnius ex possessoribus feudi dicti Vertoya in Territorio Ciuitatis Aquilæ, die 17. Martij 1604. in Adobarum 21. fol. 1.



### ARGUMENTVM.

Subfeudatarij de subfeudo an prætent adoham, & cui, an Baroni subinfeudati, vel Domino Regi, & ubi fiet solutio adoha, & in quo loco; Et quid de Grancia feudi, vel si diuideretur.

### S V M M A R I A

- 1 Barones sunt in Regno Neapolitano, qui concedunt sub feuda.
- 2 Vassallus subconcedens feendum, an soluet adoham de feudo subconcessio, & cui, & distinguitur n. 6. & seq.

Dd 2 Sub-

- 3 Subfeudatarius soluere tenetur adobam feudatario subinfeudanti, & quid de iure Regni sub n. 4. & sub poena priuationis feudi sub n. 5.
- 6 Subfeudatarius de feudo quaternato soluet adobam Domino Regi, & limita quando subfeudatarius habet subfeudum quaternatum immediate, & in capite à Barone ex dispensatione Regis.
- 8 Subfeudatarius alicuius Baronie soluit adobam Baroni, non autem Regi, & n. 14.
- 9 Subconcessionarius feudi plani, & de tabula soluet adobam subconcediti, non autem Domino Regi, à quo non potest cogi sub n. 15.
- 10 Subfeudatarius soluit adobam in loco, ubi est caput Baronie, & ita decissum, nisi aliud constet de solito.
- 11 Subfeudatarij tenentur subuenire Baroni præstanti seruitium Domino in casu permisso, limita nisi alter effet conuentum n. 12.
- 13 Subfeudatarij non tenentur contribuere Baroni, præstanti iniuste servitia Domino.
- 14 Subfeudatarij an babecant vocem in parlamentis.
- 16 Vassalus vocatus à Domino ad seruendum, potest requirere suos viassallos ad subueniendum.
- 17 Inuestitura subfeudi à quo sit praestanda remissiu.
- 18 Subfeudatarius tenetur soluere relevium Domino illius Baronie, qua est caput dicti subfeudi, non autem illi terra, ubi situm est.
- 19 Subfeudatarius depinget in subfeudo eius arma, sive insignia, sed inferiori loco, quam Baro. Baro non potest homines armatos, nec vexillum deferre in subfeudo n. 19.
- 20 Subfeudatarius contribuit Baronii in adoba, sicut feudatarius, iuxta redditus subfeudi.
- 21 Subfeudatarius soluit adobam ærio illius terre, ubi situm est feudū,
- non autem ærio alterius terra, sed eiusdem Domini.
- 22 Subfeudatarius non soluit adobam de grancia feudi concessi sita in alieno territorio.
- 23 Subfeudatarij renentes soluere adobam Baroni, cagi possunt per dictum Baronem, sed mediante ordine Regiae Comite.
- 24 Subfeudatarij adobantes Regi, non debent molestari à Barone Territorij.
- 25 Vniuersitas non debet molestari pro adoba sui feudatarij, sive subfeudatarij.
- 26 Subfeuda delentur, causa cognita, à Cedula Regio, & describuntur in libris Baronum, quibus mandatur solvi adoba. Adoba debita per subfeudatarij sollet aggregari subinfeudanti, et subinfeudans exigit à subfeudatario sub cod. n. 26.
- 27 Subfeudatarius soluens pro atio subfeudatario adobam, potest illam repetere.

## Q V A E S T I O L X.

- 1 **E**t quia in Regno nostro ad sunt permulti Barones Magnates, & Proceres Regni, qui permultos habent subfeudarios, quibus Castra, Casalia, & Terras subconcesserunt in feudum tenendum in capite à dicto Barone concedente, ut erat Princeps Bisigniani, & Salerni de familia Sanseverina, de quibus dixi Ego de iure relevū par. 4. quest. 33. nū. 1.
- 2 Propterea hic quæro, si vel nè soluere debeant adobam de dicto subfeudo, in quo artic. dicas, quod subfeudatarius debet soluere regulariter adobam Domino immediato, & sic subinfeudanti, non autē Domino directo, & sic Domino Regi, quia subfeudatarius debet præstare seruitium dicto Domino immediato.

- to, & hoc procedit tām de iure cōmuni feudorum, quām de iure Regni nostri, De iure communi feudorum, ex tex. in cap. 1. § fin. de alio dīs tenet Andr. de Isern. in cap. 1. §. Illud, n. 62. de controuers. inuestit. vbi Ioannes Raynaldus n. 7. & in §. firmiter. n. 23. de prohib. feud. alienat. per Frider. Matth. Afflict. in dicto §. Illud num. 2. idem Andreas de Iser. Jacob. de Beluis. & Martin. Laudēs in cap. 1. § fin. de controuers. inuestit. Jacobin. de S. Georgio in suo inuestit. in verb. Et promiserūt, n. 12. Curt. Iun. de feud. p. 4. n. 86. & post Petr. de Rauenn. Bald. & alios, Ludolp. Scrader. de feud. p. 6. cap. 6. n. 58. verific. decimo quinto Vassallus, Henrich. à Rosental. de feud. cap. 8. conclus. 10. n. 2. Andr. Kobol de seruit. feudal. sit. 1. p. 3. n. 25. De iure Regni nostri debetur etiam seruitium Baroni de subfeudo, vt ait Marin. Frecc. de subfeud. lib. 2. de auctoritate Baron. auctoritate 5. n. 1. 5 dicens, debere præstari ex lege Regni si vassallus, quapropter potest illò mandare, quòd præstat seruitium sub poena priuationis feudi. Fab. Anna conf. 3. n. 15. & 16. lib. 1. 6 Sed melius distingue, aut subfeudum est quaternatum, & tenetur à Rege, aut est feudum planum, & de tabula; Primo casu præstatur seruitium Domino Regi, non autem Baroni, ex doctr. Andreæ de Isern. in cap. 1. §. similiter de capit. Corrad. & in Conf. Domini à vassallis, Marin. Frecc. dicta auctoritate 2. n. 2. verific. bac conclusio procedit in Regno, Loffred. in cap. 1. de controuers. feud. apud par. term. vbi refert decisum, quòd soluitur Regi. Regens Reuere. decisi. 95. p. 2. circā medium, quæ ponitur in fine operis.
- 7 Quod dictum limita, quandò tale feudum licet esset quaternatum, & tamen Rex illud contulisset tenendum à Barone immediatè, & in capite, ex doctr. eiusdem Andr. de Isern.

in Conf. Regni post mortem, de mort. Baron. nuncianda Imperat.

- 8 Vel quando est concessa Baronia, & cum illa essent concessa feuda quaternata, quia tunc debetur seruitium, siue adoha Baroni, non autem Regi, tunc n. licet collata, sint à Rege, tamen tenentur sub Barone, & ideo illi præstabuntur, ita Marin. Frecc. dicto loc. nu. 2. verific. nisi Rex, & verific. sed quando, vt erat in Principe Salerni, qui habebat permultos subfeudatarios, & exigebat adoham, non obstante quòd feuda essent quaternata, sed tenebantur ab ipso, vt vidi non nullas prouisiones Regiæ Cameræ Summarie in Adobarum lib. 7. fol. 44. 45. & 46. 47. t. prò Casale Casalicchi, & feudi Sarignani, & prò alijs subfeudis, & hoc vigore priuilegiorum dicto Principi concessorum vt dicitur in dictis prouisionibus.

- 9 Secundò casu, quando est feudum planum, & de tabula, siue Actenasia, & tunc procedit conclusio in Regno nostro, vt Dominus immediato debeatur seruitium, ea ratione, quia est ipse Baro, ita Marin. Frecc. dicto. loc. n. 2. dixi supra q. 7.

Quo casu, quando tenentur soluere Dominus immediato, & sic Baroni, tunc si dictum subfeudum est in Territorio alterius Baronis, quæstio est an debeat soluere, vbi subfeudum situm est, vel vbi est caput feudi, Resp. Matth. Afflict. in cap. 1. §, sed nec alia iustior, n. 13. quæ sit prima cauſa benefic. amittend. quòd adoha debet solui illi Baroni, cuius est subfeudū, & sic vbi est suum caput Baronie, licet sit in alieno Territorio, sunt tamen semper annexa, & connexa principali feudo, & sic capiti, nam res feudalis vnius potest stare in Territorio alieno, ita etiā sequitur Paris de Put. de reintegr. feudit. de finibus feud. cap. 38. num. 2.

Dd 3 quod

quòd debet inspici quod solitum est, *Iacob. Ayell. de iur. adohæ. n. 9. dicens*, quòd in dubio, non existente solito, nec apparente, debent subfeudatarij soluere, & adohare vbi est caput feudi, & sic decisum fuisse per Regiam Cameram in causa illi. Ducis Montis Leonis contrà Regium fiscum, & Cæsarem Fazzari de Ciuitate Tropeæ, per quā Regiam Cameram fuit decisum, quòd subfeudatarii debent soluere adoham in loco, vbi adest caput feudi, prò vt refert *D. Reges Reuert. decis. 95. p. 2.* quod intellige, vt infra n. 20.

11 Declarat primò hæc dicta duob. mod. *Andr. de Isern. in cap. 1. §. sed nec alia iustior. n. 41. in fine, versic. quid si Comes, & versic. sed si forte Rex*, dicens primò, quòd si Baro, vel Comes, à quo subfeudatarij tenent feuda plana, & de tabula, siue Actanasias, præstat seruitium Domino Regi in casu permisso, tunc Baro, siue Comes potest cogere subfeudatarios ad subueniendum, siue ad

12 soluendum adoham, prò vt ipse soluit, nisi aliter esset conuentum, quòd seruire debeat cum ipso Comite, vel Barone, quia tunc licet Baro, vel Comes seruiat, non per hoc iura subfeudatarij infringuntur.

13 Secundò casu, quando Comes, vel Baro iniuste seruirerit, & præstaret seruitium, siue adohā, tunc Comes, vel Baro non potest cogere subfeudatarios ad præstandum seruitū ita *Andr. de Isern. d. loc. Nard. Lyparul. ad Andr. de Iser. d. n. 41. in fin. in verb.*

14 per Regem, dicens, quòd si non possunt per Regem cogi dicti subfeudatarij, ergo non habent vocem in parlamentis, quæ sunt, referens verba *Cap. Pap. Honorij dicentis*, nullus subfeudatarius de feudo, quod sub aliquo feudatario Regis tenet, compellatur ipsi Regi seruire; sed si aliquod aliud feudum ab ipso

Rege tener in capite, prò eo sibi serviat, prò vt tenetur.

15 Declara secundò supradicta, vt talis subfeudatarius, possidēs feuda plana, & de tabula à Barone, siue Comite, non possit cogi directè à Domino Rege ad sibi præstandū seruitū, siue adohā, quialicet sit vasfallus, tamē est vasfallus vasalli mei, ita docent *Iacob. de Beluis. c. 1. §. firmiter in fin. de controuersi. inuestibit.* & ibidem *Andr. de Iser. n. 16.* ea nimis ratione, quia nihil Rex cum dicto subfeudatario ex lege inuestituræ contraxit, & ibi *Matth. Affl. n. 5. 1. & 52. Marin. Laudens. n. 1. 1. & seq. Præpos. n. 2. Io. Raynal. in dicto. §. firmiter n. 23. de probib. feud. alienat. per Frider. Franc. Curt. de feud. p. 4. n. 88. & 89. Hartm. Pistor quæst. Iur. lib. 2. p. 2. q. 45. nu. 19. & aperte *Henrich. à Rosenthal. de feud. cap. 8. conclus. 10. nu. 3.* benè tamen potest facere Dominus Rex vt requirat Baronem, siue Comitem ad scilicet uendendum, qui tunc debet subuassallum vocare, & præstare seruitium Domino Regi, ita *Bald. in tit. de al. lod. n. 20. Io. Raynald. in d. §. Illud. n. 4. Iacob. de S. Georg. in verb. Et promiserunt. n. 12. Guliel. Hanneß. lib. 1. cap. 8. Franc. Duaren. de feud. ca. 12. n. 14. Franc. Curt. p. 4. n. 49. Henrich. à Rosenthal d. loc. n. 6.**

17 Declara tertio in petitione inuestituræ de subfeudo, vt à quo petenda sit, vide *Henrich. à Rosenthal. de feud. cap. 6. conclus. 63.* vbi alios alligat.

18 Declara quartò vt de feudo, siue subfeudo existente in aliena Baronie, mortuo feudatario, siue subfeudatario, vt hæres eius teneatur soluere releuium illi Baroni, qui est Dominus Baroniz, quæ est caput dicti feudi siti in alieno Territorio, non autem illi Baroni, in cuius territorio situm est feudum, de quo contemnitur, ita *Affl. in dicto §. sed nec*

- nec alla iustior num. 13.*
- 19 Declara quintò, quod subfeudatarius in subfeudo debet depingere arma sua non in æquali loco, & signo cum Barone infeudante, sed inferius, & sic inferiori loco, ita *Marin. Frecc. de subfeud. lib. 2. tit. de auktor. Baro. c. 47. n. p. & 2.* sed nec vexillū, nec armatos homines potest Baro deferre, & misere in subfeudo, sed ipse subfeudatarius, ita *Marin. ibi, & post eum Campan. in cap. Regni Vt delatas.*
- 20 Declara sextò, quod sicut adoha taxatur iuxta valorem redditus feudi, ut supra docuimus, ideo quando subfeudatarius contribuit Baroni ad adoham præstandam, debet cogi ad contribuendū pro rata introsum subfeudi, sicut contribuitur ex feudo, & ita fuit obseruatum ad instantiam subfeudatiorū terræ *Casalueri Prouinciaz terræ Laboris cōtra Marchionē Piscariæ die 8. Octob. 1512. vt in lib. Adobarum 11. fol. 56. ser.* sic fuerunt expeditæ prouisiones à Regia Camera.
- 21 Declara septimò ut subfeudatarius astrictus ad adohā dandā Baronii ratione talis terræ, quod si talis Baro haberet plures Terras, tūc dienus subfeudatarius tenetur soluere adohā ærario illius terræ, vbi situm est subfeudum, nō autē ærario alterius terræ, licet eiusdem Baronis, ut fuit ordinatum ad instantiam Durantis Tuttarci subfeudatarij terræ Bellantis, ut ærarius terræ Bellantis non autem ærarius Ciuitatis Caleræ exigeret ab eo adoham, non obstante, quod dictæ terræ essent eiusdem Baronis, & sic Principis Casseræ, ut die 13. Septembris 1613. ut in adobarum 23. fol. 48. vide supra n. 10.
- 22 Sed an adoha debeatur de parte seu grancia feudi sita in alieno territorio, puta si esset dictum, concedimus feendum tale situm, & positiū in tali loco cum certa parte, scū grancia dicti feudi sita in alio Territorio, & dicas, quod adoha non debetur de grancia feudi, per ut fuit ordinatum ad instantiam Magnificarum Iuliz, & Catherinæ Sanseverinæ cōtra III. Principem Bisiniani; quæ fuit inuestita sub his verbis, Concedimus feendum nominatum de Marinello situm, & positum in pertinentijs, & Territorijs S. Marci vnà cū certa parte, scū grancia dicti feudi sita, & psita in Territorio, & pertinentijs Ciuitatis Strongoli, & sic fuit executū die 5. Iunij 1574. in adobarum 15. fol. 34. & 57.
- 23 Subfeudatarij verò renitentes soluere adoham Baronii, coguntur per ipsos Barones mediante ordine Regiae Cameræ quod soluant adoham iuxta taxam prò subfeudis. prò ut fuit obseruatum ad instantiam III. Dicis Magdaloni contrà quosdam suos subfeudatarios, die 16. May 1612. in Adobarum 22. fol. 29. & à s. & ad instantiam III. Principis Roccæ Romanæ die 16. May. 1612. dicto fol. 29. prò ut è cōtra ad instantiam subfeudatiorum mandatur per Reg. Cam. Baronii, quod exigat adoham prò subfeudis iuxta taxam, prò ut fuit ordinatum III. Principi Auellini ad instantiam suorum subfeudatiorum die 21. May 1610. in Adobarum 22. fol. 191. Et ad instantiam III. Principis Salerni fuit per Regiam Cameram mandatum Magnificæ Hippolitæ Corsæ Baronissæ Casalicchi, quod solueret dicto III. Principi prò dicto subfeudo adoham ducatorum sex. ut ex literis Reg. Cam. die 25. N. p. dñis 1536. in Adobarum lib. 7. fol. 45.
- 24 Sicutiè cōtra quando subfeudatarij adohantes Regi, molestarentur à Barone, in cuius territorio situm est tale subfeudum. solet mandari ærario Baronis, & eius exactoribus, quod minimè molestent subfeudum.

feudatarios, imponendo poenam, & eius executionem commendando Perceptoribus Provinciæ, prò vt sic fuit ordinatum ad instantiam Magnifici Camilli Caraccioli cōtra Ill. Duccem Suestæ pro feudo Carniolæ, stante, quòd ex Cedulaario apparebat quòd adohabat Regi, & si quid cōtrà compareat, die 25 Iunij 1536. in Adoharum 7.f. 10.

25 Sic etiam prò adoha feudatario- rum, vel subfeudatariorum alicuius Vniuersitatis non debent molestari Ciues dictæ Vniuersitatis, vel habitan tes in illa, nec cōtrà illos exequi, vel repreſalias facere, vt fuit ordinatum per Regiam Cameram ad instantiam Vniuersitatis Agnoni, sed quòd molestentur dicti feudatarij, & subfeudatarij in eorum bonis die 29. Maij 1538. in Adoharum 7. fol. 131.

26 Subfeuda delentur de Cedulaario Regis, & mandatur, quòd soluant Baroni, vt in caula. Magnif. Fabritij Brancatij cum Ill. Marchione Laini, & Regio fisco super solutione adohæ prò feudo vulgariter nominato de messer Ioanne Carduino sito in Territorio Acerrarum, & alijs &c. Visis aetis per Magnificum D. Franciscum Antonium de David Præſidentem Reg. Cameræ, & cauſæ Cōmissarium, & facta de eis relatione in Regia Camera cum Magnificis Præſidentibus fuit consensu prouisum, & decretum, prò vt præſenti decreto deceroit, & prouidetur, supradictū Magnificum Fabritium non esse molestandum prò adoho à Regio fisco debet recognoscere immē. Dominum dicitum Ill. Marchionem Laini vtilem Dominum Ciuitatis Acerrarum, cui respondere debat, & teneatur de alijs, relevijs, & alijs subuentiōnib., prò vt alij subfeudatarii ipsi Marchioni, vt supra, vniuersali Lainino subiecti respondent, &

proinde feudū prædictum esse adi mendum à Cedulari ipsius Regiæ Cameræ hoc suum &c. Franc. Antonius David, Ioānes Baptista Crispus Magister Act. consensu Rapari us die 3. Decēb. 1573. & sic fuit man datum Perceptorri Terraæ Laboris.

E contra si subfeudatarius prò subfeudo solueret aliquam ratam adohæ, tunc ratione facilitioris exactionis per fiscum facienda, solet ordinari, quòd rata adohæ debita per subfeudatarum aggregetur subinfeudanti, & ipse subinfeudans valeat exigere ab ipso subfeudatario, & soluere integrè fisco, prò vt sic fuit prouisum per Regiam Cameram die 21. Augusti 1514. in rata adohæ, quæ debebatur per Magnificum Baldaxarem Pappacoda, vt aggregetur Ill. Principi Bisiniani ad beneficium Regij filci, & ipse Princeps sibi exigit ratam prædictam à dicto subfeudatario.

27 Soluens adoham prò alio feudatario, potest illum, prò quo soluit cogi facere ad sibi restituēdum, prò vt fuit ordinatum ad instantiam Magnifici Ascanii Guarini contra Nicolaum Riccium utilem Dominum feudi Cassinensis in Prouincia Ter ræ Hidtūti, die 27. Septembris 1575. in Adoharum 15. fol. 144. sergo.



## ARGUMENTVM.

Imposito adoho generali Baronibus, siue donatiuo factō à toto Regno, etiam nullo dempto, siue nullo exempto, & existentibus nonnullis exē ptis à dicta solutione, an pars exemptorum debeat cedere damno Regis, vel aliorū Baronum

ronum, siue Regni ipsius, adeò ut ceteri Barones, & totum Regnum teneantur soluere integrum summam impositam, siue donatam, non dempta summa exemptorum, & quid stante acceptatione illius à Principe facta, & quid de Terris impotentibus, & quid de Clericis. Quid de Epirotis, Grecis, & alijs.

S V M M A R I A.

- 1 Immunitas, siue exemptio ab adoha, siue danatio concessa alicui Baronii, siue feudatario, an cedat damno Regis concedentis immunitatem, adeò ut tanto minus exigat, vel damno Regni, siue aliorum Baronii distinguitur n. 2. 3. 4. & seq.
- 2 Pars exemptorum à donatiuo soluendo in certa summa, cuius damno cedat, distinguitur, & 4. 5. 10. 11. & 12. & seq.
- 3 Descendens de sanguine Regio possidens feuda soluit adobam, siue donatiuum, non obstante exemptione regalis sanguinis, & ita decisus, sed secus n. 6.
- 4 Regis Philippi munificentia recenseretur prò Rege Polonia.
- 5 Descendens de sanguine Regio est immunitis ab adoha, siue donatiuo imposito toti Regno ratione aliorum bonorum, nō autē feudorum, et n. 8.
- 6 Adoba in specie respicit feuda, donatiuum respicit bona allodialia, & totum Regnum.
- 7 Immunitas ex causa priuilegij concessa post indicium donatiuum, siue impositum adobum, cedit damno Regis, non autem aliorum Baronii, siue Regni, & n. 10.

- 8 Immunitas ab adoha existens tempore impositionis adoha, siue indictionis donatiui simpliciter impositi in certa summa, non cedit damno Regis, & ita decijum, sed damno totius Regni, & n. 12. & quid de Colateralibus Confiliaris.
- 9 Pars exemptorum, siue immunium à donatiuo, siue adoha cedit damno Regis, quando impositio facta est personis, siue focialibus, non autem Regno, amplia n. 14. & 16. Et quid de parte damni dati ibidem.
- 10 Immunitas, siue exemptio non nullorum ab adoha, nō cedit damno Regni, etiam si esset dictum, quod soluerent exempti, & non exempti, vel nemine excepto, & essent in casu urgenti n. 16. vel priuilegium esset concessum ex pecunia n. 17.
- 11 Pars exemptorum cedit damno Regni, quādo fiscus esset in possessione, vel quasi exigendi partē exemptorum.
- 12 Immunitis an teneatur resarcire dāna Vniuersitati sub n. 17.
- 13 Pars non soluentium donatiuum, siue adobam, an cedat dāno Regni, vel Regis, distinguitur, vel soluta ab uno an repetatur à non soluentibus, vel ab alijs, vel à Rege, distinguitur n. 19.
- 14 Adoba exacta integra à Rege, pars non soluentium reficienda est illis, qui soluerunt prò dictis non soluentibus.
- 15 Pars non soluentis adobam, ut quia non taxatus fuit, cedit damno Regie Curiae, & soluta reficienda est illis, qui illam soluerunt.
- 16 Pars adoha non soluta est reficienda fisco, quando illius impositio à parte integrali incipit, non autem à quantitate, secūs autē quando incipit à quantitate, & terminaretur in parte integrali, & n. 22.
- 17 Terrarū impotentium pars an cedat damno potentium, vel Regis, distinguitur n. 24. 35. 26. & seq.

Ter.

- 24 *Terre realiter impotentes, & inhabiles cedunt damno Regis, & non Regni, & exigitur quantum exigere potest, non autem integra impositio.*
- 25 *Terra poenitius impotens, & depopulata deletur à Cedulaario, & eius focularia non aggregantur Regno, distingue n.26. seq.*
- 26 *Pars Terrarum impotentium cedit damno Regni, quando Regnum donaret nostro Regi certam quantitatem, secùs autem si donaret pro quolibet foculari decem, quia cedit damno Regis.*
- 27 *Terra immunis à functionibus fiscalibus non potest petere tumulum salis, & solutum repetitur à fisco & quilibet potest illud vendere.*
- 28 *Clerici an sunt immunes à donatiuo facto ex causa urgenti, distinguitur n.29.*
- 29 *Clerici, qui vocantur, congregantur, & tractant in parlamento, siue donatiuo, non sunt immunes à donatiuo, & ubi est consuetudo, secùs autem quando non vocantur, nec congregantur, quia non soluunt, & numeris seqq.*
- 30 *Clerici sunt immunes ab adobis, siue donatiuo regulariter, sed an soluunt Bonatenentiam pro bonis emptis, vel donatis. remissiū sub n.31.*
- 32 *Clerici collectantur ob defensionem fidei.*
- 33 *Clerici tenentes feuda sub contingenti seruicio, soluunt donatiuum, & adobum.*
- 34 *Decretum generale in fauorem Clericorum pro immunitate refertur.*
- 35 *Commendatarij, & Cruce signati gaudent immunitate Clericorum.*
- 36 *Clerici sunt immunes etiam pro bonis emptis ante Clericatum.*
- 37 *Parentes, & fratres cobabitantes cù Clerico sunt immunes ab hospitijs militum, non autem à contributione pro hospitio.*
- 38 *Immunitas concessa Clericis, extenditur ad puellas existentes in xeno-*
- dochij, vulgo Conseruatorij.
- 39 *Clerici gaudent immunitate pro bonis ad titulum patrimonij.*
- 40 *Focularia Gr̄corum, Illiricorum, Epirotarum, & aliorum quomodo taxentur pro donatiuo.*

## Q VAE S T I O L XI.

**E**X ijs, quæ in calce quartæ decimæ quæstionis annuimus de immunitate concessâ à solutione adohi, vel donatiui, infero, quid si esset imposta Baronibus Regni adoha generalis, siue à toto Regno esset factum generale donatiuū, & in exactione nonnulli ostenderent, se esse immunes, & exemptos à dicta solutione adohi, siue donatiui, An talis immunitas beat cedere damno Regis, val Baronum, siue Regni ipsius, & sic an Barones siue Regnum teneantur soluere integrum summam impositam, & per consequens etiam soluere partem exemptib. spectantem, ac si non essent tales exempti, vel teneantur soluere donatiuum, siue adoham, dempta summa exemptorum, & sic tantò minus, quam sūma imposta, hanc quæstionem ego iudico usui frequenter euuenturam, & ideo pro eiis dilucidatione distingue tria capita.

2 *Primum quando totum Regnum, vel omnes Barones teneretur solvere vnum adohum, siue vnum donatiuum ascendens ad unam summā, in cuius exactione aliqui ostenderent se exemptos, & tunc an pars exemptorum beat cedere damno aliorum, siue totius Regni, vel damno Regis, adeò ut tanto minus exigit ab alijs, siue a Regno.*

3 *Secundum caput, quid si Barones, vel Regnum soluisserint integrū donatiuum, & sic soluisserint etiam partem exemptorum, an possent repetere dictam partem solutam à si-  
cō*

sco, siue ab exemptis.

**Terrium caput**, quid si essent obo nullæ Terræ impotentes, siue ad nihilum reductæ.

**Quòd ad primum distinguas.** Aut exemptio est ratione sanguinis, aut ex priuilegio. Primo casu, quando exemptio competit ratione sanguinis, & tunc sub distingue; Aut talis prætendens est feudatarius, & tunc, quia non habetur vti de sanguine Regio, sed vti feudatarius obligatus ex contractu do, vt des, vt quia concessum, & datum fuit feudum, vt dares mihi seruitium, & tunc ratione contractus dicitur obligatus, meritò solueret adoham, siue donatiuū, vti priuatus, cap. I. ubi notatur per Imol. & Decium extra de probat. pro ut sic extat consultatio Regiæ Cameræ in anno 1530. in fauore Regij fisci, vt Serenissima Regina Polonia, quæ possidebat nonnulla feuda in præsenti Regno, solueret adoham vt alij feudatarij, non obstante quòd esset neptis Regi nostro, & tempore Regentis Reueterij in causa Regis Romanorum, qui possidebat nonnullas functiones fiscales in hoc Regno in feudum sub contingenti seruitio, & adoha quoties in Regno imponeretur, fuit decisum in Collaterali Consilio, referente Regia Camera, quòd dictus Rex solueret adoham, ea ratione, quia ipse non se habebat vt immunem vti de sanguine Regio, sed se habebat vti feudatarium, meritò fuit condemnatus ad soluendum iuxta opinionem Reg. Reueterij, quæ fuit secta per Regentes, non obstante, quòd aliqui ex Præsidentibus fuissent in voto contrario, pro ut refert idem Reuert. dec. 31. p. 2. quæ ponitur in fine nobis tractatus, Sed inuidissimus, & munificèissimus Rex noster pè yideretur Regi Romanorum auarus, donauit adoham, & illum fecit immunem, & ordinauit ex gra-

tia, quòd pars, quæ spectaret ipsi Regi, non aggregaretur alijs, sed quod cederet damno ipsius Regis, ut refert idem Reuert. in dicta decis. 31. post medium.

**Si verò non vt feudatarius, & tuc non potest considerari, & quæri de adoha in specie, sed benè de adoho in genere, & sic de donatiuo, quod largo modo admicimus comprehendendi sub adoho, quatenus vtrumque est impositio, sed cum hac differentia, nempe quòd adohum in specie respicit feuda, & donatiuum personas Regni, siue Regnum ipsū, & sic vassallos burgenses, Et ideò dicas, quòd aut de iure communi, aut ex stilo Regiæ Cameræ Summaria.**

**Si de iure communi, & tunc diccas, quod filii Regum in Regno patris sunt immunes etiam secundogeniti, ea ratione, quia priuilegia concessa Regi extenduntur ad Augustam, filios, & descendentes de sanguine, quia sicuti Rex est immunis ab omnibus vectigalibus, & impositiōnibus Regni, ità etiam vxor, & filij de eius sanguide, ex l. licitatio, g. fiscus, ff. de public. & vectigal. ex Gloss. in l. Princeps, ff. de legib. ità Rom. Francb. & alij communi voce concludunt, quicquid dixerit Io. Andr. in cap. Antiqui. de priuileg. in 6. maximè in fauorabilibus, pro ut est libertas à solutione oneris, quæ est odiofa, vt in tot. tit. vectigal. noua institui non posse, Philip. Francb. in d. cap. Aliqui, de priuileg. in 6. & ità concludit, & tenet D Reuert. dicta. decis. 31. circà medium, versic. sed. fuit dubium.**

**Secundò casu, quādo exemptio, siue immunitas competit ex priuilegio, & tunc distinguas plures casus.**

**Primus casus, quando exemptio esset concessa post indictum adohū, siue factum donatiuum, & tunc cedit.**

dit damno Regis, non autem aliorū Barorum, siue totius Regni, ita ex Bald. in l. etiam C. de except. rei iudic. per tex. in l. ab omnibus, ff. de leg. primo, Ludouic. Rom. in l. quarta, §. acto rum, & l. penult. ff. rei iudic. & ita docent Guliel. de Cuneo, Paulus de Castro, Ias. Alberic. Angel. & alij in l. Ausus neptis, ff. de pactis. Bald. in l. si vnum, S. si pacta, & S. sed si generali- ter, eod. tit. Rationes autem huius decisiones adducit Roman. loc. alle- gato, & ita semper vidisse sic semper seruari in Regia Camera testatur Reg. D. Carolus Tappia. in Rub. ff. de Constat. Princip. cap. 4. in fine, & sic etiam seruari in Regno Siciliæ, testatur Petrus de Gregor. de concess. feud. p. 7. q. 7. n. 10. D. Garf. Mastril. de Magistrat. lib. 3. cap. 10. n. 133.

11 Secundus casus, quando exemp-  
tio, siue immunitas aderat tem-  
pore impositionis adohi, siue facti  
donatiui, ut quia imponerentur Re-  
gno centum mille ducati pro adoha,  
vel Regnum donaret centum  
mille, & tunc si onera prædicta  
imponerentur simpliciter, tunc Rex  
debet habere integrum donarium,  
siue integrum adohum, ita ex Bart.  
in l. 2. C. de apocis public. lib. 11. Bald.  
in l. etiam, col. fin. C. de except. rei iu-  
dic. & in cap. 2. requiris, de appellat.  
Rom. in dicto §. Actorum, Ias. in l. si  
duobus, S. p. ff. de leg. 1. vbi hoc com-  
probant tribus conclusionibus, & ita  
concludit Reg. Reuert. dicta decis. 31.  
versic. 2. est conclusio, & ita fuisse con-  
clusum in Regia Camera Summariaz  
refert Reg. Moles decis. p. sub tit. de do-  
12 natuuis per totam, dicens quod  
quando donatiuum incipit à qua-  
ntitate, & terminatur in unam causam,  
puta Barones donant mille pro uno  
adoho, siue donatiuo, tunc pars  
forsan non soluta cedit damno tou-  
us Regni.

Verum in donatiuo ducatorum  
60000. factio in anno 1551. repeto

quod fuerunt deductæ, & suspensi  
infrascriptæ partitæ, vt sequitur  
Die 24. Iulij 1551. facta relatione  
III. Domino Proregi, per Regiam  
Cam. Summariaz, referente Excell.  
D. Locumtenente fuit prouisum su-  
per eo, quod defuit in ultimo dona-  
tiuo duc. 60000. quod partita, quæ  
defuit in adohis ratione immunita-  
tis, quam habent Domini de Col-  
laterali Consilio, de Regia Camera,  
& de Cōsilio Sanctorum Claræ, alijs de  
Capuano, non aggregetur ad dam-  
num Regni, sed donec aliter per Suā  
Cæsar. Maiestate siue per Excel-  
lentissimū D. fuerit prouisū, suspen-  
datur in damnum Regiæ Curiæ, &  
idem fiat de partitis illarum Terra-  
rum, quæ habuerunt immunitates  
dicti donatiui à Sua Excellentia. Et  
idem fiat de illis partitis functionum  
fiscalium, quæ per aliquos particu-  
lares tenebantur in feudum, & ven-  
ditæ in burgensticum; idem de  
partitis immunitum particularium  
Sedilis Capuanæ; Et idem de illis  
Tetris, & feudis ad Regiam Curiam  
ob lineam finitam deuolutis, cum  
poenes Regiam Curiam nullum di-  
catur esse feendum, reliqua quanti-  
tas, quæ deficit, aggregetur ratio-  
nibus Regni, & nō Vniuersitatibus,  
hoc suum &c. vide supra qu. 40. nu.  
4. pro Collateralibus Consiliarijs.

13 Tertius casus, quando donatiuū,  
siue adohum imponitur personæ i.  
ut quilibet persona, siue ut quodlibet  
foculare, vel ut quilibet Baro  
solueret certam summam, tunc ex-  
cepti detrahuntur in damnum Regis,  
non autem Regni, adeò ut non te-  
neantur soluere ratam, & partem  
exemptorum, ita ex doctr. Bart. in  
dicta l. 2. C. de apoc. public. idem Bald.  
in dicto cap. 2. requiris, & Canonista in  
dicto cap. Accidentes Reg. Reuert. ubi  
supra versic. tertia est conclusio. Petr.  
de V bald. de collect. parte prima num.  
27.

Quar.

- 14 Quartus Casus, quando Regnum donaret Regi, nemine exempto, & ita Rex acceptauit expræssè, & sic voluit, vt omnes soluerent, tam priuilegiati, quam non priuilegiati, & tunc si comparent priuilegiati, dicendo, quòd Regnum non potest illis præjudicare circum eorum immunitates; & post multa fuit per Regiam Cameram conclulum, quòd nullatenus esset Regnum obligatū, nec teneretur soluere ratā priuilegiatorum pertex. in l. his verbis, ff. de duobus reis, & in Authentica se quando C de Conſtit. pecun. vbi quando in persona vnius non potest cōſtītere obligatio, tunc alter non tenetur, & si ambo promisissent, quia quis tenetur prò illa parte, prò qua in dubio potest obligari, sed Regnum potest, & debet se obligari prò parte non exemptorum, non autem exemptorum, prò vt refert Reg. Reuert. dicta decis. 73. Petr. de Vbald. d. loc.
- 15 Nisi tamen Regia Curia esset possessione, vel quasi exigere integrum donatiuum, & omne illud, quod potuissent soluere exempti, ac priuilegiati, ac si non essent exempti, quia tunc in eo casu fuit ordinatum, quòd integrum donatiuum exigeretur à Regno, & ita fuit scriptum in votis Regiæ Cameræ, & erit lex perpetua, refert idem Regens Reuert. dicta decis. 73. parte prima verſc. circ̄a primum in fine, quod decretum fuit latum, referēte Regia Camera in Collaterali Consilio corā Excellentiss. Prorege die vlt. Octobris 1583. & fuit ordinatum, quòd Regia Curia manuteneatur in dicta possessione, seu quasi.
- 16 Quintus Casus, quando in casu vrgenti factum esset donatiuum, & Regnū donaret nemine exempto, & Dominus ita acceptasset, quia hoc casu priuilegiati non tenentur contribuere, prò vt sic fuit decisum in fauorem priuilegiatorum, refert
- idem Reuert. d. decis. 73. verſc. quòd ad secundum.
- Sextus Casus quando Vniuersitatibus tantum esset concessa immunitas, vt tunc non damno aliorum, vel fisci, sed aliarum Vniuersitatū damno cederet talis immunitas, Camill. de Curt. in diuersor. feudal. fal. 25 cap. incip. redeundo igitur, n. 32. Pat. Andr. Molles in probem Conſuet. Neap. q. 6. n. 16. Reg. Moles decis. 2. de collectis.
- 17 Vel si esset priuilegium concessum per pecuniam, quia nec teneantur, idem Reuert. ibidem.
- Septimus Casus, quādo Rex imponeret adohum ex causa guerræ, an hoc casu immunes debet solvere vide quo dico suprà d. qu. 14. nu. 18. in fine etiam 44. vbi latè.
- Quid autem si aliquis esset immunis ex causa priuilegij, vt nō tenetur ad resarcīendum damna data in Comitatu, an hæc pars istius immunis cedat damno aliorum Comitatensium, & sic aliorum de Vniuersitate, maximè in Regno nostro Iacob. de Aren. in l. ab omnibus in princip. de leg. 1. tenet, quòd cedit damno aliorum, qui tenentur in solidū, quem secutus est Alberic. à Rosate de statutis p. 2. quæſtion. 95. num. primo.
- 18 Circà secundum caput, & tunc circumscriptis illis casibus, in quibus Barones, vel aliq personæ non soluunt, tanquā exempti, siue immunes, difficultas cōſtītit in puncto illo tantū, quid si aliqui de facto non soluissent, vel non essent taxati, an pars istorum debeat solui ab alijs, vel an soluta debeat cedere damno Regis, siue fisci, adeò vt fiscus debeat reficere illis, qui soluerunt, vel repetenda est à non soluentibus. In quo capite Regens Moles decisione prima per totam titulo de donaz iuis consideravit nonnullos casus.
- 19 Primus Casus, quando totum Regnum, vt potè Barones, & Magi- Ec gnates

gnates ipsius Vniuersitates, ac totum Regnum donant Regi certam summam; & tunc si fiscus exegisset integrum summam donatam ab alijs, fuit determinatum (dicit Regens Moles ibi) contrà fiscum, vt non possit exigerè à non soluentibus partem suam, sed quòd à non soluentibus reficienda sit illis, qui prò illis soluerunt.

20 Secundus Casus si Baro, vel alius non solueret, vt quia non esset taxatus, ex quo Reg. Cur. non haberet illum taxatum, tunc dicit Regens Moles ibidem, quod Regia Camera determinauit, quòd cedat damno Regiæ Curiæ, & per cōsequēs quòd dicta pars soluta sit reficienda Conbaronibus. siuè alijs, qui soluerunt integrum summam, & si: etiam partem spectantem illis, q. i. non sunt taxati, si essent antea taxa*i*.

21 Tertius casus quando donatiū, siuè adohum imponitur non in certa summa, sed in parte integrali, putà dant vnum adohum, vel pto donatiō donant vnum adohum, & si aliqui non soluant, tunc pars illorum non soluta est reficienda fisco, adeò vt fiscus debeat habere integrum adohum, siuè donatiuum promissum, adeò quòd si pars illa non soluta subtraheretur, adhuc illam fiscus posset petere, ea ratione, quia promissio non est facta in summa, sed in parte, quæ debetur integræ, prò vt sic refert ibi Reg. Moles fuisse conclusum.

22 Quartus casus Præcedenti contrarius, si donatiuum, siuè adohum inciperet à quantitate, sed posteà terminaretur in parte aliqua, siuè causa, tunc pars non soluta, & forsan exacta reficienda est Baronibus, vel Regno ipsi, qui forte soluerunt, vt refert idem Moles ibidem, & nos diximus sup.hac ead. *quæst. in 2. casu p. capit. 2.* ea ratione, quia incipit à quantitate, à qua possunt deduci onera, & potest minui, quos

omnes casus repilogat idem Regens Reuert. in alia decis. 77. eadem p. 2.

23 Ad tertiu caput, si aliquæ Terræ sint impotentes, an pars impotentiu debeat cedere damno potentium, adeò vt ipsi teneantur illorum partem soluere, an debeat cedere dāno 24 Regis, de quo artic. tēpore Regēt. Reuerterij, facto verbo per Regiam Cameram, per ipsum Collatarale Consilium, & Reg. Cam. fuit deci- sum, quòd omnes terræ, quæ dicuntur impotentes, & quæ realiter sūt inhabitatæ prò magna parte foculariorum descriptorum in Cedula- ri Regiæ Cameræ, ponantur in calculo in beneficium Regni, & ab eis per Curiales exigatur id, quod exigi potest, reliquum verò, quod soluere non possunt, amictat' Rex; si verò reperitur aliqua Terra in to- tum desolata, in qua nullum remansit foculare, nulla domus, sed tota fuit depopulata, prò vt fuit Ciuitas Vasti, quæ ob Turcarum inuasionem tota fuit combu- sta, & anima non remansit, sit de- leta à Cedulaario, & non ponatur in calculo, & sic focularia, in qui- bus alijs fuerint numerata, non fuerunt aggregata Regno.

In quo articulo sic distinguis; Aut impositio est personalis, & sic facta personis Regni; Aut realis, & sic facta rebus personarum. Pri- mo casu, aut consistit in labore personæ, aut persona ex causa personæ tenetur quid præstare. Si consistit in labore personæ, tunc quod non expeditur per vnum, expeditur per alios. *I. bonor., §. fin. ff. de muneribus, & honoribus.* Si in præstatione pecu- niæ, vel alterius, & tunc aut im- ponitur Regno, siuè Ciuitati sim- plicer, aut cuilibet de Ciuitate. Si Regno, vel Ciuitati, & tunc quantitatem impositam, quam non soluet vnuus, soluent alij de Regno, vel Ciuitate, quia tem- per

per est eadem Ciuitas, etiam dempto vno l. proponebatur, ff. de iudicij, l. sicut in municipibus, ff. quod cuiusque Vniuersitatis nomine. Si cuilibet de Ciuitate, & tunc unus pro aliis non soluerit. l. legatorum petitio, ff. de leg. a.l.p.C. ut nullus ex vice lib. 10.

Nisi noua impositio fieret pro causa dicti defectus, tot. sit. de superindictio, lib. 10.

Secundò casu principali, quādō realis est impositio, tunc alij soluerit, sed bona non soluentis applicabūtur soluentibus l. p. C. de omni agro desert. l. ff. C. de superindictio ex doctr. Bart. in l. 2. ff. de operis public. ita distinguit Petrus Antibol. de munerib. in princip. n. 27. vide Bart. in l. 4. S. actor. n. 8. ff. de re iudic. & in l. 3. C. de exact. tribut. lib. 10.

26 Sed idem Reuert. ibi declarādo, limitat supradicta, distinguendo, quād aut donatiuum, siue adohum incipit à persona promittētis, puta Regnum donat, Barones donant mille, vel adohum, aut Regnum donat pro quolibet foculari ducatum unum, vel pro quolibet foculari imponuntur caroleni decem, & tunc primò casu impotentes non detrahuntur, sed cædunt damno Regni. Secundò casu detrahuntur, & cædunt damno Regis, & hoc per iura, & DD. supra alleg. præcipue Petr. de Antibol. dicto loc.

27 Sed an Terra immunis à functionibus fiscalibus tā ordinarijs, quām extraordinarijs possit petere tumulū salis. vt erat antiquitūs pro quilibet foculari, respondeas negatiūe, pro ut sic fuit decisum in Regia Camera in fauorem Regij fisci contrā Ciuitatem Catanzarij, refert Reg. Reuert. decis. 91. p. 3. per totam, dicens, quod etiam expediuerunt litteras significatoriales contrā di- etiam Vniuersitatem, & alios, vt restituerent sal pro præterito exaqū;

Quod tumulū salis in Regno hodie est cessum Regi, tamen ponitur hoc prò locis, vbi debetur, imò ille, qui habet à Rege tumulum salis prò foculari, potest prò suo libito voluntatis in eius patria illud vendere, prò ut sic fuit decisum in Regia Camera in anno 1506. die 19. Decēbris poenes Secretar. Hic esset inse- rendum caput de Illiricis, & Epirotis, vide in fin. versc. Hec tandem.

28 Sed quārō si totum Regnum donaret donatiuum Regi ex aliqua causa vrgenti, an Clerici debeant esse immunes à donatiuo prædicto, & dico, quād etsi in Regnis Aragonum, distinguatur, quād aut Clerici habent vocē in dicto donatiuo, aut non habent vocem, nec congregantur.

29 Primò casu, quandò Clerici vocantur, & congregantur prò expediendis rebus publicis, siue prò bono publico, in quibus locis Ne- publica representatur per tria brachia puta Ecclesiasticum, Militare, & Regale, quāz tria brachia re- præsentant rem ipsam publicam, & de rebus publicis agunt, ac illas terminant, & tunc tenentur; quia ipsi conuocantur, & tractant de be- neficio, tam Clericorum, quam Laicorum, & hoc nituntur licere ex Abbe in c. non minus de immu- nitate Eccles. & ex cons. 3. vol. primo, ubi loquitur ex concessione Papæ.

30 Secundo casu, quandò non con- gregantur, quia non vocantur, nec possunt compelli, vt ipsi dicunt, & est determinatum per Regiam Ca- meram Summ. vt refert Reuert. decis. 16. vol. primo, & ita fuerunt ex- peditæ prouisiones in fauorem cle- ricorum, sed supradicta omnia, & inferius dicenda debent intelligi iuxta explicata ab Antonio Diana parte prima tratt. 3. de parlamento resolut. 22. & vt declarant Canonistæ in iure Can.

- 31 Quid autē sit de iure dicendū pro bonis donatis Clericis, vel aliās emptis vidēdus est Epis. Ricc. par. 4. collect. 901. & Reg. Reuert. decis. 56. in fine, sed quādo casus occurrerit cōsulendus est prædictus Anton Diana tract. 2. de immunit. Ecclesiast. resolut. 42.
- 32 Quandō autem Regnum inuaderet ab infidelibus, quamuis Iacobus de Ayello de iure Adobæ vers. si regnum patitur, quem refert, & sequitur Reuert. dicta decis. 56. in fine, & 73. volum. primo vers. quoad tertium dicat, quòd tunc prò tuitione fidei, & fidelium possunt clerici collestari, tamen eorum doctrina debet intelligi iuxta superiùs explicata à Diana, & Doctoribus Canonicis.
- 33 Declara tertio nisi Clerici teneant feuda sub contingentis eruitio feudalī, siue adoha, quia tunc non vti Clerici, sed vti feudatarij tenetur ex tex. in cap. Cæterum de iudicij, & sunt etiam vulgata iura, vt ex Marc. Anton. Genuen. in practicabilib. Ecclesiasticis tricenn. 1. dixi Ego de iur. releu. p. 4. q. 25. & ita fuit per Reg. Cam. conclusum, refert idem Reuert. dicta decis. 73. versic. quoad 3. videas Rosental. de feud. cap. 8. conclus. 3.
- 34 Declara quartò, quòd Clerici in Regno nostro sunt immunes à datijs, & gabellis prò vt ius Canonici DD. in l. Placet. & in l. omnis, C. de Sacro San. Eccl. ubi Cynus, Bald. & alij, Bertachin. de gabell. p. 6. q. 7. Petrus Gregor. Tholajan. syntagm. iur Vniuer. cap. 8. n. 2. lib. 5. Henrich. à Rosental. ae feud. cap. 5. de regalib. conclus. 47. n. 8. Regner. Sixtin. de regalib. lib. 2. cap. 6. n. 11. & in conformitatē nos habemus in Regia Camera decretum generale latū in anno 1541. die 27. Septembris, continens vnde cim capita in favorem Clericorum, vt apparet ex libro notamentorum Regiae Cameræ, per quam Regiam Cameram non solūm fuerunt declarati immunes Clerici, sed etiam
- 35 Commendatarij, & Cruce signati Religionum militantium, dumodo possideant Commendas, seu illarū partes, siue vulgò, le Grancie d' quelle, vt apparet ex eod. decreto generali, cap. 10.
- 36 Declara quintò vt Clerici sint immunes à functionibus fiscalibus, & Collectis, etiā prò illis bonis per eos posseditis, & emptis antè Clericatum, quæ erant accatastata antè Clericatum cum hac modificatio- ne, vt teneātur soluere prò residuo illius anni, quo fuit clericatus, né- pè à principio anni vsque ad diem Clericatus, prò vt sic fuit decism per Regiam Cameram die 22. Iulij 1513. in causa Vniuersitatis Calatiae cum presbytero Ioanne, poe- nes Secretarium Granata.
- 37 Declarara sexto, vt immunitas hospitandi milites cōpetens Clerici, & Præsbyteris. l. 2. C. de Episcop. & Cleric. extendatur etiam ad corū patrem, & matrē, & fratres, dummodo cum filio Clerico habitent, ve- rū tenentur contribuere dicti ha- bitantes cæteris hospitantibus, & quòd habitatio non fiat ex fraude, prò vt sic ordinatum refert Musius Surgens in adnota. ad Marcum Ant. Surg. de Neap. Illustrata cap. 22. f. 386. vers. quæ quidem multum face- rent.
- 38 Declara septimo, vt immunitas prædicta competes Clericis, exten- datur ad puellas, quæ habitat clau- straliter in loco religioso, prò vt sic fuit iudicatu in causa puellarū xe- nodochij S. M. Charitatis in hac Ciuitate Neapolis per Regiam Cameram referente D. Petro de Vera de mense Maij 1605. prò vt sic refert Ioannes Baptista de Tho. in verb. Immunitas p. 1.
- 39 Declara octauo, vt Clerici gau- deat immunitate prò bonis donatis ad

*ad titulum patrimonij, prò ut refert  
sic decisum in causa Vniuersitatis  
Môtis Herculis, Tb. Zerul. Episcop.  
Minorens. in prax. Episcop. in verbo  
Clericus D. Aloysius Riccius in prax.  
variar. resolut. resolut. 431. Sic etiā  
gaudent immunitate prò bonis'be-  
neficialibus, prò ut tam de bonis  
patrimonialibus, quā de beneficia-  
libus sint immunes, decisum refert  
*Anna allegat. 13. Camill. Borrell. cent.*  
*74. D. Riccius Collectan. 165.**

40 Nec tandem omiētas quid sentiendum de Terris, quæ habitantur à personis illis, quæ non habent certam mansionem, ut putā quia hodie habitant, & cras non, ut quia descendunt, & redeunt, ut sunt in hoc Regno focularia Græcorum, Illiricorum, & Epirotarum, hisquæ similia, dicas, quòd adoha est solvenda, & non soluenda, quia quandiu habitant, soluunt adohā prout de feudo habitato iuxta numerū foculariorū, quæ habitantur, & quādo nō habitant, tunc adoha non exigitur, prò sic fuisse decisum refert Sygism. Loffredus in tie. quis dicatur Dux. & quomodo numeretur extat decisio Regent. Salernis. 40. ubi D. Thorus in addit. plura adduxit.

## **ARGVMENTVM.**

Dè Procuratoribus , qui interueniunt in parlamento, quādo vnu possit esse procurator plurium, Et quando posunt alterum substituere , Et quando esset Procurator , & Baro insimul , Et de modo sedēdi inter Barones, & Procuratores , & Baiulos minorum, & de alijs .

- 1 Procurator potest constitui ad comparendum in parlamento prò donatiuo tam ab Vniuersitate, quam à Barone, quando sunt impediti, & sub n. 5.
  - 2 Procurator in parlamento potest unus à multis constitui, licet perniciose.
  - 3 Suffragia, & Vota mulorum non debent reponi in voluntate unius.
  - 4 Procurationum multisudo prohibita est in una persona.
  - 5 Procuratio ad donandum debet esse specialis, non autem generalis.
  - 6 Parlamentum ex causa publice necessitatis potest tractare aliquid negotium ultra mandatum parlamenti.
  - 7 Procurator in parlamento debet sedere in loco, ubi sedebat suus principalis, & quomodo seruetur.
  - 8 Procurator constitutus in parlamento, non potest substituere alium, & quomodo intelligitur.
  - 9 Baiuli minorum non procedunt Baronies in parlamento.
  - 10 Procurator, & Baro insimul quo loco sedere debet, & quomodo dat votū in parlamento.
  - 11 Procurator alterius, & Baro insimul potest sequi unam sententiam vti procurator, & aliam vti Baro.

## QVÆSTO LXII.

**S**Olent nonnulli Barones , &  
Vniuersitates Regni consti-  
tuere procuratores ad cōpa-  
rendum in parlamento , cum pote-  
state concludendi omnia , quz sibi  
videntur , maximē si sunt impediti  
ita Auendan. dē exequend mandat.  
*lib. 2. cap. 10. n. 7. Bellug. inspecul.*  
*Princip. Rub. 7.n. 1.D.Garf. Maſtrill.*  
*de Magistrat.lib. 5. De Regni depu-.*  
*tis n. 45. Et vitinam non constituerē-*  
*tur , nam nonnulli ministri Iustitiae*

vt plurimūm constituuntur Procuratur à multis Baronibus cum imparitione liberæ potestatis donandi, & omnia alia faciēdi in parlamento, Et non solum vnam procuram (vt ita loquar) obtinent, sed plures, & fuit minister in quibusdam parlamentis, qui comparuit cum plus quam centum procuris, siue vt melius dicam procurementibus Baronum, & Vniuersitatum, concludendo vnu nomine tantorum principaliū.

- 2 Quæ procuratio multorum, vt supra, in persona in vnius potest fieri, & taliter constitutus habet tot voces, & tot vota, quæ sunt constituentes, vt ex cap. scriptum notat ibi Abb. verific. ibi nota, & verific. duo alij dē electione, & ex alijs docet D. Gars. Mastrill. ubi supra n. 57. idē aduertant si qui tales sunt, quos nequaquam credo adesse, tamen possunt esse, agitur enim dē anima, & dē præjudicio tantorum, & tot pauperum, sapienti pauca, sum lumenis, nō licet loqui dē gestis seniorum, loquatur autem ille c̄tate, & iudicio senior, Regens Ioannes Franc. de Ponte de potestat. proreg. sit. de elect. official. S. 5. n. 23. qui in aliqua verba prorumpit; ad quæ remitto lectorem, & dum hæc scribebā peruenit mihi ad manus Pater Antoninus Diana Clericus Regularis resolut. moralium tom. p. tract. 3. resolut. 7. qui referēs itidem dicta Ioan. Franc. de Ponte exclamat contra tales, quæ multiplicatio, & multi-
- 4 tudo procurementum factarum in personam vnius prohibita est in Regno Siciliæ, excepto brachio ecclesiastico docet Mastrill. ubi supra n. 44. maximè in magistratibus, qui in parlamentis non possunt esse procuratores, vt ex mandato Regio in eod. Regro. Siciliæ aduertit idem Mastrill. ubi supra n. 49.
- 5 Quæ procuratio ad donandum.

debet esse specialis, & specialiter constare, & est stricti iuris, adeò ut vnc expresso, non venit aliud, ita ex Bartol. in l. ambitiose ff. de decr. ab ordine recitand. , & docet Petrus Bellug. in specul. Princip. Rub 7. n. 2. tit. dē babilitation. Curia.

- 6 Et potest procurator, vel alius intrans in parlamento proponere, vel tractare, vlt̄ rā illud, quod est mandatum in literis Regijs, vel ad quod est conuocatum parlamentū, & hoc suadente publica necessitate vel ratione, & causa boni publici, vt aduertit Mofes. in summ. tom. I. tract. 6. cap. 16. n. 110. P. Diana vbi supra Resol. 9.

Et debet constitui tales procuratores, stante impedimento constituentium, alias dē iure non possent, licet alias in vnu receptum sit, vt ex multis docet idem Bellug. d. Rub. 4. n. 3. sit. vt. vocati ad Curiam personaliter veniant cessante impedimento.

- 7 Et tales procuratores debent sedere in loco vbi sedebant sui principales, ex ratione, quia deputatus reputatur persona Domini, ita Marin. Frecc. de subfeud. lib. 3. qu. ultim. anu. 52. ad 58, licet aliter intelligit Mastrill. ubi supra n. 61. ex doctrina Luc. de Penn. in l. cōperimus C. de proxim. sacr. scrin. dicens, quod sedere debet ultimus potest alios principales, & in Regno Siciliæ seruari præcedentiam inter ipsos procuratores testatur Franc. de Pont. dec. 12. n. 150.

- 8 Et licent possint substituere alios loco sui, quando habet potestatem substituendi, tamen hoc non posse fieri resolut idem P. Diana d. loco resolut. 8. sed hoc non procedit simpliciter, quando substituit æque idoneum sine culpa constituentis, vt aduertit Vincent. de Franch. decis. 9 212. tom. I. secūs vero quando procurator constitutus videns, quod ea, quæ in parlamento recte non procedunt, & quæ iusta perficere non

non potest, vel timore, vel impo-  
tunitate illorum, qui contraria sua-  
dent, tunc substituendo peccat mor-  
taliter ita P. Diana dicta resolutione  
nu 8.

- 10 Sed aliquandò contingit, vt in-  
parlamento, quis compareat vti  
procurator, & vti Baro, vt pluriès  
in Regno occurrit, prò vt dubitat  
*Camill. Borell. in addit. ad Bellug. Rub.*  
45. tit. de *inequalit. vocum in addit.*  
*inoip. Quod officium*, tunc in dando  
vocem, an possit diuersificare, nem-  
pè vnam vocem dare, & sic vnum  
votū vti Baro, & diuersam vti pro-  
curator, cui quæstiōni resolutiū  
respondeo, distinguendo, quòd aut  
talis Baro habet mandatum specia-  
le cū voto explicato, & limitato,  
& inserto in mādato per constituē-  
tem, & tunc potest dare vocem suā  
vti Baro, licet diuersam à voto vti  
procuratoris, Aut mandatum siue  
procuratio est indefinita, siue illi-  
mitata in libertate procuratoris, &  
tunc vnicā voce, & vnicō voto de-  
bet explere omnia, tam vti Baro,  
quam vti Procurator ita ex mente  
*Felini, & Abbatis in cap. quamuis de*  
*officiis deleg. distinguit Camil. Borrel.*  
*in d. addit. cum sequentibus. P. Diana*  
*dicto loco resol. 10. licet alias ipse vi-*  
*deatur tenere, sed non simpliciter,*  
*nam ipse supponit, quando non ad*  
11 eslet scandalum, vt tunc talis Baro,  
& procurator habens rationes pro-  
babiles prò vtraque opinione vt  
possit vnam sequi vti Baro, & aliam  
vti Procurator, fateor tamē, quòd  
ipse P. Diana omnia ferè optimè  
resoluit, maxima cum ingenij per-  
spicacitate, & acumine, prò vt in  
præsenti casu, in quo larga opinio-  
nem profere, & hoc cum maximo  
iudicio propter euitanda peccata.

An concessō feudo cum ado-  
ha taxata siue determinata, si  
deinde concessionarius vi-  
gore pacti, vel potestatis sibi  
concessæ redemerit, vel re-  
integrauerit corpora, an taxa  
prima debeat augeri propter  
corpora reempta, siue reinte-  
grata.

## S V M M A R I A.

- 1 *Concessa potestate redimendi corpora*  
*feudalia, si ex illis reintegratis au-*  
*geatur feudum, an etiam augeatur*  
*ad oba feme liam taxata.*
- 2 *Retrouenditio facta vigore pacti de*  
*retrouendendo, non mutat rem, &*  
*eius accidentia.*
- 3 *Servitium non augetur, quando feu-*  
*dum crevit industria, & expensis*  
*feudatarij.*
- 4 *Taxa servitij nō augetur, nec potest*  
*de nouo illam Dominus taxare,*  
*quando fuit concessa facultas redi-*  
*mendi, siue reintegrandi corpora.*
- 5 *Res empta ab barede, non debet re-*  
*stitui fidicommisario, nisi soluto*  
*precio.*
- 6 *Fiscus nihil potest pretendere super*  
*corporibus reintegratis, vel reemp-*  
*tis, quando est concessa potestas re-*  
*integrandi.*
- 7 *Decisio Regentis Reuertery ponitur.*
- 8 *Taxa ad oba poenes venditorem fa-*  
*ctia non augetur poenes emporem.*
- 9 *Resolutio contractus non dicitur*  
*nouus contractus, sed distractus, &*  
*declaratur l. 2. C. de pactis, & n. 10.*
- 11 *Actio ad feudum dicitur feudalis.*

## QVAESTIO LXIII.

**H**ic articulus dum à me veniret disputandus ad materiam, & dum ad illum me accingeré, revoluendo decisiones Regen. Reuerterij, reperi decisionem, & partē int̄r easdem decisiones reperi intrò posicam quamdam allegationem cum subscriptione Ioannis Angeli Pisaneli. Ego autem prò more meo abstinui à penna, & volui hic inserere allegationes prædictas cum decisione, ut sequitur.

Quamvis non reperiam in specie tactum dubium, tamē videtur mihi, quòd nullo pacto sit augenda taxā iā facta in personā Ill. Ducissæ Martinæ, quæ causā habuerat ab Ill. Du ce Grauinæ. in cuius persona erat feudum taxatum nō obstante, quòd Ill. Marchio Campanæ: cui fuerat cessum ius redimendi, & reintegrandi, competens Duci Grauinæ, & successivè Regiæ Curiæ redemerit irtute, illius iuris.

Primò hoc probo, concessa Ciuitate Campanæ cum certa limitata summa fuit reseruatum seruitium quod demum fuit taxatum, licet igitur etiam concedatur facultas reintegrandi, & redimendi, hoc est ultra summam taxatam, in qua nullū seruitiū est annexum, nec appositum. Immò fuit in augmentum ergo prò isto augmento nullum debetur seruitium. Prò hoc allego *Decis. And. in c. p. 9. de manso col. quinta in vers. quid si ut fuit ex facto de controu. Inuest. vbi voluit quòd si Rex cōcedit feudum valoris vntiarum viginti, & sic sub seruitio vnius militis prò ut sunt feuda in Regno, & demū in augmentum feudi dedit vnā domū valentē quantum totum feendum, quòd non debeatur maius seruitium, & commune ut iā in 2. col. ibi in dubio quando dixerat s̄. quia erat in alijs, non in hoc*

taxatum seruitium, & ex facto declaratur voluntas, et hoc vide mus tota die, quòd concessò feudo, & data facultate reintegrandi, facta taxa semel, si demum reintegrantur membra alienata, non fit noua taxa alijs esset destruere totam machinam mundialem Regni.

Et ratio videtur mihi in casu isto aperta, nam Ducissa Martinæ non tenebatur vendere nisi ex pacto habito cū Duce Grauinæ. Dum igitur fecit reuenditionem, non dicitur de nouo facere, sed reddere ita q̄ introytus dicuntur esse in eadem causa, et qualitate prò ut erant ante venditionem, & non iudicantur tāquam de nouo acquisiti, ita formaliter consulit, & declarat *Decis. in conf. 88. col. 11. vers. ad hoc breuiter respōdetur, ad quem remicto ultra quæ idem considerat An so: de Alex. in conf. 52. col. 11. inter Confilia Loffredi*. Ex quo infertur quòd si per Ducem esset facta remptio, diceretur res redita, & nō noua, quòd regnere debet naturā antiqui feudi, & non minui ita arguit in materia feudalī, & quòd non cōsecatur nouum, idem *Decis. in conf. 53. col. prima, vbi dicit esse inspeciendam originalem causam, ut ibi latius per eum.*

Et ista opinio tanto fortius est tenenda pro quanto hoc augmentum peruenit ex industria, & pecunia redimenti, nam ad eum stabat velle, vel nolle redimere, & ponendo pecuniam à persona consideratur, ut considerat *And. in c. p. 9. Et si libellū col. 4. in fs. ibi vel si esset filius industrius de alien. feud. pater. Ex quo succedit decisio And. in. c. p. col. 11. ibi item procedit de vass. decrep. et al. quod non beat augeri seruitium quando ex industria, & facto feu datarij superuenit augmentum, & ita residet Dominus Jacobus de Gello Praefidēs Reg. Cam. quē cognoui suo tem-*

tempore magnæ auctoritatis in suo  
compendio de iure adohæ in c. incipien-  
te. Item si feudum crevit, vltra quem  
iddem tenet Paris. de reintegrat.  
car. 96. in c. incipiente, & reperitur  
ibi dum augmentatur, Idem Paris.  
car. 75. in c. an si Dominus, idem Pa-  
ris car. 90. in c. quero vassallus, non  
.n. in casu isto posset tractari de al-  
teratione taxæ, si reemptio facta nō  
esset, ergo factum eius, & pecunia  
sua hoc introduxit, alias nō esset  
disputandum. facit decisio And. in c.  
p. 9. sed etiā col. 11. ibi si vero agnatus,  
per quos fuit inuest. vbi dixit quod  
prò augmento feudi, non fit noua  
inuestitura, cū sufficiat prima, tenet  
Aluar. in d. S. de manfo de contro. in-  
uest.

4 Et iudicio meo videtur mihi,  
quod si velit fiscus dicere quod il-  
lud ius redimendi sit ius nouum  
competens fisco, ergo si Curia redi-  
misset, & demum introitus conces-  
sisset, essent nouiter taxandi, quod  
ista ratio non iuuat, nam fiscus con-  
cessit ius redimendi, ergo non po-  
terat vltérius ipse redimere, specta-  
bat igitur concessionario, qui re-  
demit de propria sua pecunia, opor-  
teret igitur, quod fiscus volens ta-  
xare introitus, quod solueret pecu-  
niā redemptionis, alias non posset  
super ipsis introitibus nouam taxā  
facere, hoc colligo ex decij. Detij in  
5 conf. 238. col. 5. vers. quinto queritur,  
vbi voluit, quod hæres grauatus de-  
restituēdo, si redimit rē alienatā cū  
pacto de retrouendēdo facto defun-  
cto nō possit cogi restituere fideicō  
missario, nisi prius fideicōmissarius  
soluat premium erogatum, quia hæ-  
reditas est aucta facto, & pecunia  
hæredis, et in restitutione nō venit  
nisi ius redimendi, cum igitur Curia  
non potest dicere introitus ad se  
spectare, quia per cessionem iuris  
redimendi erat actio quæsita redi-  
menti, sequeretur quod tanto minus

potest de onere imponēdo tractare,  
sed debet res stare sub regulis, sub  
qua per prius stabat.

6 Facit etiam quia si Curia remi-  
sisset pactū Ducissæ Martinæ, quia  
esset sublata illa actio personalis  
vt considerat Affl. in const. constitu-  
tionem diuæ memorie, iam introitus  
pænes Ducissam remanebant liberi  
nec fiscus aliud prætendere potuif-  
set, ergo ita dicamus post quam fi-  
scus cessit hoc ius alteri, ita quod  
per renunciationem fecit se peni-  
tius alienum, vt per And. in c. 1. 5.  
sed etiā res col. 11. in f. ibi item cum  
quos desnit, per quos fiat inuest. &  
sic non poterit aliquid vltra petere  
nisi vt primitū soluebatur secundū  
quam taxam Capitula Neapolita-  
na disponunt, & sic perinde, ac si  
totaliter esset pactum extinctum  
quamvis Ipedet ad fiscum. Pro  
quo etiam considerari potest si Du-  
cissa Martinæ, in cuius persona erat  
sub taxa antiqua, alienasset Ill. Mar-  
chioni Campane, iam virtute  
Capituli Neapolitani transiſſent  
introitus cū qualitate primæ taxæ,  
et sic postquam coacta voluntas sit  
voluntas, iuribus vulgatis, idē dicam-  
us si ipsa fuit coacta vēdere, & hæc  
mihi vera videtur vera de iure, & de  
equitate, postquam fiscus magis es-  
set in damno, si voluisset prætium  
exbursatum soluere, & non posset  
introitus repetere, stante donatio-  
ne iuris redimendi facta Ill. Mar-  
chioni, nec in iure redimendi potest  
taxa fieri, cū cōsiderato eo de perse  
nullā vtilitatē in fructibus cōtinet,  
nec potest cōsiderari dīectū domi-  
niū in rege, et utile in feudatario.  
Immo, elapsō tēpore, esset finitum  
ius, & sic finitum feudum, istam ra-  
tionem fecit And. in c. 1. 5. 1. ibi fi-  
cus debet mihi de feudi cogni. Dum  
ponit exempla plura in quibus pos-  
sit feudum consistere.

Ioannes Angelus Pisanelius.

A R-

## ARGVMENTVM.

An taxa antiquia augeatur propter corpora reintegra-  
ta virtute pacti de retrouen-  
dendo, siue iuris luendi.

*Decisio 50. Regen. Reuerterij.*

- 7 **S** Va Cæsarea Maiestas concessit Ill. Domino de Monaco Ciuitatē Campaneæ cum titulo, & honore Marchionatus, & cum potesta- te luendi introitus dictæ terræ alienatos cum pacto de retrouenden- do; Reperti fuerunt alienati ducati 1000. annui per Ill. Ducē Grauinæ Dominum dictæ terræ antè inua- sionem Regni per Lautrech Ill. Ducissa Martinæ, egit dictus Marchio Campaneæ contrà Ill. Ducissam, vt sibi retrouenderet dictos annuos ducatos 1000. quia sibi compete- bat ius reemendidatum, & conces- sum per Suam Maiestatem, ad quā omnia iura, & bona feudalia dicti Domini Ducis erant deuoluta ob eius fellowiam. Facto processu, dictus Marchio habuit sententiam in sui fauorem, & sic Ill. Ducissa fuit coacta retrouēdere dicto Marchio- ni dictos annuos ducatos mille. Ve- nit nunc Reg. fiscus, & petit, quod taxentur dicti annui duc. 1000. iux- tā nouam taxam, postquam feudū erat nouum in persona dicti Mār- chionis, qui dicit non posse, neque debere fieri nouam taxam, cum dicti annui introitus ducatorum mille iam reperiantur taxati, in Cædu- lario Regiæ Cameræ ad taxam anti- quam, prò vt reperiebantur taxati
- 8 tempore Ducis Grauinæ, & hoc virtute capituli concessi per Suam Maiestatem Ciuitati Neap. & Re- gno, quod taxa non debet moueri, nequè innouari, sed prò vt reperie-

batur poenes venditorem, debet continuari per emptorem, & non debet taxa moueri, In casu nostro non est dubium, quia sic dicti duc. 1000. peruererūt poenæ Marchio- nem ex causa emptionis, & dicta ill. Ducissa vendidit dictos duc. 1000, dicto Marchioni, & sic est titulus venditionis, & emptionis, & sic nouus contractus, vt ex tex. in l. 2. C. de pacti. empti. & vendit. & illud pactum, de quo ibi dicitur pactum de retrouendendo, vt dicunt ibi Bald. & Ang. idem Paulus de Castr. Aretin. in l. si cum venderet, ff. de pi- gnorat. act. Et istud melius, quā ali- bi declarat Paulus de Castro. in d. l. 2. C. de pacti. vendit. & empti. col. 2. vbi dicit, quod quando fit pactum legis commissoriæ, vt putā si dicatur si non solueris prætium infrā certum 9 tempus, tunc non soluto prætio, re- soluitur contractus ipso iure, & hæc resolutio nō dicitur nouus contra- ctus, sed distractus, vt notatur per Gloss. in l. p. in Gloss. fin. C. quando li- ceat ab empt. disced. ideo si cauetur statuto, quod de omni contractu solueretur gabella, non solueretur de hoc distractu, cum nō sit nouus contractus, & ita loquitur l. p. & l. 4. C. de pactis. inter empt. & vendit. lex verò 2. eod. tit. loquitur de pa- cto de retrouendendo non prò eodem, sed diuerso prætio, quam ven- ditio retrò facta, & ideo esset contra- ctus nouus, & veniret soluenda gabella, cum non diceretur resolute primū, ita Bald. & Paul. de Castr. ibi, Et ideo dictus Marchio habet hos introitus mediante tit. emptionis à dicta Ducissa venditrice, à fi- co solūm habuit ius luendi. i. actio- nem personalem, de qua loquitur d. l. 2. ad cogendum emptorem, vt sibi retrouendat vigore pacti de re- trouendendo, facti cum dicto olim Duca Grauinæ Domino dictæ ter- ræ Cāpanæ, quod pactū fuit inter- fi. cum

fiscum translatum, Et quod hoc ius sit solum actio personalis, est *tex. in l. 2. & latissimè*, & subtiliter declarat *Aretin. consil. 6. quasi per totum. Alex. cons. 10. p. vol.*

**11** Benè fateor ego, quòd ista actio personalis, quæ dirigitur ad feudū, dicatur feudalīs, argumento *tex. in l. oratio, ff. de sponsalib. & quod notat Bald. in l. postff., ff. de auctoritate tut. & Franc. de Aret. in l. p. C. si aduersus transact. & latè proposui in alia decisione mea in Quinterno Z. fol. tamen licet detur actio ad consequendum dictos annuos introitus feudales, est tamen illa actio diuersa, & separata ab illis introitibus, vt expresse dicit *Aret. vbi supra in d. l. p. C. si aduersus transact. vbi dicit*, quòd licet actio iudicetur mobilis, vel immobilis, respectu rei, super qua imponitur, & facit speciem perse diuersam, quia actio licet dirigatur ad rem mobilem, tamen non est res neque mobilis neque immobilis, sed est species de per se, & est *tex. in l. quam Tuberonis, §. penult. de peculio, & in l. 2. C. de quadrag. prescrip. Bart. in l. à Diuo Pio §. in venditione, ff. de rei vendic.**

Et hæc opinio, quòd actio sit diuersa à re, super qua interponitur confirmatur latè prout ex deducit in dicta decis. mea.

Vnde licet ergo Dominus Campanæ habeat à Sua Maiestate ius luendi, & sic actionem contrà Ducissam, vt sibi reuendat illos mille ducatos, tamen facta emptione, illos mille ducatos habet Dominus Campanæ à Ducissa, à qua emit, & non habet à Rege, à quo habet ius luendi, & sic actionem personalem; Et sic fuit hæc causa votata in Regia Camera Summaria in fauorem dicti Ill. Marchionis, quòd taxa nō alteretur, sed remaneat antiqua, prò vt erat in persona dictæ Illustris Ducissæ Martinæ.

Ex Domino Anibale Moles olim Regiæ Cameræ Præsidente, deinde Regiæ Cancelleriæ Regente. Dè iure Adohæ. Cum suis decisionibus per extensum, dè quibus in hoc tractatu fecimus mentionem.

**E**X dispositione iuris cōmunis seu dorum introductum fuit, quod Vassallus teneatur Domino suo personaliter seruire, & temporibus Conradi Imperatoris fuit dispositum, quòd loco seruitij personalis possent ista seruitia in pecunia exigiri, quæ hostendititia fuerunt dicta, quia contra hostes præstabantur. *And. in cap. 1. 2. col. de natura feudi, & glof. de pac. iuram. firm. in fine licet hoc fuisse in electione feudatarij, traddidit And. in cap. 1. §. firmiter de probib. feud. alienat. per Feder. quæ sequitur Iacobin. de feud. in §. & promiserunt, Taxa autem seruitij in pecunia fuit olim secundum dispositionem *tex. in cap. 1. §. similiter de capit. Corrad.* demum tēporibus Federici fuit dispositum, quòd taxa prædicta esset medietas fructuū illius anni, vt in *tex. in d. cap. 1. §. firmiter de probib. feud. alien. per Feder.**

In Regno autem nostro introductum est, quòd quando Vassallus habet feudum annui valoris vniuersorum 20. tunc tenetur ad vnicū seruitium, & dicitur unus miles, qui tenetur de persona seruire, cum tribus equis, & tribus mensibus, vt in *cap. Regis Caroli à Incipien. item statuimus, quod Comites, Quando vero seruitiū exigitur in pæcunia, taxa huius Regni est quòd de singulis 20. vncijs soluta ntur Vntiæ. decē cum dimidia, & sic medietas fructuum,*

Quum, & aliquid plus, quod procedit in feudis existentibus super Vas-sallis, In feudo verò inhabitato, di-versa est taxa, quia in eo non exigitur medietas, sed quarta valoris, & aliquid plus, & sic de vntijs 20. ser-uitū debetur in vntijs sex, Et quā-do feudum consistit in pæcunia, pu-ta in functionibus, vel gabellis, tunc minus exigitur, qnia de vntijs 20. debentur prò seruitio vntiæ quin-que cum dimidia, ita hæc moribus introducta sunt, vt pluries tradidit And. in cap. 1. §. firmiter, verſic. idem videmus dè probabit. *feud. alien. per Feder. cap. 1. s. fin. in finalibus.* *Quis dicatur Dux Marchio, vel Comes c. 1. s. similiter in principio de Capitaneo qui cur. vend. in cap. 1. S. sed nec alia iustior. quæ sit prima cauſa benefic. amit. & in cap. 1. de controuersi. feud. apud par. ter. & in constit. Regni quā plurium, & volui quandoque in-dagare, Vnde hi mores originem sumpserunt, & credo quòd per Pó-tificem Honorium Quartum hoc fuerit lege Sancitum in anno 1285. Nam cun Rex Carolus Primus in eius inuestitura promisisset Pontifi-ci, quòd subditi huius Regni viue-rent, prò vt viuebant tempore pri-mo, non Regum Romanorum; vi-delicet tempore Regis Guglielmi, qui optimus Rex fuit, vt traddidit And. que sunt Regalia in §. extra-ordinaria collatio p. col. & appetet ex inuestitura prædicta, quæ registrata est in primo Registro Regis Roberti de anno 1309 lib. 1. qui conseruatur in Regia Curia, volens idèo Rex Carolus primus prædicta adimple-re per eius Regias literas significa-uit Papæ Martino quartò vt taxam, & modum seruitis exigendi à feu-datarijs constitueret, & cætera Regni grauamina refoimaret, vt leg-itur in capit. Caroli VII. incip. Sta-tuimus, mandamus, & volumus, quod cum non fuisset per prædicū*

Pontificem Martinum peractum, eiis successor Honori Quartus id expleuit, & multa capita, & satis optima constituit, vt ex lectura ip-ſoru est videre, De duobus latè tra-didi supra in titulo de functionibus fiscalibus in principio.

Et inter alia capita mandaे, & disponit Pontifex, quòd Baro, & feudatarius, qui tenebatur, vt supra est dictum, seruire, personaliter prò suo feudo tribus mensibus cum tri-bus militibus, quòd in excambium seruitij prædicti personalis prò quolibet milite teneretur ad vntias tres cum dimidia, & per consequēs prò vno feudo integro tenebatur ad vntias decem cum dimidia, vt ex citatis capituli est erit videre, & sentit hæc omnia And. in c.p. S. simi-liter de cap. qui cur. verdid. in addi-tione n. 5. verſic. Quod autem feud. Verba autem capituli prædicti Pa-pæ Honorij sunt sequentia videlicet, Barones, vel alij extrà Regnum, nec seruire personaliter, nec adoha-menta præstare teneantur, in casib-bus infra Regnum seruire habeant, & adohamenta præstent antiqui-tus consueta videlicet, vt vel tri-bus mensibus personaliter seruiant cum numero militum debitorum, vel prò singulis militibus, ad quos tenentur prò quolibet trium mensi-um prædictorum tres vntias, & di-midiā auri soluant, & hoc debi-tè dè cetero inconcusse de nostro præcepto seruatum.

Et hoc seruitium quod in pæcu-nia exigitur, vulgo in Regno vo-catur Adohum, vel adhohamentū, quod ex eo processit, quod cum nō omnis feudatarius habet feudum valoris vntiarum viginti, tunc quia duo pluresùe insimul conueniunt, vt integrum militem faciant, & ser-uitium soluant, ab illo adhoamēto, & vnone, quam faciunt, teruitium quod indè soluitur sicut etiam dictū adho-

adohum, argumēto ab allusione vocabuli l. 2. §. appellata ff. si certū petat. quæ latius traddidit Andr. in cap. I. col. I. n. I. de cōtrouer. feud. apud par. term. & in dicto §. firmiter, & in dicto §. similiter de cap. Corrad.

Et ratio quare de feudo habitato, & super Vassallis seruitium in pecunia sit medietas fructuū, & aliquid plus, In feudis verò inhabitatis est minus, videlicet quartum, & aliquid minus, ut supra est dictum, ratio est, quia quando seruititum soluitur prò feudo super Vassallis, Baro potest petere subuentione à Vassallis suis, secundum dispositiōnem Constitutionis Regni incip. Quā plurimum, & cap. Regni incip. Item statuimus, quod Comites, Barones, & alijs ut tradidit And. in c. I. in final. verbis, quis dicatur Dux, Comes vel Marchio, quod non potest facere, quādo habet feudū inhabitatū ideo plus soluitur prò vno feudo, quam prò alio, & quia cum subuentio p̄dicta debeatur prò medietate iuxta Capitulum Regni incip. Comites, Barones, & feudatary, succedit quod dēpta illa medietate à Vassallis soluenda, feudarius tantundem soluat prò feudo cum Vassallis, quam prò feudo existente in gabellis, sēcū functionibus, sed prò feudo existente in territorio inhabitato aliquid plus soluitur, quia in gabellis, & functionibus non est spes, quod feudo possit augeri, prò ut in illo existente super aliquo territorio, ita hæc moribus introducta sunt, in locis p̄allegatis traddidit Andr. &c.

Hoc autem, quod supra dixi de subuentione, quam possunt exigere Barones à suis Vassallis per dictam Constitutionem Regni Quā plurimum hodiè in Regno non practicatur in seruitijs, quæ hodiè p̄stantur per Barones, & ideo quod hodie Barones non soluunt nisi medietatem ta-

xæ per iplos debitæ, quia de viginti vntijs, quæ faciunt vnum feudum, vel vnum militem, non soluunt vntias decem cum dimidia, sed soluunt tantum vntias quinque, & quartum, & sic de singulis centum ducatis, sicut tenerentur de iure soluere prò seruitio ducatos 52.1. 5. hodie non soluunt nisi ducatos 26.1. 5. Subuentiōnem autem non exigunt à suis Vassallis, quod ab anno 1504. temporibus Regis Catholici introductum fuit in Regno; Fuit n. antiquus Regni mos, quod in taxa adohi exigendi Reges Regni mandarent informationem capi de valore cuiuslibet feudi, secundum quam informationem conficiebatur cedularium, in quo omnia feuda Baronum adnotabantur, & quicquid prò quolibet feudo debebatur prò seruitio ut dixit And. in cap. I. de controv. feud. apud par. term. verific. erant. in Curia n. 9. post. text. Constitutionis Regni Iustitiarij nomen in fin. & hæc cedularia apparent hodiè in Archivio Regiæ Siclæ, & ultimum ipsorum confectum tempore Reginæ Ioānæ conseruatur in Regia Camera, & meminit de his cedularijs And. in. dicto c. I. §. illo tamen de controv. feud. apud par. termin. n. 10. & in Cedulaījs p̄dictis taxabuntur seruitia secundum morem antiquum, inclusa rata exactiōnis facienda à Vassallis, quæ erat prò medietate seruitij, sed in anno 1504. Regia Camera confecit nouum cedulare, in quo taxata sunt seruitia feudorum prò rata tantum solwenda per ipsos Barones, & sic prò medietate totius seruitij, deducta rata Vassallorum, quæ erat prò alia medietate, iuxta p̄dictum Capitulum Regni incip. Comites, Barones, & feudatary, quæ medietas debita per vassallos exigitur postmodum per Regiam Curiam, iuxta maiorem summam per

Ff iplos

ipos vassallos, & totum Regnum debitam in donatiuo , quod faciunt Regiæ Maiestati singulis bien nijs ad certam summam vnius milionis , quod donatiuum fit tam per Barones , quam per omnes alios regnicolas , & deinde distributione fit , vt certam summam soluant Barones , puta quartam , vel tertiam partem , & reliquum soluant Regnicolæ . Illa vero quarta , vel tertia pars soluenda per Barones distribuitur inter ipsos secundum ratam , & taxam seruitij per ipsos debiti , & in quo ipsi sunt , & reperiuntur taxati in cedulario v3. vnum integrum Adohum , seù seruitium totius Regni summam capit ducatorum 130000. vt appareat ex Cedulario , ultimo loco , confecto in anno 1564. modò prò quarta parte ducatorum sexcentum mille donatorum in anno 1564. competit feudatarijs soluere ducatos quindecim mille , qui partiti per æs , & libram , singulos Barones summam capiebant vnius integri seruitij ducatorum tresdecim mille , & amplius aliorum ducatorum duorum mille , qui partiti etiam per æs , & libram veniunt ad rationem granorum quindecim prò quolibet ducato , & sic omnes Barones Regni in dicto donatiuo anno 1568. pro summa ducatorum 150000. per ipsos debita , soluerunt quilibet ipsorum summam vnius adohi , & amplius grana quindecim prò quolibet ducato , non tamen soluerunt adohum ; sed soluerunt ratam donatam secundū taxam adohi , calculando tamen adohum , deducta rata vassallorum , & sic prò medietate ad rationem ducatorum 26. 1. 5. prò centenario , quia ita in donatiuo prædicto fuit conclusum , & dispositum .

Illud autem , quòd potuissent exigere Barones prò subuentione à iuis Vassallis , quando integrum ta-

xam adohi soluissent , exigitur à Regia Curia ab omnibus Regnocolis in restanti quantitate donatiui , facti secundum portionem per Regiam Cameram factam prò omnibus focularibus Regni , vt poterit videri ex consultatione Cameræ in Registro literarū Curiæ 41. anno 1568. fol. 7. quod iure fieri potuit , vt tradidit Luc. de Penn. in l. prima Cod. ut rusticani . ad null. obseq. & Iacobin. de feud. verfic. & promiserunt 9. col. in verfic. qui quidem inuestiti . & in tit. de homagj.

Hinc factum est etiam , quòd hodie in Regno feudatarij habentes vassallos , potiùs soluunt prò seruitio minus , vel tantudem , quam soluunt habentes feudum super functionibus , quia ambo soluunt ad rationem ducatorum 26. 1. 5. prò centenario , & qui habent feudum super territorio inhabitato , soluunt ad rationem ducatorum triginta prò centenario prò augmento temporis , quod potest recipere territorium prædictum .

Vnde autem sit , quòd subuentio exigenda à Vassallis per Cons. quæ plurium ; fuisse medietas seruitij soluendipr̄ Barónem , Capic. dixit , quod hæc practica sumpta est ex quibusdam capitulis antiquis , vt ipse traddidit in Inuestitura feudal , in verbo feudorum adiutoria uerfculo , & quoniam Barones , credo ego , quòd voluerit allegare prædictum capitulum Regni incip. Comites , Barones , & feudatary , in quo dicitur , quòd subuentio est exigenda prò medietate collectæ generalis , & quia functiones fiscales hodiernæ fuerunt introductæ in locum collectarum generalium , quæ olim exigeabantur , vt legitur in capitulo Ciuitatis Neapolis in principio , & prò functionibus fiscalibus soluentur caroleni decem prò foculari , ideo taxa subventionis

tionis est ad rationem carolenorum quinque prò foculari, & ira practicatur in Sacro Consilio, & in hoc Regio Tribunali patrimonij, quando Barones petunt subuentiones à vassallis prò maritanda filia, vel prò alijs caussis à prædicta constitutione permisis, vt tantum prò carolenis quinque prò quolibet foculari exigatur subuentio prædicta, verùm si dicta rata foculariorum ad prædictam rationem carolenorum quinque prò foculari non ascendit ad valorē medietatis adohi, vel seruitij, illud, quod deest, soluitur per Baronem; qui tenetur ad integrum seruitium, & vassalli non tenentur nisi prò medietate collecta generalis per dispositionem dicti capituli Comites, Barones, & feudatarij, & è contra si rata foculariorum transcenderet summam, & valorem medietatis seruitij, illud plus nō exigitur à Barone, qui sola medietate seruitij debet esse cōtentus, & ita practicamus indistinctè.

Istud seruitium, quodd soluitur in pecunia, olim tempore Reginæ Ioannæ Secundæ importabat vntias viginti mille, & centū triginta quinque, & sic integrum vnum adohum totius Regni summam capiebat ducatorum centum viginti mille, inclusa rata vassallorum, & Ego calculavi ex cedulario Reginæ Ioannæ Secundæ, quod conservatur in Regia Camera. Demum in anno 1504. quando fuit confectum nouum cedulare, & primum temporibus Regis Catholici, calculavi, quodd vnum adohum totius Regni summam cepit ducatorum 75616. 1.4. deducta tamen rata Vassallorum, & hodie vltimum cedulare fuit confectum iu anno 1564. in quo vnum adohum summam cepit ducatorum 130103.4.14.

Ratio autem vnde processerit buc augmentum, item vnde proce-

dat, quodd taxa noua sit maior, quam taxa antiqua, ea est, quia propter deuolutiones, & rebelliones, quæ ab anno 1504. sunt sequutæ factum est, quodd dum Rex de nouo concescit feuda, est facta noua taxa, & noua calculatio adoharum, non quodd ista taxa noua fuerit differens ab antiqua in calculo, quia fit etiam ad rationem ducatorum 26.1.5. non aliter quam in antiquis feudis reperitur facta, sed quia Barones antiqui soluunt secundum ratam fructuum perceptorum in anno 1504. & non ultra, & de fructibus auctis ex tempore, vel ex industria, non fit calculatio, nec veniunt taxati, ideò est, quodd qui habent nouas concessiones maius onus substinent adoharum proportionabilitè, quia de omnibus fructibus soluunt, antiqui vero Barones non soluunt, nisi de fructibus, qui antiquitus percipiebantur, quia de iure, aucto feudo, non augetur seruitium, vt per And. cap. primo de Vassall. decr. p. atas. prima col. verific. item procedit remissiū ad Eundem in cap. primo §. de Manso de controversi. inuestit. in verbo, quod auctem dicit ad alium, idem Andr. in cap. Imperialem §. firmiter 3. col. de C. Corrad. Frec. in quineta authorit. Baronis n. 2 l. Ayell. in tra. iuris adohen. 50 Camer. Capic. & Affiliat. in d. §. firmiter.

Quandò vero feudum est deuolutum ad Regem, & fit de eo noua cōcessio, iuris est, quodd fiat noua calculatio, & noua taxa, vt per Luc. post Bartol. de Capua in l.p.C. de vēdit. rei fiscal. Ideò est, quodd taxa noua differt multū ab antiqua, nō quia fuerit differens calculatio, sed quia noui Barones soluunt adohum prò omnibus fructibus, quos percipiunt, & antiqui Barones soluunt prò illicis fructibus tantum, qui antiquitus percipiebantur ex feudo, & non prò his, qui de nouo accesserunt,

& eadem ratione factum est, quod vnum adohum sit hodie in maiori quantitate, quam olim erat, ut supra dictum est.

Scias tamen, quod hodie quādo Barones vendunt eorum feuda alteri, est concessum per Cæsaream Maiestatem, quod non fiat noua taxa, sed quod transeat in emptorem dictum feudum cum eadem quātate taxæ veteris, ut ex capitulis Ciuitatis Neapolis 1576. & ideo est, quod aliqui Barones licet habeant nouum titulum acquisitionis feudi, tamen non soluunt, nisi secundū taxam antiquam, ut in priuilegijs, & capitulis prædictis.

Rex Alfonso Primus, quando instituit functiones fiscales in Regno in anno 1443. ut est dictum in *título de functionibus fiscalibus* promisit quod nullo tempore adohum prædictū solueretur in Regno, quia functiones prædictæ fuerunt introductæ in locum omnium grauaminum, & iurium, quæ per Regem exigebantur tam à Regno, quam à Baronibus, ut appareat ex capitulis Regis prædicti in principio libri capitularū Ciuitatis Neapolis, quod capitulum fuit confirmatum per Regem Catholicum die trigesimo Ianuarij 1507. & quod durante tempore pacis, & quod tempore belli obseruarentur iura, constitutiones, & Regni consuetudines, ut appareret ex prædicto libro: capitularum Ciuitatis Neapolis in c. 19. *prædicti Regis Catholicī folio 79.* de quo capitulo fuit petita etiam confirmatione tempore Maiestatis Cæsareæ anno 1532. c. 8. f. 120. a. t. sed hodie fiunt donatiua, ut supra est dictum, in quibus sit pactum, quod durante exactione ipsius non possit exigi adohum, etiam in casu, quod de iure possit exigi, ita, quod exactio donatiui prædicti fiat à Baronibus pro rata ipso tangentे non per viā

adohi; sed secundū taxam adohi, & ita quotidie practicatur.

### Q V A E S T I O I.

*De donatiuis, quæ fiunt in Regno qualiter exigantur, & qualiter Baronē taxentur.*

**I**N ista materia adoharum, & donatiui multe notabiles quæstiones excitantur in Camera quotidie, & semel contingit dubitari in quadā caussa illi. Andreæ de Auria, qui habuerat quamdā concessionē à Cæsarea Maiestate felicis memorie Caroli V. in feudū, tamen quia non fuit habita notitia de dicta concessione per multos annos non fuit solutum adohum, ad quod demū fuit condemnatus per Camerā, & ascen debat summa cōdemnationis prædictæ ad ducatos sex mille, & plus, fuit dubitatum in Camera isti ducati sex mille, cui erant soluendi?

Regius Fiscus prætēdebat, quod deberetur Regi, quia erat pecunia, quæ debebatur per Baronem solui loco seruitij personalis, ad quod Baro ipse tenebatur per tradita per Andr. cap. 1. S. similiter in boſſenditijs de capitul. Corrad. in c. 1. S. firmiter de prohib. feud. alienat. per Federic. modò iste Baro non seruuit prò ut tenebatur, ergò Regi tenetur solvere adohum prædictum, quod maxime procedit quando omnes Baronies Regni conuocati à Rege cōstituunt se velle donare Regi nostro Serenissimo vnum adohum, vel dua adoha, quia tunc idem est, ac si dissident. Donamus illud, quod importat vñ adohū, secundū præsentem taxam, ita quod quilibet Baro prò sua rata soluat tantum, quantum prò suo feudo, quod possidet, tenetur secundū ratam, secundām quam in cedulaario reperiatur hodiè taxatus pro feudo suo;

5

si ergò iste Baro non soluit tantum, quantum debebat, videtur indubitatum, quòd illud, quod defecit, tenetur ipsi Curiæ soluere, & non alteri.

Tamen in isto casu Regia Camera distinxit plures casus, & in donatiuo præsenti determinauit contra fiscum, quia hoc donatiuum, quod currit in præsenti anno 1570. & annis præcedentibus fuit factum hoc modo videlicet, quòd totum Regnum, & Barones, ac Magnates ipsius donarent Regi nostro Serenissimo Milionem vnum, & ducatos ducentum mille in duobus annis, ità quod quolibet anno soluantur ducat. sex centum mille, soluendi ramen hoc modo, quòd tres partes videlicet duca. 45000. soluantur per Regnum, & quarta pars videlicet duc. 15000. soluantur per Baroness, Demum fuit data per ipsos lex circa exactionem faciendam ab ipsis Baronibus ad finem ut pèr as, & libram inter ipsos equalis fieret exactio, & est dictum, quòd secundum taxam adohi fiat prædicta exactione, non quod soluatur adohum, nec in vim adohi, vel tanquam adohum soluatur, sed quòd illo modo, & forma, quo solueretur adoha, eodem modo soluantur prædicti duc. 15000. videlicet adohum vnu in Regno est ducatoriu 13000. & aliquid plus, remanentes ultra alijs duc. 2000. qui repartiti super prædictis duc. 13000. attingit carolenus vnu cum dimidio pèr quolibet ducato, & isto modo illa quarta pars donatiui soluitur Regia Curiæ et exigitur ab ipsis Baronibus & equaliter per as, & libram ab omnibus; Rex ergo integrè sic exigit summam sibi debitam à toto Regno, & ipsis Baronibus quolibet anno.

Sidemum reperitur, quòd aliquis Baro debebat taxari pèr suo feudo,

& non fuit taxatus, ex hoc nullum dānū evenire potest Reg. Cūr. quæ exigit totam integrā quantitatē, quæ sibi debebatur, ac si illc Baro taxatus fuisset; Damnum verò quod ex non taxatione sua prouenit, & ex solutione per ipsum non facta, tangit alios Combarones, quia si hic Baro soluisset quod ad ipsum spectabat, tantò minus esoluissent alij Barones, solutio ergo, vel non solutio vnius Baronis concernit ytile, vel damnum aliorum Baropū In tantum ergò, quòd ipsis debet fieri refectio, & non Regia Curiæ, quæ iam recepit integrè quod ad ipsam spectabat, & nullum damnū sensit ex prædicta solutione non facta, nec aliud lucrum sensisset, si taxatio prædicta facta fuisset, & per ista conclusit Regia Camera quòd in donatiuo præsenti, & in alijs similibus, vbi est facta donatio ad certam summam per Baroness, quod debet ut ab aliquo Barone, ut qui non contribuit pèr ea summa pèr qua tenebatur, debeat restitu Combaronibus, & non Regi.

Alius casus est, quando Barones non donarent certam summam Regi, sed forte donat vnum adohū, vel duo pèr ut antiquitus facta fuerunt aliqua donatiua, tunc est casus contrarius præcedenti, quia si aliquis Baro non soluit id, ad quod de iure tenetur, illud subrahitur, & de eo nullum damnum sentiunt Combarones, qui ex hoc nō soluūt plus eo, ad quod de iure tenentur ergo ipsis nulla restitutio fieri debet, quia lucrarentur cum iactura Curiæ, quæ sola est in damno in isto casu, & ideo ipsi Curiæ debet solui id, quod minus soluisset aliquis Baro, pèr eo, ad quod tenebatur, & quando donatiua fierent hoc modo, esset decernendum pèr fisco.

Alius, & tertius casus est, quādo fit donatiuum per totum Regnum

de certa summa , puta sexcentorum mille ducatorum , & dicetur, quòd Barones soluent vnum adohum tantum, subiuncto , quòd id quod remanebit usque ad summam ducatorum sexcentum mille soluatur per Regnum , prò ut aliqua donatio facta sunt annis præteritis, & iste casus est mixtus , quia post quam Barones non promiserunt certam summam , sed vnum adohum tantum . i. quod quilibet soluat id, quod prò uno adoho tenebatur soluere , tunc si aliquis Baronum non soluat integrè id, ad quòd tenebatur , illud non est in damnum aliorum Combaronum , qui non per hoc soluerunt plus eo , ad quod tenebantur , & quoad ipsos liberas actiones habet Curia , nec ipsi possunt agere contrà illum Baronem , non soluentem debitum , ut contribuat prò rata debita , quia ipsorum non interest . Verum quia in donatio est dispositum, quòd id , quod remanet , soluatur per totum Regnum , usque ad summam promissā , est dicendum, quòd nec Regi queratur actio contra Baronem , quia Regi interest , sed interesse est Regni totius , quòd soluit tanto plus , & soluisset tanto minus , si hic Baro integrè soluisset id , ad quod tenebatur .

### Q V A E S T I O II.

*Feuda deuoluta Regia Curia, an, & quando possum de novo concedi secundum taxam antiquam , & non facta noua taxatione .*

**C**Vm in anno 1571. Illustrissimus , & Reuerendissimus Cardinalis de Granuela locumtenens Generalis in hoc Regno multum satageret prò seruitio Regiae Maiestatis in perquirendis pæcunijs , ut succurre-

ret Curiæ necessitatibus , quæ tunc maximè erant, fuit coram ipso propositum per Regiam Camerā , quod si bona , & feuda Regiae Curiæ deuoluta annis præteritis, ut Comitus Auellini , & Marchionatus Padulæ , ac Baronia Larini , & alia possunt vendi per Curiam secundum taxam adohi antiquam , & non secundum taxam nouam , quòd hoc modo maxima pæcuniarum quantitas posset percipi ex prædictorū feudorum , prò quibus hucusque non reperiebatur emptor , ex quo secundum nouam taxam nemo erat , qui vellet emere feuda prædicta ob maximum onus adohi , & quia Illustrissimus Dominus Cardinalis mandauit , quòd super hoc puncto Regia Camera veniret accincta ad illum decidēdum in Collaterali Consilio , ideo die sexta Iulij 1571. in hoc punto infra scripta fuerunt considerata in Collaterali Consilio , & de eis demum per me expedita consultatio registrata in libro consultarum Curiae fol. me existente Commissario .

Primò fuit consideratum , quòd Vassallus recipiens feudum sub contingenti feudalī seruitio prò ut est moris in Regno , tunc tenetur seruire Domino Regi de persona , quando adest bellū in Regno , & est submonitus à Rege Andr. in cap. 1. §. sed nec alia iustior cauſa , qua sit prim. cauſa. benefic. amicit. & seruitium consuetum est , quòd prò quolibet feudo valoris vntiarum viginti intelligatur vnum feudu , seu miles unus ; & vnum seruitium deberi , quod seruitium erit prò tribus mensibus tantum cum tribus equis , ita Andr. cap. primo §. similiter potest versic. in Regno Sicilia de capitan. qui cur. vend. Quod dicit ipse ita moribus fuisse introductum , sed demum per Capitulum Regis Caroli num. 106. incip. item statuimus , quòd Camites , Ba-

*Barones, & alij*, ita etiam est prouisum obseruari , vt ibi legirur.

Sed quando Vassalli noluerunt de persona seruitium præstare , sed per substitutum, vel excambium solvere in pæcunia, fuit consuetum ipsos admissi exemplo Siculorum , qui à Scipione Africano admissi fuerunt, vt loco seruitij personalis equos, & arma præstarent , vt post Valerium refert *And.in c. Imperialem S. firmiter de probib. feud. alienat. per Federic.* Et hæc præstatio seruitij in pæcunia olim fuit tertia pars fructuum feudi, vt temporibus Conradi dicitur in *c. i. S. similiter de Capitulis Corradi* , & temporibus Federici fuit medietas fructuum feudi istius anni , quo seruitium præstabatur, vt in *dicho cap. Imperialem S. firmiter de probib. feud. alienat. per Federic.* In Regno autem nostro fuit consuetum, quod seruitium prædictum in pæcunia esset , vt de quolibet feudo vntiarum viginti præstaretur vntiæ decem cum dimidia, quod venit ad rationem ducatorum quinquaginta duorum cum dimidio prò centenario , vt tradit idem *Andr. in dicto S. firmiter* , & in *dicto S. similiter* , & latius in *cap. i. in finalibus verbis* , quis dicitur *Dux* , ut , & ibi dicit quod hoc seruitium, quod præstatitur in pæcunia, hodie vocatur Adohū, sicut olim dicebantur Hostenditix, & ibi tradit rationem huius vocabuli , de quo malius per *Camerar. in principio sui operis tertia col.*

Sed hæc taxa seruitij ad rationem ducatorum quinquaginta duorum cum dimidio prò centenario procedit in feudis existentibus super Vassallis , quia potest tunc Baro petere subuentione à Vassallis per *Constit. Regni. Quamplurium* ; sed si feudum est super terra inhabita- ta , tunc est minus seruitium , videlicet de vntijs viginti , soluuntur tantum vntiæ sex, & sic ad rationem

triginta prò centenario , quia sub- uëtio prædicta peti non potest, & si feudum prædictum consistit super gabellis , vel functionibus, taxa est minor , quia de viginti vntijs exi- guntur tantum prò seruitio vntiæ quinque, & quartum, & sic ad ratio- nem ducatorū 26. i. 4. prò centena- rio, quia istæ functiones non possunt recipere augmentum, sicut territo- ria , & ita hæc moribus introducta fuerunt in Regno, sicut in præstatio- ne vectigalium argum. *tex l si publi- canus S. fin ff. de publican.* Hæc omnia refert *And. in præallegatis S. firmiter* , & in *cap. i. in final. verbis quis dica- tur Dux*, & à dispositione dicit. *S. fir- miter* , vbi dicitur medietas fructū feudi prò seruitio, sentit Andreas , quod hi mores inoleuerint in Re- gno, quod taxa feudorum super vas- sallis fuerit ad rationem ducatorū quinquaginta duorum cum dimidi- o prò centenario, vt sentit ipse in *c. i. S. similiter de capit. qui cur. ven- dit. in verbo* , quod autem feudum de vntijs viginti in eol . propè nu. 6.

Quod autem diximus , quod de feudo Vassallorum taxato ad ratio- nē ducatorum quinquaginta duorū cum dimidio prò centenario , Baro potest exigere subuentione à Vas- sallis per *const. Regni Quamplurium* , vt Andreas dicit in *d. cap. i. Quis dica- tur Dux in fin.* hoc ita recipitur in Regno, vt Vassalli subueniant Ba- roni usque ad medietatem seruitij tantum , quandò tot sunt Vassalli , qui soluendo ad rationem carole- norum quinque prò quolibet focu- lari, possunt medietatem prædicti seruitij supplere .

Alias illud, quod deficit, supple- bit Baro de suo , & si Vassalli escent plures non tamen soluent nisi iuxta medietatem seruitij tantum , & hoc iure utimur. vt ex *cap. Regni nu. 157. incip. Comites, Barones, & feudatarij* , vbi dicitur, quod Vassalli tenentur ad

ad medietatem seruitij, dummodo non excedat medietatem collectæ generalis per Regem impositæ. Sed quia functiones fiscales demùm per Regem Alphonsum impositæ ad rationem carolenorum decē prò quo-libet fociali Regni in anno 1442. fuerunt subrogatæ in locum generaliū collectarum, quæ olim imponebantur, ut appareat in libro Capitulorum Ciuitatis Neapolis in principio, ideo est; quod Vassalli soluāt hodiè ad rationem carolenorum quinque prò' quolibet fociali, quia hoc modo medietatem collectæ generalis intelliguntur soluere stante subrogatione prædicta.

Sed his vltimis temporibus Barones Regni non sunt taxati ad rationem ducatorum quinquaginta duorum cum dimidio prò' quolibet centenario super eorum feudis consistentibus super Vassallis, sed prò' medietate tantum ad rationem ducatorum 26. i. 4. prò' centenario deducta rata Vassallorum, euitato circuitu exactio[n]is faciendæ à Vassallis, qui hodiè subventionem prædictā non soluunt, sumpsit fortè hic mos originem à Rege Alphōlo Primo, dum hodiernæ functiones fiscales impositæ fuerunt, lege adiecta, quòd nullæ aliæ subventiones, nec alia onera in futurum exigentur; ut legitur in prædictis capitulis Ciuitatis Neapolis in 2. cap. fol. 5. à ter. ibi. Prò iure autē adohi placet etiā sibi, nullam collectam imponere, seū eā exigi facere, vel melius hoc fuit introductum his vltimis temporibus, maxime ab hinc annis triginta, dum non sunt adoha imposta, sed seruitia sunt exacta per viam donatiuorum, quæ ad certam summam fiunt, de qua summa, soluta rata etiam certa ad Barones specta- te, reliquum totum à Regnico[li]s exigitur, in quo reliquo potest con-siderari, quod exigitur etiam rata,

subventionis, quæ ab ipsis iure de-beretur, quando Barones integrum adohum soluerent.

Hæc corrigan[t] peritiōres, quia mihi prò viribus ingenij aliud non est datum attingere.

Modo ut ad quæstionē de scendā, quòd quando Rex concedit feudū sub contingentī seruitio, taxa fieri debet secundūm quantitatē fru-ctuum, qui ex feudo percipiuntur tempore concessionis, ita Andreas in c. 1. § buius autem generis ex quib. caus. feud. amict. in princip. sed si de-mum fructus illius feudi augmentur, seruitium non augetur, ita Andreas in cap. 1. §. de manso de controuers. in-vest. ver. quod autem dixit ad alium, & ratio est, quia augmentum in va-lore, non est aliud feudum, nec di-centur plura feuda, sed vnum tan-tum, & illud idem, quod olim erat l. 2. Cod. de alluision. & Palud. ergo illud idem primum, & vnicum seruitium est præstandūm, ita An-dreas cap. 1. de Capit. qui cur. vendid. §. similiter post princip. addit. prop̄ nu. 5. inde est, quod dixit idem An-dreas in ca. 1. §. firmiter de prohib. feud. clienat. per Federic. versic. idem vide mus quod soluitur, quod cum feuda vetera seruiant, ut consueuerunt, euenit, quòd multa castra, quæ hodie sunt magni valoris. pa-rum, aut nihil soluant de seruicio, sed quando feuda prædicta deuo-luuntur ad Curiam, & de eis sit noua concessio, quia tunc taxa seruitij debet fieri de nouo secundūm fru-ctus, qui tempore concessionis re-periuntur per supra allegata, & per tradita per Luc. de Penn. in l p. Cod. de vend. rer. fiscalium. Inde est quod feuda noua, & quæ secundūm nouā taxam seruiunt, multo magis soluāt prò adoho, quam antiqua, licet, & antiqua, & noua feuda eod. modo taxata sint ad rationem ducatorum 26. i. 4. prò centenario, & sic non quod,

quod taxa antiqua sit differens à noua , nisi quia in noua omnes fructus taxantur, in antiqua non , nisi illi fructus , qui tunc tempore taxæ percipiebantur, Et ex hoc prouenit, quod hodie Regia Curia non repetit emptores feudorum secundum taxam nouam, maximè alij Barones Regni habent priuilegium vendendi eorum feuda, taxa non mutata , vt in capitulis Cæsareæ Maiestatis de anno 1536. in c. 10. fol. 142. in libro capitulorum Ciuitatis Neapolis, & in capitulo anni 1540. cap. 2. fol. 167. prò vt hæc omnia latius testigimus supra in 1. S. huius tituli .

His ergo præmissis ad quæstionem, Prima ratio quæ fuit considerata, quod Curia non possit vendere secundum taxam antiquam , est quia in his seruitijs antiquis, & in alijs tributis, redditibus, & fructibus ciuiiibus non possunt per Regem fieri concessiones, vel donationes aliæ quia contra Rempub. sunt, & rescripta de si per imþetrata sunt inualida , etiam si ex certa scientia fiant, nisi per Regē fiat expræssa derogatio ad l. omniū Cod. de vctigal. & ad alia iura hoc disponentia, ita Andreas in c. 1. S. similiter potest de capit. qui. cur. vend. d. n. 18. versc. bac intelligenda sunt , vbi expreſſe firmat, quod hoc seruitium per Regē diminui non potest, & idem firmat idem Andreas c. Imperialem S. nec Dominus de probibit. feud. alienat. per Feder. in final. verb. n. 53. ver. sed an Dominus possit dimittere seruitia feudalia, vbi etiam addit, quod nec cū clausula derogatoria expressa potest Rex hoc facere, quando esset præjudiciale multum Regiae Coronæ per tradita per Doctores in c. intellecto d. iure iurand. & ideo si feudum esset simpliciter concessum inteligeretur sub hoc seruitio concessum , & vt secundum taxam nouam seruiat, quia ita consuetum

est semper fieri , & ea , quæ moris sunt , insunt prò vt ea , quæ sunt iuriis l. quod si nolis S. qui assiduum ff. de adilit. adict. ita Andr. in c. 1. S. sed nec alia in addit. in final. verb. vers. promittitur quidem seruitium, & in cap. 1. de capit. qui cur. vendid. in S. similiter potest n. 16. minime enim mutanda sunt, quæ certam , & tam longam interpretationem habuerunt.

Secundò in hoc consideratur damnum Regis quando imponuntur adohæ , quia tunc tantò minus exigit Rex , quantum est illud in quo differt noua taxa ab antiqua, & sic tanquam res fisico damnosa non debet permitti l. nec damnoſa, & ibi Gloss. p. C. de precibus Imper. offeren. vbi in specie infert. glos ad tributa.

Vltimò consideratur damnū Cōbaronum Regni , & etiam Regnolarum hoc modo, Quando fiunt donatiua vnius milionis singulis biennijs, vt haecenus est cōsuetum , tunc fiet distributio inter Regnicolas, & Barones altero de duobus modis, videlicet, quod Barones soluant certam summam ducatorum fortè tercentū mille, & reliquā soluat Regnū, & tūc ex quo exactio inter Cōbarones fit secūdū taxā adohi vt suprà, eodem modo , quo ipsi taxati sunt prò adoho, eod. modo soluant donatiuum per æs , & librā ideo interest ipsorum vt omnes taxentur usque ad summam, quia qui magis taxatus est in adoho, tantò plus soluet in donatiuo. Aut , & secundò modo fit distributio, quod Barones soluant vnum adohum, vel duo, vel plūs, & reliquū soluant Regnicolas , & tunc interest ipsorum Regnolarum , quod Barones omnes etiam ad summam taxentur , quia quanto magis erit quantitas vnius adohi , tantò minus exigitur a Regnicolis, non potest ergo fieri per Regem id , quo alij prægrauentur.

cur l. fin. Cod. quemadmodum ciuil. numer. indicunt lib. 10.

Sed pro contra parte consideratur quod quando feuda rediunt ad Regem per lineam finitam Baronis aut alio iure, tunc amplius non dicitur feudum, quia res sua non potest sibi ipsi seruitium debere, & credit ad Dominum iure pristino, sicut erat antequam conditionem rei imponeret, ut latè firmat Andreas in c. 1. §. huius generis n. 13. ex quib. casus feud. amic. & proinde potest Rex etiā sine seruitio illa concedere, ut per eumde Andr. ibi in n. 12. & in c. 1. §. sed nec alia iustior, quæ sit i. causs benefic. amicend. et in c. 1. §. 1. similiter de capit. qui cur. vend. & fortius Rex potest concedere feudū prædictū sub diminuto seruitio, puta si est feudum valoris vnciarum centum, potest Rex illud concedere, ut seruat pro uno seruitio tantū ac si feudum esset valoris vnciarum viginti ita Andr. in d. cap. 1. §. similiter ver sic. posset tamen Rex, de capit. qui cur. vend. in n. 22. & in c. 1. §. quod autem de controuersi. inuestit. in 2. col. n. 19. in ver sic. potest Rex facere unum feudum.

Et sic non obstant adducta in contrarium, quod Princeps non possit donare, & remittere hoc seruitiu, quia debet intelligi, vel in seruitio constituto in feudis olim concessis, & quæ possidentur per Barones.

Vel, & melius, decisiones in contrarium allegatæ debent intelligi respectu antiqui seruitij, qui præstabatur per Baronem antequam feudum deuolueretur, ita expressè dicit Andr. in d. c. 1. de capit. qui cur. vend. in §. similiter in ver. & intelligenda sunt, vbi ponit exemplum, quod terra est in registris Curiæ dari consueta pro viginti, & daretur p Princeps pro quindecim, & sic quod seruitiu antiquum dari consuetum secundum taxam antiquam, non pos-

sit mutari, non autem de seruitio secundum taxam nouam præstando, vel dicamus, quod loquitur Andr. quod in feudo constituto non possit remitti seruitium debitum quia est alienatio in præjudicium Coronæ; secus est feudo constituendo, quia tunc cum in manus Regis sit res allodialis, non potest dici, quod Rex non possit de re sua ad sui libitum dilponere, & militant decisiones pro hac parte allegatæ, quæ quoad hoc darç sunt, & interesse in effectu hodie considerari non potest, post quam seruitia hodie non præstantur per viam adohi, sed per viam donatiui, quæ fiunt in certam summam. Nec interesse Combaronum, aut Regnicolarum potest considerari, si licet Regi de re sua ad libitum disponere per prædicta, Imò post quam Rex posset retinere in suo pleno dominio feuda, olim deuoluta sibi, quo casu nihil seruirent, certum est quod dum illa iterum concedit in feudum, Combarones, & Regnicolæ sunt in lucro pro ea rata, pro qua seruitium exigetur.

Et sic ex istis videtur clarum, quod Rex possit vendere feuda prædicta secundum taxam antiquam, attamen quia hoc fuit nunquam consuetum fieri in Regno, Domini Præsidentes noluerunt in totum hunc articulum decidere, sed stante præsenti vrgētissima necessitate deciderunt, quod ea necessitate attenta, non decidendo punctum in genere, sed in particulari quodad feuda, quæ in præsentiarum sunt in manu Curiæ, fuerunt voti, quod possit fieri venditio secundum taxam veterem, & ita expedita consultatio die 6. Iulij 1571. in Collaterali Consil. me existente Comiss.

QVAE.

## Q V A E S T I O III.

*An immunitas simpliciter, & generaliter per Regem concessa comprehendat donarium.*

**F**uit dubitatum si immunitas per Regem cōcessa simpliciter, comprahēdat donatiū? & prō parte affirmatiua fuit cōsideratū, quòd immunitas generaliter concessa omnē casum comprahēdere debet, & etiā futurū, nec specialis mentio est necessaria per tradita per Alex. in cons. 30. lib. 5. n. 14. circā sextum dubium Dec. cōsil. 113. vol. 1. Marc. Ant. Natac. conf. 63. vol. 1. & cons. 406. vol. 2. Ioan. Cephal. conf. 58. vol. 1. Craues. conf. 194. quod maximē procedit quando in priuilegijs expressè est concessa immunitas ab extraordinarijs, quia tunc absque dubio specifica dicitur facta mentio, & non videtur dubium, quòd veniant sub immunitate per tradita per Bartol. in l. 2. ff. de iure immunit. per Aretin. & in l. 1. ex toto ff. de legat. 1. & quòd iste functiones donatę dicantur extraordinarię, non est dubium, quia non habent certam, & ordinariam præstationem, sed propter nonas, & inopinatas, & extraordinarię cauſtas indicuntur l. p. iuncta glos. Rubr. in final. verbis C. de Super indict. lib. 10. Bald. in l. fin. Cod. finē Censu, vel reliquis.

Tamen, hoc non obstante, decreuit Regia Curia, quòd immunitas concessā Vniuersitatibus, quantumvis sit ab ordinarijs, non comprahendat has functiones sponte donatas; nisi specificè, & in individuo de donis fiat mentio, & ratio est, quia donatiua voluntarię fiunt, quo calu dum soluuntur nō fit derogatio, nec contrauentio priuilegij rex. in l. voluntarię Cod. de excusat. tutor. Extant simul quòd Vniuersitas quantumcumque priuilegiata

sponte posset onera subire leg. p. & zoro sit. Cod. de bis, qui sponte onera subeunt lib. 10. & ibi Andr. de Barbat. vbi ponit conuentionem habitam inter Genuenses, & Pisanos, Ioannes de Platea in l. cūm decurionatus Cod. de Decurion lib. 10. Cyn. Salycet. & alij in d. l. voluntarię. Et ad hoc ego ponderauit quandoque rex in l. manus la 2. ff. de verb signf. vbi immunitas non consideratur in iure, nisi à munere, quòd necessariò subimus; ergo in sponte donatis nō cadit immunitas; si uero in priuilegio immunitatis adesset clausula etiam à donis, tunc decisum est per Cameram plurię, quòd veniant donatiua sub immunitate per decisionem Bartol. in d. l. 2. ff. de iure immunit. Et ratio est, quia quando aliqua Vniuersitas habet speciale priuilegium à donis, etiam quod totum Regnum donet, non sit præiudicium aliquod immunitati prædictar, quia regul. l. quod maior. ff. ad municip. non habet locum quando agitur de præiudicio patrimoniali habentis immunitatem per glos. singul. in l. 2. Cod. que sit longa consuet. in glos. magn. in versic. aut legem, in medio, in ver. sed posset responderi, & ita decisū hoc anno 1570. die 26. Decembris, prō Vniuersitate Castrimaris de Starbia, & licet Vniuersitas Tarenti haberet priuilegium immunitatis pacificum etiam à donis, tamen Camera decidit contra ipsā, die quartu decimo Februarij 1568. referente Domino Scipione Cutinario, nō quòd priuilegiū non comprahenderet donatiua, sed ex alia ratione, quia priuilegijs prædictis erat renūciatum, & contrā ipsam fuerat præscriptum per Regium fiscum ob cōtinuam donationem donatiuorum per Vniuersitatum factorum ab anno 1446. & ex alijs rationibus, de quibus in libro notamentorum dicta Camera dic 4. et 14. Febr. 1568.

Q V AE-

## QVAE STIO IV.

*Concessa Immunitate per Regem alicui Vniuersitati, vel Baroni à donatiuis an illa rata cedit in damnum Regis, vel Regni, stante clausula, quæ apponitur quòd nemo sit exemptus.*

**I**N Regno reperiuntur multæ Ciuitates, & oppida, quæ habent immunitatem non soluendi etiam donatiua, & prò istis est deciſum, quòd gaudeant immunitate, vt supra est deciſum, & ſic rata ipsarum Ciuitatum calculatur in damnum Regni, quia fit donatiuum Regi ad certam ſummam, quæ integra peruenire in manus Curiæ, & totum Regnum dicitur vna Prouincia ad tradita per Bartol. in l. 2. Cod. de Apoc. public. lib. 10. & in l. 4. S. affor. ff. de re iudic. vbi omnes, & maxime Roman. & Rip. & dixi latius ſupra in tit. de functionibus fiscaliibus in quæft. 3. ſed quia multis ab hinc annis in donatiuis, quæ fiunt, ſolet apponi clauſula, quòd nemo fit exemptus à donatiuo prädicto, ex hoc Camera pluriès decreuit, quòd immunitas prädicta cedat in damnum Regis, etiam reſpectu illarum immunitatum, quæ erant confeſſe antè donatiuum, quia hoc voluit pacifici totum Regnum, vt omnes Terræ, & Barones etiam immunes calculentur, & fiat diuifio oneris per æs, & libram, etiam quoad ipsos, licet non exigantur, & ita deciſum die 9. Februarij 1565. in Camera, & emologatum eſt in Regio Collaterali Consilio die 13. eiusdem mensis ut in libro notamentorum illius diei, & ita etiam deciſum in anno 1560. die 14. Auguſti, vt in libro votorum illius diei, licet poſtmodum, meis temporibus in anno 1572. Camera multum dubitauerit, quia aliqui Domini fiscales conſiderauerunt, quòd ſi illa clauſula nō apponere-

tur, nō eſt dubiuſ, quòd rata Baronū, & Vniuersitatum, quæ ſunt immunes, non cederet in damnum Regis per ſuprà allegata, & alia, quæ alle-gauit in prädicta mea quæſtione tertia, & ita olim ſeruabatur, quòd Terræ franchæ huius Regni, & im-munes à donatiuis non calculentur, ſed ibant in damnu Regni, ita quòd donatiuum integrè ſolueretur Re-gi. Modo conſiderabant prädicti Domini Fiscales, quòd illa clauſula, nemine excepto, haberet aliū ſe-ſum, & recipere aliam interpræta-tionem in fauorem Regis, vt velit dicere, quòd nemo fit exemptus, id eſt quòd in tantum illa certa ſumma, quæ donatur integrè peruenire habeat in manus Curiæ, quòd etiā exempti illam ſoluant, vel quod rata attigens ipsos exemptions etiā ſoluatur Curiæ, ita, & taliter quòd quoad Regem, quoad effectum, & ad finem, vt integrè Rex percipi-at ſumendo ratam, nulla immuni-tas conſideretur in damnum ipsi-us Regis, & alijs decidit Camera in anno 1535. contrà Vniuersitatem Casalis Rocchæ Prouincia Terræ Hydrunti propè Tarentum, quòd licet haberet immunitatem ab om-nibus functionibus, non gauderet tantum immunitate illius donatiui ob clauſulam in eo appositam, ne-mine exempto, adeſt processus in Banca Santini, & ibi fol. 15. notatum manu Hyeronimi de Franciſco tūc Locumtenentis, & ſic per conſequens ſi ipſa immunitas eſt ſeruanda, prò ve de iure ſeruari debet, illud in damnum Regis cedere debebat.

Sed hac fiscali conſideratione nō obſtantē, cōtrarium decidimus, declarando quòd illa clauſula, ne-mine exēpto, apponitur in donatiuis in Beneficiū Regni in ſpecie ad hunc finem, ne immunitas illo-rum accreſcat prò earum rata oneri teſtantium, ſed quòd omnes calcu-lentur,

lentur, etiam quòd immunitas fuerit concessa ante donationem factam, nàm cum Rex, non obstante clausula prædicta, mandat immunitates seruari, debet censeri, ac si post donatiuum prædictum illam concederet, & per consequens insui damnum cedere debet, per decis. Bald. in l. etiam C. de exec. rei iudicatae Doctores omnes in l. 4.5. assertor ff. de re iudic. quod secùs fuisset si illa clausula non apponetur per supra allegata, & per ea, quæ latius dixi in prædicta questione tertia sub rubr. de functionibus fiscalibus.

**Q V A E S T I O V .**  
Facto augmento functionum fiscalium  
in beneficium concessionary, an de-  
beat tunc augeri etiam taxa.  
adobe.

**I**N Capitulo de functionibus fiscalibus tetigimus quæstionē, & decidimus, quòd quando Rex concedit functiones vnius Castri, si illæ augentur, quia per numerationem augetur numerus focularium, illud augmentum vadit in beneficium Concessionarij. Modo quæro utrum illi cōcessionario debeat augeri taxa adohæ prò illo augmento & quæstio fuit dubia, quia quando fuit facta taxa in prima concessione, fuit habitus respectus ad quātitatē, quæ tunc erat concessa, ita ipsa aucta debeat augeri, argumēto l. non modus. Cod. de seruit. & aqua; sed decidimus contrarium, quia sicut, aucto feudo, non augetur seruitium, vt per Andr. cap. primo §. de Manso de controuer. inuestit. verific. quod autem de eis, & in cap. Imperialem §. firmicer 3. col. de probibit. feud. alienat. per Federic. & in cap. primo §. similiter col. 2. de capit. Corrad. Ita, auctis his functionibus, nō debet augeri seruitiū, post quam ipsum augmentum non venit sub prima cōcessione, tanquā, quòd sit iddem feendum, & eadem

res, & ita olim decisum cum Sere-nissima Regina Poloniæ, & alijs cō-cessionariis Regni de functionibus fiscalibus alicuius Terræ, & nouissime die 16. Junij 1573. Iste casus accidit cū Illustriss. Ducæ Sueffæ cō-cessionario functionū fiscalium sui Status, & licet Camera, dicto die, no-luit decidere expreſsè casum, tamē mandauimus, quod non fieret mutatio aliqua taxæ adohæ, sed rema-neret in taxa antiqua, licet functio-nes recepissent maximū augmentū.



*Decisiones aliquot manuscriptæ ex Do-mino Regen. Reuerterio spectantes  
ad materiam nostram  
Adohæ.*

Regentis Reuerterii decis. 31. parte 2.

### ARGUMENTVM.

Donatiuum an, & quando integrum sit soluendum per Regnum, etiam prò portionibus, quas exempti deberet soluere. Rex Regni, Regina vxor, & omnes filij an sint exempti ab hoc donatiuo, & quid in solutione adohæ quādo Rex concessit functiones fiscales in feudum sub contingenti seruitio, & adoha. Donatiuum, an, & quando cōfundatur cum releuio, vel adoha, si eodem tempore ca-dat vtrumque, prout fit in re-leuio, & adoha.

### DECISIO XX XI.

**D**vbitatur in Regia Camera cir-cà id, quod aliás fuit dubita-tum,

tum , vt scripsi in aliis recollectis meis, quando Regnum donaret Regi , vt quatèr fuit donatum Catholicæ Maiestati à tempore , quo ego sum in Regno ; Primò in ducatis sexcentum mille, Secundò in uno milione, & dimidio, Tertiò in duc. centū quinquaginta mille, & Quartum in ducatis trecentum sexaginta mille , si aliqui sunt à solutione exempti cuiuscunque oneris ordinarij , & extraordinarij , etiam prò portionibus , quas exempti debent soluere , breuitè circà hunc passum subiecto tres conclusiones breues , & resolutas .

Prima est , quòd si post donatiuum factum , & sic post contractam obligationem Rex aliquos eximit à donatio , & eos liberat à dicta solutione , tunc indubitatum est id , quod ab uno exititur , ve non aggregetur Regno , sed tanto minus soluetur Regi , vt determinat Bald. signanter in l. Etiam , col. fin. C. de except. rei iudic. per tex. in l. ab omnibus , ff. de leg. primo idem tenet Roman. in l. quarta , S. actorum , col. penult. ff. de re iudic. per tres optimas rationes , de quibus ibi per eum , hoc modo loquuntur , Gugliel. Paulus de Castr. & DD. communiter in l. auus nepris , ff. de patr. & ibi latè per Ias. Alberic. Ang. & Bald. in l. si unus , S. si parata & S. sed si generaliter , eodem tit. ubi expressè omnes formant questionem , quando onus collectarum erat impositum , & posteà Rex eximit aliquem à solutione oneris .

Secunda est conclusio , quando tempore impositionis erant exempti , vel per priuilegium , vel alias , & onus imponitur simpliciter Vniuersitati , seu Regno , seu Regnum , seu Vniuersitas donat simpliciter , prò vna vice , puta ducatos centum mille , vt supra in superioribus casibus fuit donatum Regi , & tunc est clarum , quòd Rex debet inte-

grum donatiuum habere , vt tenet Bart. in l. 2. C. de op. publ. lib. II. Bald. in dicta l. Etiam , & in cap. secundù requiris de appellat. Roman. in dicto S. actorum , Bart. Paul. & Imol. in d. lab omnibus , Abbas , & Canonistæ communiter , ut ibi per Foelin. in cap. Accedentes , extra de prescript. optimè in terminis Aretin. in l. si duabus , S. primo per illum tex. ff. de leg. primo , & ibi latè per Ias. qui comprobat duabus , vel tribus medijs conclusionem Aretini .

Tertia est conclusio , quòd quando imponitur onus cuilibet personæ singulariter , v.g. imponitur donatiuum vnius ducati prò quolibet foculari , tunc nunquam unus soluit prò alio , sed semper illi , qui sunt immunes , detrahuntur à taxa ad detrimentum Regis. Bart. in l. 2. C. de apoc. public. Bald. in d. c. Secundo requiris , & omnes Canonistæ in dicto cap. Accedentes .

Sed fuit dubium in hoc donatio , an Serenissimus Rex Romanorū sit exemptus ab hoc donatiuo ex dispensatione iuris communis , videtur , quòd secundum Stilum Regiae Cam. Summaria sit exemptus , quia in ritu dicitur , quòd filij Regum non sint sub tributo , volui videre vnde ortum habuit ille ritus de iure communi . Reges nisi probent , se exemptos , subsunt Imperatori , & tenentur ei soluere tributum , vt ex Gloss. in cap. Adrianus 63. distinet.

Sed nos loquimur in filiis Regum Regni , quia sicut videmus , quòd Rex , & fiscus sunt exempti ab omnibus vestigalibus , vt in l. licitatio , S. fiscus ff. de public. & vestigal. ita etiam Regina vxor Regis est immunis , vt est Gloss. in l. Princeps , ff. de legib. per tex. ibi dicentem , quòd omnia priuilegia Principi sunt concessa Augustæ , an eod. modo sine concessa filiis Regum Ioannes And. in cap. ne antiqui de priuilegiis in

*in d.* dicit, quod non; per tex. illum  
namen Roman. Philip. Franch. & alij,  
magis communiter ibi videntur te-  
nere contrarium, & ista opinio est  
vera, maximè in fauorabilibus, vt  
tenet *Aret.* & distinguit *in l. mari-*  
*tum ff. solue. matrim.* sed vt vides, in  
casu nostro sumus in fauorabilibus,  
quia solutio gabellarum est prohi-  
bita, & per consequens odiosa, vt  
per tot. tit. *noua vestigalia*, cum  
signilibus, ergo exemptio ab istis  
est fauorabilis, & contrariorum ea-  
dem est disciplina *l. Patre furioso, ff.*  
*de his, qui sunt sui, vel alien. iur.* no-  
tant latè *Aret.* *Socc.* & *Ias.* *in Rubr.*  
*ff. de acquir. poss.* & hoc procedit  
etiam in filijs Regum secundò ge-  
nitis, & etiam post mortem patris,  
vt notat *Franch.* *in d. e. aliqui de pri-*  
*uileg.* Et sic de iure communi Rex  
Regni, Regina, & omnes eius filii  
sunt exempti à solutione omnium  
vestigalium.

Sed est dubium in casu nostro,  
an sit exceptus à solutione adohæ  
prædictæ Rex Romanorum, qui te-  
net functiones fiscales Calabriæ in  
feudum sub contingentí seruitio,  
& adoha, quoties in Regno indicit-  
tur, Ego credo, quod non sit immu-  
nis, quia in hoc casu non se habet  
tanquam filius Regis, sed tanquam  
feudatarius Imperatoris; qui ex na-  
tura feudi, & ex contractu est obli-  
gatus ad seruitium, est enim iste  
contractus innominatus, do, vt fa-  
cias, do tibi feudum, vt facias fide-  
litatem, & præstes mihi seruitium,  
vt notant omnes feudatæ in præ-  
lud. feud. quilibet, etiam Rex con-  
trahendo, obligatur ut priuatus, vt  
*in cap. primo, ubi notanter Imol.* &  
*Decius de probat.* Imo ex pacto obli-  
garetur, vt dicit *Bald.* *in l. prima ff.*  
*de pact.* & per consequens nō habe-  
tur hic, vt filius Regis, sed vt feuda-  
tarious, ergo tenetur de iure ad solu-  
tionem adohæ, ergo si de iure tene-

tur; & sua Cœlarea Maiestas fecit gra-  
tiam Regi Romanorum, vt non sol-  
uat, nec debet aggregari Regno, sed  
tantò minus debet exigere ab Uniuersi-  
tate Ragni; hæc fuit opinio mea,  
reliqui Domini de Reg. Cam. erant  
in voto contrario; sed Regenes Re-  
giam Cancellariam secuti sunt opini-  
onem meam, & ita fuit decisum,  
& deinde fuit reperi ta una consulta  
expedita per Regiam Cameram de  
anno 1530. in fauorem fisci, in qua  
fuit decisum, quod Serenissima Re-  
gina Poloniæ, quæ est neptis huius  
Regis, teneatur soluere ius adohæ  
prò feudis, quæ in Regno possidet.

Fuit etiam dubitatum in hoc do-  
natiuo, quod clarum est in Regia  
Camera, quod si eodem tempore  
prò eodem anno cadit adoha, & re-  
leuium; unum confunditur cum  
aliо per duplē rationē, primò  
ne quis eodem anno dupli onere  
grauetur, alia, quia non haberet feu-  
datarius vnde possit illo anno, viue-  
re, quia releuium est medietas fru-  
ctuum illius anni, & adoha est etiam  
ipsa medietas, & sic omnes fructus  
feudi illius anni venirent ad domi-  
num, videtur, quod iste due rationes  
non militent in donatiuo.

Primò, quia non est duplex gra-  
uamen, nam feudatarius voluntariè  
dat Regi, & sic hæc mera donatio  
non est grauamen, solum est onus  
releuij, & sic unum onus.

Secunda ratio est etiam, nām vi-  
detur militare, quia donatiuū sol-  
uitur secundum taxam antiquam, &  
in pluribus tertij, & sic nominatur  
quarta pars fructuum, & per conse-  
quens nō deficiūt fructus, ex quibus  
possit viuere, & ita semper fuit iudi-  
catum à Regia Camera à tempore,  
quo Ego sum Presidens. Sed fuit  
tunc dubitatum in Regio Collate-  
rali Consilio, & non fuit decisū, sed  
omnes Domini de Reg. Cam. tenēt,  
quod nullo modo vnu debet con-

fundi cum alio, per rationes supra allegatas, maximè quia in donatiuis, & oblationibus Regni dicitur, quod sit donatiuum, & non adoha, & sic fuit decisum; in hoc verò ultimo donatiuo duc. 360000. determinatur per Cameram contrarium, quia in eo est apposita clausula, ut tale donatiuum habeat tales qualitates, & naturam, quā habet adoha.



### ARGVMENTVM.

Immunis à functionibus fiscaliis ordinarijs, & extraordinarijs, & quando sit immunis à donatino; Et an, & quando Priuilegiatus etiam priuilegio in corpore iuriis clauso teneatur contribuere, prò vt cæteri non immunes,

### D E C I S I O X L V.

**I**N Causa vertente in Regia Came-  
ra Summariæ intèr Ciuitatem,  
Caietæ, & Regium fiscum super  
immunitate functionum fiscalium,  
extraordinariorum, præsertim su-  
per ultimo donatiuo duorum mil-  
lionum factò Suæ Maiestati prò tui-  
tione Regni inuasi à Rege Gallorū  
mediatè Duce de Ghisa Capitaneo  
eius generali vnà cum Papa, & ali-  
quibus Potentatibus Italizæ.

Habet priuilegium dicta Ciuitas  
Caietæ, quod sit immunis ab omni-  
bus functionibus ordinarijs, & ex-  
traordinarijs, ergò mediante suo  
priuilegio tuta est, & cum huiusmo-  
di donatiuum sit munus extraordi-  
narium, cum non sit singulis annis  
præstandum, nequæ habet certam  
præstationem, vt habetur per Aret.  
in l. si ex toto, ff. de leg. 1. & Imol. ibi  
Bart. & Alcx. in add. in l.p. & ff. de  
muner. & in quo loc. lib. 10. quia tale

priuilegium non videtur respicere  
casum incogitatum de nouo super-  
uenientem l. Rutilia Polla, ff. de con-  
dit. empl. & l. qui cum tutoribus, & l.  
Cum Aquiliana ff. de transact.

Secundò adducitur tex. in l. p. C.  
ut memini licet, in emptione specio-  
rum lib. 10. vbi habetur, quod dimi-  
nuitas concessa non extenditur  
ad excusandum aliquē ab onere  
emendi frumentum tempore ino-  
piæ, & caristia, hanc opinionem  
sequitur Alberic. de Ros. Alex. Socc. et  
Ias. et alij in dicta l. si ex toto, Flori-  
an. in l. seruitus. ff. de seruit. urbanorū  
prædiorum, Io. Andr. in addit. ad Spec-  
culat. de seruit. S. 2. vers. sciendū, Ant.  
de Butrio in cap. peruenit de immu-  
nitate Ecclesiarū, latè Albericus à Ro-  
sate in 2.p. statutorum in quaſt. 138.  
incipit statutum Ciuitatis, Alex. in  
conf. 202. in 2.vol. & Curt. Iunior in  
cōf. 61. vbi optimè cōtrariā opinio-  
nem tenet, Rom. in dicta l. si ex toto,  
quem ibi sequitur Paulus de Castro.  
& Imol. & Aret.

Aliæ duæ opiniones recitantur  
per Ias. vbi supra, sed quia non sunt  
veræ, imò ab omnibus damnantur,  
ideò opinionem Dyni sequendam  
censeo, quam communem dicit  
Ias. ibi, & Curt. vbi supra, quod etiā  
de iure procedit, & eam per tex:  
fundamenta comprobat Ias. in d. l.  
si ex toto, maximè quando tractatur  
de casu valde insolito, quod rarissimè euenit, iuxta tex. in l. fistulas, §.  
frumentum ff. de condit. emplio vt  
est casus iste insolitus, per quē im-  
ponitur collecta, tunc hoc casu pri-  
uilegium immunitatis non haberet  
locū etiā contrā cōcedentē, ita Aret.  
in d. l. si ex toto tenet opinionē con-  
trariam, Dyni. hoc tamen casu tenet  
cum eo idem, ibi Socc. & Curt. Iun.  
in dicto conf. 61. idem quando alii  
non posset prouideri necessita-  
ti occurrenti, nisi omnes contribuerent,  
quia tunc potest imponi  
colle-

collecta etiam exemptis, per tex. in liubet us nullam, C. de Sacro S. Eccles. & quod ibi notat Bald. & Aret. ad idem est tex. & ibi Ioannes de Platea in l. p. C. ut nemini liceat se excusar. ab emption. spec. & in l. nullus ibi notat Bart. C. de curs. publ. lib. 12.

Est, & terius casus consideratus per Socc. Curt. Iun. in locis supra alleg. quandò concessum est priuilegium subdito, quòd Princeps tollere potest ex causa, vt notat Bald. in l. qui se patris, C. unde liber. Aret. & omnes Canonistæ in cap. nouit, extr. de Iudicij. in casu nostro in exactione duorum hæc concurrunt, quia inuasio Regni facta à Rege Franciæ vnà cum Papa, & aliquibus Potentatiis Italiæ rarissimè euenit, quia sunt elapsi vlt̄rā anni 75. quòd semel tantum fuit inuasum Regnum, vt in anno 1558. erat tanta necessitas Regiæ Curiae, quòd si non fuisset factum hoc donatiuum, quòd nullus fuisset exemptus, & facta fuisset anticipatio, Regnum erat in maximo periculo amissionis, quia fuit factum donatiuum cum condicione, quòd nullus esset exemptus, quòd sive esset munitus priuilegio etiā in corpore iuris clauso, & non aliter quandò cum hac conditione fuit acceptatum hoc donatiuum ab Ill. Duce Aluæ Regni Prorege, & hoc confirmauit Sua Cæsarea Maestas, ergò prò hac vice tantum ex causa legitima potuit Rex subditis suis priuilegium auferre, vel prò hac vice tantum suspendere, quia hoc fuit factum ob maximam necessitatem, quæ non habet legem, nec sub lege stringitur, vt est tex. in c. 2. in fin. de ob/eruat. iureiur. cum alijs, quæ allegat Ias. in dicta l. si cum toto in verbis finalibus, Ultimò ego moueor alio fundamento, quia istud onus, siue sit collecta, siue donatiuum, quod imponitur prò causa cōcernente omnes etiam priuilegia-

tos, & omnes pariter tuerur, & defendit tūc illi priuilegiari etiā priuilegio in corpore iuris clauso debēt, non obstante eorum priuilegio, contribuere, vt est tex. in l. ad distributiones, C. de Sacro S. Eccles. vbi Clerici, qui de iure communi sunt immunes ab omnibus datijs, & alijs impositionibus temporalibus, vt per tot. tit. extrā de immunit. Eccles. & in Authent. Cassa. C. de Sacro S. Eccles. in c. quamque de censibus in 6. & in Clement. p. de immunit. Eccles. etiam de iure Diuino, ut in c. 2. Hesler. & Genf. c. 47.

Debent tamē contribuere prò Constructione Murorū, refectione viarū, & Pontium, quia hæc omnia eos defendunt, & ipsi ijs vijs, & Pontibus vtuntur, & ex ipsis ipsi, prò vt exteri laici, comodū percipiunt, vt latè, & benè per Aret. in l. instructione, hoc etiā pcedit de iure Canonico per tria iura, vult. cap. Peruenit cap. non minus Ecclesia, & cap. Aduersus, extrā de immunit. Eccles. In d. c. peruenit, habetur, quòd nullus excusat, ut murorum vigilis, sed omnes ad hoc generaliter compelluntur, quatenus cunctis vigilantib. melius valeat Ciuitati Custodia prouocari, ille tex. secundum communem intellectum habet locum etiam in Clericis, licet ibi teneat Abbas, Tex. autem in dicto cap. nō minus; & in d. cap. aduersus, expresse tenent, quòd licet Clerici non debeant à laicis stringi ad Collectas, seù alia vestigalia, tamen si imminent maxima necessitas, quæ prò communi utilitate non potest relevari per laicos, & hoc est cogitatum per Episcopū, & Clerum, tenebuntur tunc Clerici contribuere, & ideo Pet. de Ancher. in d. c. non minus, dicit, posse dari generalē regulam, quòd vbi cuque tractatur de generali utilitate laicorum, & Clericorum simul, & mixtim, Clerici tenentur contribuere.

Gg. 3 cum.

ci m laicis, non tamen possunt cogi, nisi per Episcopum; Est benè verum, quod Abbas ibi tenet contrarium, hoc disputans per tres, vel quatuor columnas, si tamen esset magna necessitas, idem tenet, quia hoc dicunt expræsè illa duo iura.

Quò circa deueniendo ad casum nostrum, & ad opinionē Dyni, possumus concludere, quod regulariter procedat, quando imminet maxima necessitas, quæ est valde insolita, & quæ non potest prouideri, nisi immunes contribuant, si verò superueniat necessitas non ita urgentissima, sed iusta, & rationabilis ob aliquā causam, alijs de nouo seperuentem, tunc teneo opinionem. Rayner, prò vt etiam, hoc casu comprobat, & defendit Aret. si tamen, esset in casu nostro, in quo hæc Vniuersitas voluntariè donasset, scù donatiuo factō per totum Regnū Suæ Maiestati concurredisset, certe ibi prò illa vice tantum præiudicasset prò vt etiam in l.p. & per tot. C. de his, qui spon. pub. mun. subs. & ibi Ioannes de Platea in l. 2. C. tit. eodem, Bald. in l. voluntariè, C. de excusat. tut. Bare. in l. fin. in fin. ff. de constit. Princip. & latè Canonistæ, præfertim Fælinus in cap. Cum accessissent, de Constit. imò si immunis scienter patetur describi in aextimo collectarum, vbi soluentes d. scribuntur, & non appellasset infrà decē dies, sibi præiudicaret, vt est textus singularis in l.p. s. si quis tutor, ff. quādā appellād. sit, sequitur Ang. de Aret. & alii quos refert Ias. in dicta l. fi. col. fin. qui tamē in tēpore tenet contraria, imò fuit dictum, quod cum ista priuilegia Ciuitatis Caietæ non loquantur de donatiuis, sed simpliciter de impositionibus ordinarijs, & extraordinarijs, impositis, & imponendis, cùm donatiua non imponantur, sed gratiosè donentur, illa priuilegia talia minime comprehendunt, &

valde sunt diuerla, & separata, & à diversis, & separatis non sit rectè illatio. *I. Papinianus Exul. ff. de minoribus*, & si dicebatur, prò vt dicitur per Aduocatū Ciuitatis Caietæ, quod parliamentū generale non potuit in istis donatiuis, (alijs nō cōsentib.) præiudicare, quia dico primò quod hic non constat, quod Ciuitas Caietæ non consensit huic donatiuo.

Dico secundò, quod etiam si ex præsè cōsensisset maior pars, potuit ei præiudicare, quia licet sit vera supradicta regula in actibus mārē voluntarijs, quod maior pars potest præiudicare alijs non consensientibus; si vero loquimur in actis necessarijs, vel utilibus, vel vbi ita est consuetum, tunc maior pars potest alijs semper præiudicare, vt latè habetur per DD. cōmuniter in dicto cap. Cum omnes, vbi vide Fœlin. qui alios adducit nu. 17. facit quod adducit Goffred. ubi supra, hoc autē casu nostro omnia ista concurrunt, quia vt supra dixi, hoc donatiuum fuit necessarium, & utile, quia eramus inuasi à magno exercitu, etiam in periculo, vt Regnum amitteretur, ac quilibet nostrum, & bona, ideo necessarium fuit, & utile. Est etiam ita consuetum, quia semper parlamentum generale in donatiuo, post omnes Ciuitates, Demaniales, & Barones, vocat absentes, & contradicentes obligat, & ita semper fuit obseruatum.

Propterea fuit consultum, nemine discrepante, quod Ciuitas Caietæ erat obligata soluere hoc donatiuum, non obstante suo priuilegio, quod non comprehendit hunc casum. Vide quæ in simili posui in alia decisione incipiente In parlamento generali inquit &c. Et adde quod supra dixi hic, quod donare tangit omnes, vt singulos, & nō vt vniuersitatem, ideo unus potest contradicere, & alij ei non præiudicant, vt per lex.

*tex. in l. fundū ff. de seruit rustic. præd. l. fin. ff. comm. præd. Gloss. in capite, quod omnes tangit. de reg. iur. in 6. cū multis de quib. per omnes DD. de Conſtit. & Goffred. in conf. quadragesimo primo per totum, & præſertim Faelin. in cap. Cam omnes n. 15.*



## ARGUMENTVM.

Feudum consistens in diuersis Baronijſ, vbi debeat adohare, & ad hæ solutio quando ſpectet ad Regem etiam reſpectu bonorum alicuius feu di existentis in Territorio alterius Baronis.

## DECISIO XCV.

**I**N causa vertente in Regia Cam. inter III. Ducem Montis Leonis actorum Regium Fiscū, & Cæſarē Fazar de Ciuitate Tropeæ, aliás de mala Taha ſuper adoha feudi existentis in territorio Briatici, & Maffiani dictus Dux prætēdit, quòd debet ſibi adohare faltem probonis feudi existentibus in territorio Maffiani, cuius ipſe eſt dominus, nō probat aliter ſibi ſolutum ius adohæ, niſi per quatuor declarationes factas ab Iuſtriss. Duce Aerarijs eius, in quibus narrantur introitus ducatorum 411. pro adoha dicti feudi, tamen Regia Curia probat ſolutionem adohæ factam anteriore tempore puta anno 1522. & poſtea continuata ſolutio ſingulis annis, quo imposta fuit adoha uſque ad præſens, & tanto magis hoc probatur, quia extat decretum factum die 17. Maij 1513. per Regiam Cameram, quo determinatur dictum

feudum debere adohare Reg. Cur. & non Francilco Bisbal Domino vtili Briatici, & Dominus Sygismundus Loffredus tunc Præſidens Reg. Cam. Summarix refert in ſua paraphæ feud. quod fuit deciſum. Ideo quia tale feudum licet eſſet in terri- torio, & pertinentijs . . . fuit declaratum feudum quaternatum, & tanto magis ſuadetur, quòd di- catus Dux nunquam fuit in poſſeſſione decreti, niſi ab eo reclamauit ad eamdem Cameram, quoad alia duo feuda existentia in dicto terri- torio Briatici, & de hoc feudo nihil dixit, tūm etiam, quia in processu ſtant præſentatę literę Regię, qui- bus Iuſtrissimus Dux cum quære- la exposuit dictæ Cameræ, quòd ſunt publici feudatarij ſuarum terra- rum, & narrat omnes ſuos ſubfeu- datarios nolentes ei ſoluere adohæ & tamen non ponit iſtud feudum.

ergo non erat iple in poſſeſſione exigendi l. Titie Textores, & ibi Bart. ff. de legat. primo, tum etiā quia non videmus nos quo iure di- catus Dux vult exigere dictos duca- tos 411. cum non reperiatur aliqua taxa facta per Cameram, neq; alius ordo, nequè literę per Cameram in ſuī fauorem expedite, Ego non vi- deo quo iure potest dictam adohæ exigere, etiā dicebatur prout dici- tur per Duce, ego volo exigere ius adohæ pro bonis feudalibus dicti feudi existentibus in territorio meo, quia ad hoc fuit factus magnus processus, & primò non eſt dubium, quòd ſit vnicum feudum, & nō duo, vt expreſſe dicitur in priuilegio dicti Cæſaris Fazari, & utraque pars fatetur, ſi eſt vnum feudum non po- test adohare duobus, quia eſſet quaſi absurdum, quòd quis respectu diuerſorum feudorum poſſit eſſe vassallus plurium, vt not. Andr. in cap. primo in addit. col. prima, qualis- ter Vassallus iurar. debet fidelit. ta- men

men respectu vnius feudi, licet consistat in diversis Baroniis debet adohare primo, vbi est solitum adohare, vt dicit *Parid. de Puteo in suo tractat. de remiss. feud. et Iacob. Ayell. in suo tractat. de adob. et releu. nu. 9.* & clarum est, quod in casu nostro est solitum adohare Regia Curiæ tanquam feudum existens in territorio Briatici, vt supra dixi, ergo sumus in claris; Propterea est probatum in processu, quod caput huius feudi est in territorio Briatici, & maior pars introituum, & territoriorum sunt in pertinentiis Briatici, vt dicunt plures Testes examinati pro parte Cesaris Fazari super decima, & undecima exceptione, ergo, vbi erit caput feudi, debet solvi adoha, & fieri recognitio, vt dicit *Paris vbi supra*, pro quibus est casus valde ad propositū in l. cum in diversis de religijs. & sump. funer. vbi si corpus est sepultum in duabus locis, non potest facere duo loca religiosa, ille igitur locus erit religiosus, vbi est maior, seu principalior pars corporis, sed vbi est caput ibi est principalior pars, ergo &c. facit quod notat *Andr. vbi supra in addit.* quod si unus Baro habet Vassallos in Baronie alterius Baronis, debet Vassalus illi iurare fidelitatē nō autē illi Baroni, in cuius Baronie degūt facit sex. in l. quod cum clare, & quod ibi notat *Bart. & ibi melius Ang. ff. de damn. infect.* quod si domus mea est sita in duabus Parochijs ego ero Parochianus illius Ecclesiæ, in cuius pertinentiis est aditus, seu Porta principalis domus, & sic vides qualiter res est clara, quod sola recognitio, & adoha solutio huius feudi spectet ad Regem, ideo quia caput feudi est in territorio Briatici, & nō attenditur, licet aliqua bona, & redditus dependentes à dicto feudo, sint in territorio Messiani, quæ est Terra dicti Ducis, Et ita per supradicta.

fuit votatum per omnes Dominas de Camera, & demum latum decretu definitiuum.



*Ex Parte Tertia Decis. Reg.  
Reuerterij.*

## ARGUMENTVM.

Si in vno, eodemq; anno contingat casus relevij, & adoha, an debeatur vtrunque.

## DECISIO L VI.

**I**N Causa III. Dicis Termolarum, qui fuit significatus prò relevio debito ob mortē Magnifici Anibalis de Capua e' us patris, dictus Dux eodem anno fuit submonitus, vt eat ad seruendum personaliter ad Provinciam Apulie, vbi erat III. Dominus Prorex propter maximum timorem Turcarum, qui erant cum eorum armata maritima, fuit dubitatum, si à dicto relevio debeat ex-computari hoc seruitium personale, quod non est dubium, quod quādo imponitur adoha in Regno, eodem anno contingit solvi relevium, ex-computatur adoha in relevio, vt seruatur indistincte in Regia Camera, vt pónit *Iacobus de Gello in suo tract. de adoba, & relevio num. 71.* quod quis non debet duplici onere grauari, l. nauis onus, ff. ad leg. Rod. g. Et Plaustrorum per Andr in simili, Ratio, quæ est in adoha, quod excōputetur in relevio, militat parifmiter, quando non solvit adoha, præstatur seruitium presonale, quod eodem modo grauaretur Vassalus duplici onere eodem anno, & non haberet vnde viueret, debet hoc serui-

seruitium in releuio excomputari , tūm quòd adoha succedit loco seruitij personalis , & est in electione Regis quod vult , per capit . Regni , quo disponitur , quod in uno cēsetur dispositū , in alio videtur adeptū , vt optimè p Aresi . in Rubr . ff . de acquir . poss . in col . f . et in l . f . Stybū , aut Pamphiliū , S . I . col . p . ff . de verbor . obligat . & sic fuit decisum , & votatum per omnes Dominos de Reg . Cam . in favorem dicti illi . Ducis .



### ARGUMENTVM.

Adohæ quomodo sint taxandæ , & quando possunt augeri , & an in adohæ taxatione sit habenda ratio adohæ , quæ Baroni venit soluenda à suo subfeudatario .

### D E C I S I O CIX.

**I**N Regia Camera Summarie vertitur caula intè Regium fiscum , & Ill . Principem Sulmonis super solutione adohæ Baulationis , quā legitimo titulo tenet , & possidet Vniuersitas dictæ Ciuitatis Sulmonis in feudum , dictus Ill . Princeps petit dictam Vniuersitatem condemnari ad solutionē adoharum nō solutarum à tempore , quo Ill . eius Auus habuit , & possedit dictam Ciuitatem , attento , quòd dicta baulatio , vt subfeudum teneatur immedietatè in capite à dicto Ill . Princepe , & ei debetur solutio adohæ , & releuij , & devolutio , & collatio omnium feudorum tam quaternatorū , quā non quaternatorum fuit concessa dicto quondam Ill . Domino Carolo dela Noi . eius auo , & tunc huius Regni Proregi . Regius fiscus

duo proponit , primò quòd Maiestas Cæsarea fælicis mem . concessit illi statum Sulmonis ad certam summā annuorum introitum , videlicet ducatis annuis quindecim mille , ergo annuas illas quantitates , quas vltra illos ducatos 1500 . percepit , certè sunt Regiæ Curiaz . Hæc prima oppositio Regij fisci , salua eius pace , videtur satis friuola , & absque ratione , & fundamento , quia Sua Maiestas Cæsarea concessit dicto Ill . D . Carolo annuos ducatos 15000 . quos statim , & singulis annis debet habere , & percipere , & si in hac summa nō cōpræhenderetur adohæ , & releuia , ipse non haberet singulis annis illam quantitatem sibi concessam , quia seruitium militare , loco caius soluitur adoha , ad Curiaz electionem , non imponitur , neque potest quolibet anno , licet tunc demum quando immineat bellum in Regno , vel alibi prò Regni defensione , & tutione , sæpè fuit discussum tempore meo in Regia Camera Summaria , de qua materia adohæ habetur per Andr . in S . omnes filij , de controuersiis feud . inter Dom . & in S . firmis , de probibit . feud . alienat . per Frider . & Iacob . de Ayell . in suo tract . de adoha , & releu . & latissimè Dominus Marin . Frecc . subtilissimus , & magnus Doctor in suo sollemni tract . de subfeud . Baron .

Hodiè non amplius tractatur de adohis , cùm ferè annuatim fiant donatiua Regibus , & Dominis nostris , ideo non queritur , an sit bellū , vel nè , neque in Regno , seu extrè Regnum prò eius defensione . Cum igitur hæc solutio adohæ , & releuij non soluitur , neque soluit potest annis singulis , quomodo potest aggregari in illa annua perceptione ducatorum 15000 , cum in omni anno illam liberè debeat , Tum , & fortius , quòd vltra dictam gratiam dicatorū annuorum ducatorum 15000 . erant

con-

concessa in eodem priuilegio omnia feuda quaternata, & non quater- nata, adoha, & releuia, Item quod si reperirentur scripta in quinter- nionibus Regiae Cameræ Summa- riaz, quod ab eis deterentur, Et si con-tingeret dictorum feudorum de- uolutio quod deuoluerentur ad di- cтum Principem, & non ad Regiam Curiam, hæc omnia sunt concessa vltra dictos ducatos annuos 1500.

Præterea non est tractandum, quod debeat hæc quantitas aggredi quantitatì annuorum ducato- rum 1500. Secundò loco Regius fiscus prætendit, quod solitum istud ius adohæ, quod debet solui per Vniuersitatē Sulmonis dicto Prin- cipi, debet aggregari in favorem Curiaz taxæ iam factæ prò adoha, quod dictus Princeps soluat Regiae Curiaz, adeò quod si hodie Ciuitas Sulmonis reperitur in Regia Came- ra taxata v.g. in ducatis 500. & Vni- uersitas Sulmonis prò baiulatione debeat soluere prò lure adohæ di- cto III. Principi ducatos centum, illi centum ducati debent aggregari, & vniri cū illis ducatis 500. & sic de- inceps soluerentur per dictum Prin- cipem Regiae Curiaz ducati 600. ta- men in hoc non est benè dictu, quæ aggregatio obstat capitulo Regni, quo cauetur, quod hodie taxa adohæ non debet alterari, neque mutari, dum remanet pœnæ cundē Ba- ronem, vel eius hæredem, vel quādo transit in alium contractum, me- diante Regio assensu, cum igitur taxa adohæ reperitur facta, multi sunt anni elapsi, & Terra Sulmonis remanet pœnæ hæredem dicti qu. III. Domini Caroli, in cuius perso- na fuit facta prima taxa, non debet nunc neque augeri, neque minui, et iā si fructus dictæ Terræ auger- tur, vel minuerentur, tamen quia quando fit taxatio adohæ, fit taxa per Regiam Cameram de fructibus,

& redditibus rei concessæ, & cuius dominium utile est pœnes, illū cu- ius reddituum, & fructuum debet fieri taxa, coniungendo tres annos continuos, & conferendo omnes fructus, & introitus illorum trium annorū, capitur postea tertia pars illorum introitum, & reddituum, & illius tertiaz partis fit taxatio; quod circa si nos diceremus, quod hæc adoha, quæ ab Vniuersitate Sulmonis debet solui dicto III. Prin- cipi, poneretur in taxa in augmen- tum adohæ, quam Princeps soluit, sequeretur, quod fieret taxa prò fructibus, & introitibus rei nō sux, & cuius dominium utile esset alte- rius, quod tamen est falsum, & fieri non potest, nequè aliàs factum fu- it.

Vltimò dico, quod in priuilegio est in effectu contradic̄tio, quia nos videmus, quod Cæsarea Mai- estas in suo priuilegio expreſſe dat dicto III. D. Carolo omnia feuda quaternata, & non quaternata, & quoties, & quando contigerit solui adohas, & releuia, debeat solui di- cto III. D. Carolo, & non Regiae Cu- riaz, si esset verum, quod dicit Re- gens fiscus, quod adoha, quam sol- uit III. Princeps, debeat augeri prò illa quantitatē, quam debet solue- re Vniuersitas dicto III. Principi, se- queretur in effectu, quod non solueretur iusta adoha dictorum feu- datariorum dicto Principi, sed po- tiū Reg. Curiaz, quia Princeps vna manu perciperet ab Vniuersitate Sulmonis, & alia manu illud idem solueret Regiae Curiaz, contrà tex. in l. quis scff. de solut & contrà verba, & mentē priuilegij concessi dicto III. D. Carolo, & ita ego vidi semper seruatum in Regia Camera Sūna- riaz, quando Cæsarea Maiestas fo- licis memoriaz in bello de Lau- trech, in quo per rebellionē multo- rum Baronum titularorum, & non titu-

titularum fuerunt concessæ , & venditæ multæ Ciuitates , & Terræ, quæ habebant multos subfeudatarios per Regiam Curiam pluribus Dominis , & personis cū dictis feudis quaternatis, & non quaternatis; Tamen in Regia Camera Summariaz nunquā in taxatione adohæ fuit habita ratio adohæ , quæ Baroni erat soluenda à suo subfeudatario ; Et idem etiam fuit obseruatum in Terris, quæ fuerunt Ferdinandi Sæuerini olim Principis Salerni deuolutis Regiæ Curiæ ob eius rebellionem , & postea venditæ, vel concessæ cum eius feudis quaternatis , & non quaternatis, & tamen non fuit habita ratio in taxa adohæ de adoha soluenda per subfeudatarios dictis Baronibus . Ista Causa fuit votata in Regio Collaterali Consilio coram Ill. Domino Prorege , & per omnes nos Regentes Regiam Cancellariam , & totam Regiæ Cameram Summariaz , nemine discrepante , fuit votatum in fauorem dñi Ill. Principis Sulmonis contrà Regium fiscum ; de hac materia vide quæ aliâs scripsi in alia mea decisione, incipiente; Fuit Causa agitata, vt in Quinterno D. fol. 27.



## ARGUMENTVM.

Releuium an , & quando pos-  
sit compensari cum adoha, si  
contingat feudatarium mori  
eodem anno , quo fuit im-  
posita dicta adoha .

## DECISIO LXIII. Par.IV.

**F**uit dubitatum Regia Camera super releuio Excellentis Michaelis de Afflito Comitis Triuenti, qui fuit Locumtenens Regiæ Cameræ , & postea obiit 4. die mensi Septembri 1521. & illo anno de mense Ianuarij, in princip. mēsis fuit imposta adoha , & incontinenti tota exacta, & nunquā soluit releuio Regiæ Curiæ, Comes modernus eius filius nunc vult soluere, du- modò fiat compensatio adohæ solutæ cum releuio, cùm dicat ipse , quod non debet eodē anno dupli- onere grauari , iuxta tex.in l. nauis onusta , ff. ad leg. Rhod. de iact. per quam legem dicit Andr. in tit. que sint regal. in verb. Et plaustrorum , quod feudatarij in Regno non soluunt Collectas , quia soluunt prò feudis adoham , nè dupli onere grauentur per dictam leg. nauis onusta , imò ; Istud motiuum est ve- rum, & procedit, si eodem anno hæc duo onera euenerint , sed in casu nostro non ita procedit, quia in re- latione facti supra retuli de mense Ianuarij fuit imposta adoha , & tota in continenti exacta per Comitē Michaelem de Afflito, qui postea mortuus fuit de mense Septembri die 3. Annus autem computatur à die mortis feudatarij in petenda inuestitura , quam infrà annum , & diem petere debet, vt est tex.in cap. 1. in princip. que sit p.causa amicī. benefic. & illo eod. tempore debet soluere releuio, sed suprà annum, & diem , qui annus eodem tempo- re incipit s3. à die mortis feudatarij, vt tenet Jacob. de Gello in suo tract. & in Regia Camera ita indistinctè seruatur, quia nūquā Regia Camera expedit significatorias releuij , nisi elatio anno die à morte feudata- rij, cuius hæres si intra annū, & diē non denunciauerit mortem defun- cti

Et, & petierit investituram, licet de iure cōmuni feudatarius amiciteret feendum, ut in dicto cap. i. tamen in Regno non amicitur feendum, sed solum soluit duplicatum releuium, & Regia Camera quando liquidat fructus feudi pro solutione releuij, quod est medietas fructuum illius anni, quo feudatarius moritur. *And.* in *Const. Post mortem col. fin.* Et sumit annum lequētem, qui incipit à die mortis feudatarij, pro ut iura in dubio ita annum intelligunt, quia annus est duplex, quidam est annus naturalis, qui constat 365. diebus, & incipit ab illo die, quo actus, de quo agitur, geritur. Est *tex. in l. ita vulneratus. ff. ad l. Aquil. & in l. Cūm hæres, S. Stychus, ff. de Statulib.* Alius est annus artificialis, ut est ille, qui computatur à Natiuitate, vel Incarnatione Domini, pro ut bene declarat *Aret. in l. diuortio, S. itē si messis. ff. sol. matrim.* & in dubio mentio anni capitur naturaliter per *tex. in l. ita vulneratus, ubi sex. optimus, & in dicto S. Stychus, Aret. ubi supra.*

Præterea in casu nostro non gravatur hæres dupli onere, quia defunctus octo mēsibus antequā moreretur, soluit adoham integrum, quæ tunc fuerat imposta, nunc hæres soluit releuium, & in anno suo, quo contingit releuij solutio, non adeat onus adohæ, quæ iam anno præterito soluta fuerat, quia ut supra dixi, annus solutionis incipit à die mortis feudatarij, & fructus sequentes sunt illi, qui liquidantur in Regia Camera, & non fructus, qui erat percepti ante mortem feudatarij, & hoc anno integros fructus percepit feudatarius. dum nec adohū impositum, neque solutio adohæ facta est, ergo debet solui integrum releuium, non facta adohæ compensatione.

Si verò in illo anno, quo moritur feudatarius, computando annum à

die mortis, imponeretur adoha, vel iam imposta exigeretur, debet fieri compensatio cum releui, ut feudatarius habeat vnde viuat, quia si eodem anno solueret adohā, & releuium, omnes færè fructus feudi illius anni essent Curiæ, & feudatarius non haberet, vnde viueie possit pro illo anno.

Propterea compensatio adohæ cum releui in casu nostro cessat, ideò fuit prouidum, atque decisum in Regia Camera Summarie, quod Comes modernus Triuenti soluat integrum releuium, & ita fuit executum.



## ARGUMENTVM.

Adohæ præstatio quando non debeatur ex defectu feedi, vel fructuum.

## DECISIO XXXVI. Par. 6.

**M**aiestas Cæsarea felicis memoriæ concessit Ill. Marchioni Vasti alumeriam Insulæ Ischæ in feendum, & feedi naturam, cum solutione Adohæ, & Releuij, quæ alumeria stetit multis annis, quod non fuit taxata pro iure adohæ, & sic per multos annos non soluit adoham, demum instantे Regio fisco, fuit capta informatio per triennium continuum de eius redditibus, & fuit facta taxa, pro ut semper solita fuit fieri in dicta Regia Camera in ducatis 150. pro qualibet adoha, & ita soluit dicta Alumeria affictata cuidam mercatori, quo affictu, seù Arrendamento finito, non fuit iterum affictata, quia Marchio Modernus noluit affictare prætio minore, cum nō fuit repertus arrēdator, & sic stetit semper in demando.

nio Marchionis, qui noluit ut ex pederetur pro cōf. ētione dicti aluminis, sub prætextu, quod ex quo, necēsē erat multē expensē, ex quibus sit alumen, i. eo non reperiebatur tanti prò ut Marchio credebat, ideo egit in Reg. Cam. petens, se eximi, & liberari à solutione adohæ cūm fructus nulli percipiebantur, nec percipi poterāt ex defectu lapidum, ex quibus conficitur alumen, qui nō reperiebatur in dicta insula, prò se allegabat fuisse repartam informationem, & fuisse destinatum Magnificum Anibalem Moles Reg. Cam. Præsidentem, & causæ Cōmissarium, & quia prò parte dicti Marchionis prætenditur, non reperiūt lapides aptos prò aluminis confectione, prò sua intētione fundata allegabat *texum in l. pri. C. de iure empbito.* vbi si res data ad emphiteusim pœnitus est extincta, quod nulla eius remanet substantia, non tenetur tunc emphiteuta soluere Canonem, si damnum particulare euenerit, adeò quod non est omnino res exticta, sed adest eius substantia, & tunc periculū erit emphiteutæ, vbi ita distinguit, ut disponit tex in emphiteosi in d. l. p. C. de iure empbito. ista causa fuit votata in Regio Collaterali Cons. referente Reg. Cam. Summariaz, & fuit decisum per omnes, nemine pœnitùs discrepante, quod fiscus absoluatur ab omni petitione ill. Marchionis, quod soluat adoham, quia non est probatum in processu, quod nec per omnia constat dictum locum, vbi alumen conficitur esse pœnitus destruktū, & demolitum, & annihi- latum, ut neque nunc, neque in futurum nullo vñquā tempore possit confici alumen, quod requiritur ad hoc ut non teneatur Marchio ad solutionem, adohæ, per *tex. in d. l. pri. in fin: sup. alleg. & per doctrinam Bart. & Andr.* vbi sup. in casu nostro

licet Marchio non inuenierit, qui vellet conducere, seu affictare, prò ut alias conducta, seu affictata fuit, debebat, post quam in suo demanio remanebat, erogare pecuniam, & expensas prò confectione dicti aluminis, qui licet lapides, qui nuuc ibi reperiūt, sint in pluribus locis dispersi, tamen locus est latissimus, & Territorium amplissimum, in quo sunt multi lapides, & alij quamplures absconditi subētus Terram, qui fodiendo possunt inueniri; hæc experientia non est facta, quomodo ergo potest dici, quod omnia sunt destructa, & nihil superest, ex quo non potest confici alumen & dum solūtum superest ex ea, quæ est maior pars cuiuscumque ædificij, quia actio remanet, & stipulatio tenet, quando quis promiicit aream alienam, & Dominus area in ea ædificat domum, stipulatio committitur, & promissor tenetur soluere aextimationem areae, ut est *tex. in l. qui res S. aream, vbi Bart. Paul de Castr. & alij ff. de solut.* quia postquā area remanet, non dicitur exticta stipulatio, ita in casu nostro postquā superest territorium, non deficit contractus, quia lapides subētus terram sunt, & possunt reperiri ad *tex. l. in ter stipulationē. S. pactum ff de verb. obligat.* & vñtrà dicit ibi *tex.* quod si sum stipulatus fructus alicuius fundi, licet fructus aliquo anno non nascantur, valet stipulatio, & non extinguitur, quia possunt alijs sequentibus annis nasci, quod debet expectare, quod scoperiantur lapides, qui realiter sunt in territorio; hæc opinio confirmatur ex deducatis per *Iaf. in dicta leg. prima C de iur. empbit. nu. 18.* vbi latissimè disputat, si res emphiteutica non perit, sed fructus, & ob hoc non possunt percipi, quia fundus est occupatus ppter guerrā, & nō potest liberari, possunt ibi plures opiniones, licet op-

Hh nio

nio Bart. & aliorum , eū sequentiū teneant, quòd non tenetur emphiteuta ad Canonis solutionem , tamē plures alij antiqui Doctores , & moderni tenent contrarium in d. l. prima , & sic non potest responderi , quia sufficit, vt non in totum pereat res emphiteutica , postquam remanet solum in area , per iura supra per me adducta , & istam opinionem sequitur Albert. qui dicit, quod ita videtur communiter seruari, nec in contrarium potest adduci tex. in l. licet, & l. exceptio, C. de locat & in cap. proprie sterilitatem, & ead tit. in antiq. est text. magistralis in l. Ex conducto, s. si vis tempestatis per totū illum tex. vbi habetur, quod si est cōsumptum prædium, seu domus, vel alia res, siue vi tempestatis , vel ex alia causa , cum in totum perditur , non tenetur conductor ad solutionem mercedis, quia illa iura loquuntur in contractu locationis , & conductionis, in quo nullum ius transfertur in conductorem , sed habet ius habitandi , si domus conducta , vel fructus percipiendi ; si prædium conductum fuit , & sic ratione fructus percipiendi , vel habitationis ; ideo si nullatenus habitare potest , neq; fructus percipere ex tali ruina domus, vel prædij , non est iustum , quòd soluat pensionem; In casu nostro est, quia adoha soluitur ratione concessionis feudi cum seruitio , ex quo transfertur dominium utile pœnè feudatarium , etiā si fructus non percipiat ergo, est conueniens , quòd præstet seruitium soluendo adoham , aliàs posset dicere Dominus directus, prout in casu nostro fiscus dicit, postquam tu non vis soluere adoham, reddas mihi fundum , quia ego fundum tibi dedi, vt mihi præstares seruitium; postquam tu non vis præstare seruitium , reddas feendum, quia iste est contractus dō , vt facias, ergo non faciendo , & sic

non seruiendo, erit contractus resolutus, vel resolui potest, vt des mihi illud, quod tibi dedi, cap. fin. de condit ob caus. et in l. naturalis, S. an cum do, ff. de præscript. verbor. licet in materia feud. sinè culpa nō amictatur.



### E P I T O M E.

Solutio Adoharum , & Releuorum spatio septuaginta annorum prò Castro Vignola à Comitibus Potentiae nō potuit præiudicare ipsis ignorantibus , Castrum esse Burgensaticum , & eis concessū in emphiteusim ab Hospitale Diuæ Annuntiatæ Neap. Et propterea produc̄to per dictum Hospitale Instrumento concessionis , quod ignorabatur à Comitibus, atq; vincente Hospitale prædicto in Sacro Cons. Comites ipsi obtinuerunt contrà fiscum de non soluendo adoham , & releuia , cum fiscus non potuerit allegare præscriptiō nem, quæ non erat centenaria in seruitute discontinua , neque titulum præsumptū , quia deficiebat causa, neque seruitutē impositam ab emphiteota , cōstito in processu de errore, à solutis verò adohis, & releuijs fuit fiscus absolitus.

SVM.

## S V M M A R I A.

- 1 *Castrorum omnia in Regno sunt feuda quaternata, Feudi recognitio erronea non nocet.*
- 2 *Reuocatio cognitionis feudi si statim cum docet de errore.*
- 3 *Error non presumitur in factio proprio, nisi constet, rem aliter se habere.*
- 4 *Castrum Vignola spectat ad Hospitalie Diuæ Annuntiatae Neapolis quoad directum dominium.*
- 5 *Possessio qua cause presumpcionem?*
- 6 *Possessio Civilis directi dominij non potest interuenire per emphiteutam.*
- 7 *Sententia lata contraria vassallum naturaliter possidentem, non nocet Domino Civiliter possidenti.*
- 8 *Possessio nulla acquiritur uni, ubi solutio Canonis operatur possessio nem alteri.*
- 9 *Emphiteota potest imponere seruitium super re emphiteutica.*
- 10 *Emphiteota potest dare in feudum rem emphiteoticam.*
- 11 *Emphiteota potest imponere seruitus tenui soluendi adoham Regia Curia.*
- 12 *Prescriptio soluedi adoham requirit triginta annos.*
- 13 *Seruitus adhuc potest quasi possideri à Regia Curia, etiam sive aliquo dominio.*
- 14 *Vsufructarius quasi possidet ius vsufructus.*
- 15 *Seruitus Ius non sola patientia consumit, sed in aliqua prestatione.*
- 16 *Prescriptio seruitutis discontinua, quantum tempus requirat.*
- 17 *Titulus presumptus ex prescriptione procedens, requirit causam.*
- 18 *Causa probatur ex coniecturis.*
- 19 *Titulus presumetur ubi sit praestatio annua ex certa scientia, secus se per errorem.*
- 20 *Praestatio diuturna non sufficit, se probatur, rem aliter se habere.*

- 22 *Prescriptio utrum admittat probationem in contrarium.*

## DECISO XVI.

**F**uit lis agitata in Sacro Cons. & posteà remissa ad Reg. Cam. inter Sacrum Hospitale Diuæ Annuntiatæ, & Spectabilem Comitem Potentiaæ super Terra Vignolæ, quam ad se spectare dicebat dictum Sacrum Hospitale ob census decursos non solutos, & alias causas, prò vt in processu dum fuit concessum à dicto Sacro Hospitale sub Canone, & censu singulis annis soluedo, tandem per Reg. Cam fuit lata sententia in fauorem Comitis, eum ab soluendo ab impetitione dicti Sacri Hospitalis, sed quod solueret census decursos, & ab eodem in emphiteusim teneretur iuxta instrumentum concessionis cum assensu Summi Pontificis, & iam sunt elapsi centum anni, & quia dicti Comites Potentiaæ unus post alium ab hinc annis octuaginta prò dicto Castro Vignolæ semper soluerunt Regiæ Cameræ adoham, & relevium, dicunt nunc non teneri ad dictarum adoharum, & releviorum solutionem, & debere deleti à Cedulaario Regiæ Cameræ, seu à quinternionibus dictæ Regiæ Cam. & quod omne exactum prò præterito restituatur per Regiam Curiam quia huiusmodi solutiones adoharum, & releviorum fuerunt solutæ erroneæ, credendo quod Castrum Vignolæ tenebatur in feudum à Regia Curia, ium in Regno omnia Castra sunt feuda quaternata, ut dicit Andr. in c. 1. de constrou. feud. inter par. term. & in Constit. Regni, *Iustitiary nomen*; Cum igitur in processu sit deductum, quod hoc Castrum erat Ecclesiæ, & si donatum in burgenlaricum à Regina, Ioanna Secunda, & posteà à dicta Ecclesia, seu Hospitalie concessum

in emphiteusim perpetuò sub annuo censu, sèù Canone dicto Comiti Potentiaz, à quo semper quolibet anno fuit census solutus, apparet ergò quòd illa solutio adoharum, & releviorum fuit facta ex errore, quo constito, non debet amplius fieri talis solutio, sèù præstatio, quia illud Castrum non tenetur in feudum à Rege, sèù eius Regia Curia, sed in emphiteusim à dicto Hospitale, Est Gloss. in c.p. de feud. cognit. et ibi Bald. dices quòd recognitio feudi erronea nō nocet, sequuntur ibidem Aluarot. idē Jacob. Ardzon. in summa in 2. par. p. principatis, sub Rub. quib mod. feud. amit. in quest. incip. sed si dubitatum habetur latius per Parid. de Put. in tract. reintegrat. fol. 45. in c. incip. aliquis recepit, & statim quòd fides de errore constat, est permissa reuocatio, & idem Paris. tenet, & latè sequitur in dicto tract. reintegrat. fol. 78. in cap. incip. Rusticus citatur, licet regulariter non præsumatur error in facto proprio. l. plurimum, ff. de iur. & facti ignor. notat. Gloss. in l. fin. ff. præsocio, fallit quando cōstat aliter rē habere, quia præsumitur error, ita Alex. in conf. 102. col. 5. vol. p. in casu nostro apparet de errore, & iusta ignorantiaz causa, quia instrumentū emphiteusis erat pœnes Hospitale, & ab eo fuit in iudicio productum; Cūm igitur non erat pœnes Comiti, potuit faciliter ignorare illam concessionem in emphiteusim.

Dicebatur autē prò parte Comitis, quia Regia Curia, nullo iure, potest prætendere hoc ius solutionis adohæ, & relevij ad se spectare, non ratione dominij directi, cum sit Hospitalis totum Castrum Vignolæ per donationem factam à Regina Ioanna, sed post quā concessu erat in emphiteusim dicto Comiti, remansit dominium directum pœnes Hospitale, & utile transiuit in Co-

mitem, Gloss. in §. Adeò, infis. de locat. Andr. in cap. 1. §. Preterea col. 3. de capit. Corrad. notatur per Gloss. in l. 3. & ex contrario ff. de acq. possessio. 6 ne, nō etiam ratione præscriptionis, quæ non procedit sine possessione, reg. sine possess. lib. 6. vbi Dinus, & Civilis etiā possessio necessaria est ad præscriptionem, quæ sola sine naturali sufficit, naturalis verò non causat præscriptionem quoad dominū, Bart. & omnes in §. Ex cōtrario, vbi Alex. Aret. & Ias. post dios. sed possessio Civilis erat pœnes Hospitale, sicut erat dominium directum Castrum Vignolæ, ut est Glossa secundum opinionem I o. in dicto §. Ex cōtrario, cū qua doctrina simplicitè trāscunt; & Ecclesia, sive Hospitalis semper percepit pensionem, ideo sēper retinuit possessionē Civilis, quæ nō potuit interuerti per emphiteotā tantū naturaliter possidentē, cūm illa Civilis nō acquiescat semper naturali. Paulus, & Alex in l. interdum §. alienum, ff. de acq. poss. merito dicit And. in dicto §. si Vassallus, si de feud. defunct. milit. quòd sententia lata cōtrā Vassallū naturaliter possidentem, non nocet 7 8 Domino ciuiliter possidenti, licet ergo emphiteota soluerit fisco adoham, non potuit priuare Ecclesiam suam ciuili possessione, cūm semper cēsus, sīù Canon. Hospitali solutus sit, & in casibus, in quibus de iure solutio pensionis operatur acquisitionem possessionis, si aliis interim possidet, nulla possessio acquiritur secundum Bart. in l. quāvis, §. conductor, ff. de acq. poss. Affict. in decis. 35. 9 quo circā si possessio Civilis Ecclesiaz non fuit interuersa, neque interuerti potuit, remansit semper pœnes eum Civilis, ergo non fuit acquisita fisco, quia sicut duo non possunt esse in solidū domini eiusdem dominij l. licet certa, §. si duobus, ff. commod. ita non possunt ciuiliter possi-

possidere eadem possessione, *Bart.*  
*& omnes in d.S. Ex contrario*, non n.  
 duo ciuiles possessores eiusdem rei  
 possunt esse in solidum, vt ibidem  
 per omnes habetur, & licet prò Re-  
 gio fisco posset dici, quòd licet re-  
 spectu rei, scilicet Castris Vignolæ,  
 & respectu eius dominij nihil fuerit  
 acquisitum, quia remansit poenes  
 Hospitale ciuilis, sed naturalis pos-  
 sessio poenæ Comitem, *Gloss. Bart.*  
*& alij in d.S. Ex contrario*, *Glos. in d.*  
*c. si duobus vebiculum, & in l. i. ff. vii*  
*possid.* nihilominus emphiteota be-  
 10 nè potest imponere seruitutem su-  
 per re emphiteotica sive consensu  
 Domini, quæ seruitus erit duratura  
 quandiu emphiteosis erit poenes  
 emphiteotam, adeò quòd nullum  
 præiudicium infertur domino direc-  
 to, prò ut in simili est *tex. in cap. p.*  
*S. quid ergo de uestitura de re alien.*  
*facta, ita tenet Guliel. de Cun.* & latè  
*Bald. in l. i. C. de seruit. & aqua, sequi-*  
*tur, Iason. in l fin. n. 117. C. de iur em-*  
*phit. Ias. in d.S. Ex contrario, num. 66.*  
*Gloss. quam allegat in l. 3. ff. de seruit.*  
*sit. generali.* Et si potest hoc facere  
 feudatarius, *vi in d.S. quid ergo, quā-*  
*to magis Emphiteuta, qui nō astrin-*  
*gitur quantum feudatarius ligatur;*  
*imò poterit constituere vsumfructū*  
*in re emphiteutica l. prima S. in fun-*  
*do, ff. quib. mod. usufruct. amiss. etiā*  
*sine consensu domini, vt ibi tenet*  
*Bald. & Alex. in dicta S. Ex contra-*  
*rio, n. 30 qui dicit, se habuisse de*  
*facto, & licet Ias. ibi videatur ar-*  
*guere in contrarium, tamen posteā*  
*tenet eamdem opinionem, & hoc*  
*tenet idei *Bart col. fin. verific. quero**  
*quando plures, Ias. in dicta l. fin. nu.*  
*11117. de iur. emphit. verific. ad idem*,  
*quod singulariter, imò quod fortius*  
*est, potest emphiteuta dare in feu-*  
*dum rem emphiteuticam, Speculat.*  
*de locat. S. nunc aliqua, Imol. in cap.*  
*Potuit n. 20. 21. de locat. Ias. in dicta l.*  
*fin. n. 121. facit prò fisco quod notat*

*Bald. in S. se Vassallus, de contouers-*  
*inuest. inter Dominum, & Vassallus,*  
*quòd sicut Vassallus per triginta*  
*annos præscribit feudum, & per il-*  
*lad tempus recepit Dominus à vas-*  
*sallo seruitum militare, vel adohā,*  
*quæ datur loco seruitij; ita è contrà*  
*si quis feudatarius per triginta an-*  
*nos seruit Domino, vel vassallus,*  
*adoham in Regno præsttit, censem-*  
*tur Dominus præscriptissime hoc ius*  
*Vassallagij, ergo eodem modo vi-*  
*detur, quòd Comes Potentia, qui*  
*est emphiteuta, potuit imponere*  
 12 *hanc seruitutem rei emphiteuti-*  
*cariæ soluendi adoham, & releuiū*  
*Regia Curia, & hoc solum prò illo*  
*tempore, quo emphiteosis est Do-*  
*mini directi, quia extincto iure em-*  
*phiteosis, extinguitur hoc ius sol-*  
*uendi adoham, & releuium, & Ca-*  
*strū Vignolæ liberè, & absq; onere*  
*devoluitur ad hospitale, prò ut in*  
*feudo loquitur *tex. in d.S. Quid ergo**  
*Sed dicebatur in casu nostro, non*  
*constare, quòd Comes se obliga-*  
*uerit expressè ad hanc solutionem,*  
*seù seruitutem soluendi adoham, &*  
 13 *releuium, sed solum hoc potest ad-*  
*duci mediante præscriptione, at-*  
*tento quòd soluit continuatè iste*  
*Comes, & eius prædecessores per*  
*spatium octuaginta annorum, sed*  
*possessio ciuilis, quæ causat præ-*  
*scriptionem, nequè fuit poenes fi-*  
*scum, vt dixi.*  
 14 *Si verò consideramus hoc ius*  
*incorporale soluendi adoham, &*  
*releuium, quod est omnino separa-*  
*tum à directo, & utili dominio,*  
*Castris Vignolæ, tunc illud ius cor-*  
*porale potest quasi possideri ciuiler-*  
*ter, & naturaliter a Regia Curia, si-*  
*icut dicimus in usufructu, quia si*  
*attendimus ipsam rem, eò quòd*  
*usufructus debetur, Dominus rei,*  
*qui eiusdem habet proprietatem,*  
*possidet illam rem, verè ciuiler,*  
*usufructarius verò possidet eandem*  
*rem*

rem verè naturaliter , vt tenet eadē *Glos. in dicto s. Ex contrario , & de possessione naturali vſufructuarij , est tex. in l. naturaliter in princip. ff. de acq. poss. si verò attendimus ius vſu-*

*fructus incorporale separatum ab ipsa re , tunc vſufructuarius possidet illud ius incorporale ciuiliter , & naturaliter , vt est *Gloss. singularis in l. Ait Prator. s. Item ei. ff. ex quib. caus. maior.* ità declarat *Bart.* què omnes sequuntur in d. l. naturaliter , & ibi *Imol. Rom. Alex. Aret. et Ias. qui Aret. dicit* , hanc esse opinionem communem , Et licet *Bart.* dicat , quòd ista quasi possessio contrà dominum , & non contrà tertium datur , tamen *DD. supra allegati* , & opinio communis tenet contrà *Bart.* quòd datur non solùm contrà dominum , sed etiam contrà tertium , & quoscumque. Ergò *Reg. Cur.* ex ista quasi possessione ciuili , & naturali potuit præscribere hoc ius seruitij soluēdi adoham , & releuium , quod tamen si capitur , vt ius seruitutis , quæ in sola patientia consistit , & non aliqua præstatione , vt in l. *quoties* , ff. de seruit. tit. general. tunc cùm hæc seruitus non habet causam continuam , sed discontinuam , quia non quotidie soluitur adoha , & releuium , sed solum quando fit impositio , & quando hic feudatarius moritur , & sic nō ex vera natura rei procedit , sed mediāte facto hominis , quādo Rex imponeit , quādo dicitur seruitus habere causam continuam , & quando discontinuam l. 2. C. de seruit. & aq. si*

*Igitur hæc seruitus habens causam discontinuam , non præscribitur , nisi spatio tanti temporis , cuius initij memoria non extet in contrariū , vt est opinio communis in l. seruitutes , que est secunda ff. de seruit. tit. general. & ibi *Glos. magna per tex. in l. p. s. fin. ff. de aq. plu. arc. l.* Et si in hoc d. ductus aquæ ff. de aq. quotid. & aſti. Bart. & Paul. qui benè , & reliqui in d.*

*l. 2. ff. seruit. ideò quòd si fiscus se fundaret in sola possessione , deficeret tempus , quia oportet spatium centum annorum , quod hodie non est elapsum , imò à die litis motæ sūt elapsi tantum septuaginta anni ; posset fiscus venire ex titulo præsumpto causato ex præstatione solutionis adohæ , & releviorum , nè dū per spatium decem annorum , & sicut velit se tueri dispositione legis ut de in rem verso , vbi *Bart. lat. in l. si certis annis. C. de pacis. l. si filius familias. C. de petit. bæred. l. si qui in aliena. s. primo ff. de acq. bæred. cap. perueruit de censibus* , si enim diceret fiscus Comites Potentiarum unus post alium semper ab annis septuaginta soluerunt Regiae Curiae adoham , & releuium , ergò ex dispositione illarum legum præsumitur titulus præcessisse , vt latè per *DD. in legibus supra allegatis præfertim per Bald. Salic. Alex. Aret. & Ias. in dicta l. si centū annis* , & nulla alia via potest se tueri Rugius fiscus , nisi ista , quæ tamen non videtur tuta .*

*18 Primò , quia dispositio leg. Cum de in re verso , & aliæ supra allegatae nō procedunt , nisi allegetur causa , ex qua sit præstatio , & diurna , vt putat si dicatur , soluo tibi decē , quæ promisi tibi per stipulationem , vel si dico ( vt in casu nostro ) soluo Regiae Curiae adoham pro tali terra , quam in feudum teneo à dicta Regia Curia , ità videtur tex. in d. l. de in rem verso , Abbas , & reliqui in d. capite . peruenit , col. si de censib. Salic. Alex. Aret. & Ias. in d. l. si certis annis , sed in casu nostro non fuit causa allegata in solutione , seù præstatione adohæ , ergo illa iura , & materia non habent locum , & si diceretur , non fuit expressè allegata causa , tamen ex coniecturis probatur causa , vt tenet Baldus in l. generaliter , C. de non num. pec. & DD. in d. l. si certis annis col. 5. quādo quis soluit adoham aduertario ,*

præ-

præsumitur causa, quia ratione feudi, quod tenet à Regia Curia, soluit quia non aliter debetur adoha, & relevium, nisi ratione feudi, ut in Constitutione. Post mortem. de releuio, & de adoha ponit Andr. in pluribus locis, in cap. 1. quis dicatur Dux, in cap. 1. similiter de cap. Corrad. & in multis alijs locis, & ad hoc responderetur ex decis. Bald. in d. l. si certis annis, vbi . . . latè, & subtiliter declarat, quòd aut præstatio nè dū debet fieri ex certa causa, sed etiam ex certa scientia, quia si per errorem causæ fit præstatio, hic nō præsumitur titulus, & nō est conueniens, quòd præsumatur quoniam ex eisdem actis non debet oriri contrarius effectus l. qui bominem, s. fin. ff. de solut. sed quia pareret conditionem indebiti soluendi per errorem, ergo non debet parere obligationem soluentis, tum quia confessio erronea non præjudicat, l. Error, C. de iur. & fact. ignor. & dixi supra ergo nec rei præstatio, quæ habet confessionem illicitam; ex quo interfertur quòd si Dominus allegat præstationem diuturnam ex aliqua causa, ex qua debetur, tunc qui cōuenitur per instrumentum, si probet, rem aliter se habere, vel per testes, quòd tollitur præsuptio, d.l. Cum in rē verso allegato errore, qui præsumitur, quia patet, rē aliter se habere. l. si post diuis. C. de iur. & fact. ignorat. idē tenet Bald. in l. cū falso, col. ff. C. de iur. & fact. ignorat. licet Speculator videatur tenere contrariū in ti. ab rest. spoliat. s. nūquid dicimus, verific. sed pone Rusticus in fin. 8. quæst. quem sequitur Ant. de Butr. in d. cap. Peruenit, & subtiliter Aretin. in d. l. si certis annis, col. 4. & 5. tenet, quòd si Dominus allegat præscriptionem, tunc aduersus eum non admittitur probatio in contrarium, quia non fundatur præscriptio, sed solùm titulus præsuptus allegatus ex iusta,

& allegabili causa cum præstatione diuturna, tunc per ueritatem, de qua constat per instrumentum, vel alias tollitur illa præsuptio, seu titulus præsumptus d.l. Cum de in rē verso, in casu nostro est productu m instrumentū concessionis in epiphysim de d. Castro dicto Comiti Potentia per dictam Ecclesiam, seu Hospitale, per quā constat Castrū Vignolæ esse burgensaticum, & teneri ab Ecclesia, & non esse feudū, neque in feudum teneri à Reg. Cur. ergo tollitur ille præsumptus titulus, & quòd ex errore fuit facta solutio adoharum, præscriptio cū requirat scientiam centum annorum, non est inducta, quia tempus defecit, ergo fiscus deficit in salutari suo; Propterèa in fauorem Comitis Potentia fuit vorarum per totam Reg. Cam. nemine discrepāte, quòd dicta Terra Vignolæ deleatur à Cædulari Reg. Cam. vt res bugesatica, & nō feudal is, quòd verò ad adohas, & donatiua soluta, & soluta, fuit Reg. fiscus absolutus &c.

Articulus Tertius ex Allegationibus Pro D. Clitia Capana contra D. Isabellam Sororē de quibus fecimus mentionē in hoc tractatu q. 25. in fine.

## S V M M A R I A.

- 1 Renuntiatio facta persona dicitur personalis, & n. 3.
- 2 Renuntiatio facta contra formam Capitulorum non tenet.
- 3 Soror sucedit ultimo fratri decedenti ab intestato sine masculis non obstante renunciatione.
- 4 Collatio dotis non habet locum in successione Collateralis, nec etiam detracitio paragyn.

AR-

## ARTICVLVS.

An renunciatio Clitiæ Capanae sit realis, vel personalis, adeo ut valeat excludere sororem à successione fratris, vel è contra vel an ambæ succedant.

## RESOLVTO.

- 1 **R**espondeas quòd renunciatio Clitiæ est personalis, quia in capitulis matrimonialibus Clitia apponit formam renunciationis, secundum quam formam promisit renunciare ut in nota facti, ex qua forma indicatur renunciatio personalis, dum dicit *Alli predetti fratelli*. Et sic licet deinde per partem aduersam produceretur renunciatio Clitiæ, aduertatur quòd non est facta, seruata forma in capitulis promissa, quo casu debet inualida, & irrita centerit, tanquam quæ fuit facta contrà formam traditam ut post alios docet *Iacob. Menoch. conf. 38. n. 22.* & per totum vol. 1. Reg. *Rouit. conf. 54. n. 13. vol. 1. tantò magis*, quia sumus in actis priuatiuis renunciacionis, quæ stricti iuris est, ideo strictè procedendum, quando n. data est certa forma contractui, tunc cōtraetus simpliciter factus, intelligitur factus nō alio modo, nisi modo expresso, nec aliam recipit modificationem ut post alios *Marta de Clauſulis par. 1. clausul. 71.* Et sic remanet in suo robore promissio de renunciando facta per Hieronimū Capaū maritum d. Clitiæ, & per consequēs Isabella, & Clitia sūt in pari cauſa, nēpē promissionis de renunciādo.
- 3 Sed dato, quòd Clitia renunciasset, ad huc eius renunciatio est personalis, quia fieri promissa fuit *alli predetti fratelli*, & non dicit eorum hæredibus, & successoribus, quo casu dicitur renunciatio personalis ut post alios docuit Pater *Andr. Molf. ad Confu. Neap. to. 1. p. 3. q. 2. n. 13. & 14. tit. de Renun. Reg. Rouit. conf. 42. & 44. vol. p.*

Sed promissio de renunciādo facta ab Isabella est realis, quo casu stante disparitate renunciationis, nēpē Isabellæ, ut sit realis, & Clitia ut sit personalis, sequitur quòd Isabella debet excludi.

- 4 Vel dato, quòd vtraque renunciasset, tunc adhuc Clitia succedit vna cū Isabella ad bona Diomedis cōmunis fratris mortui ab intestato sine masculis, nō obstante renunciatione D. Clitiæ, ita docuerunt post *Bald. et alios Reg. Ponte conf. 39. nu. 1. et 2. vol. 1. Pater Molfesius d. loco tit. de renunciatione q. 17. n. 9. & p. 3. de succession. ab intest. q. 9. n. 3. & 4. Reg. Rouit. conf. 23. n. 21. vol. 1. afferentes hanc esse veram sententiam, & iudicatam in supremis Tribunalibus.*

- 5 Quo casu deneganda est Isabella collatio dotis, ut iam petijt, quia sumus in successione Collateralis, & sic fratris ita ex l. emancipati C. de collation. cū concordantibus docuit Rob. Marant. disput. 10. n. 35. Mattb. Afflīc. decis. 161. 2. 3. nouiss. Lelius Caputū ad cōfuet. si moriatur par. 1. §. 2. n. 3. nec potest petere detractionē paragij à bonis Diomedis, dū ipsa iam fuit dotata de bonis ipsius Diomedis, ut docet idē *Affl. ibi post alios*.

Et ex his sit impositus finis tractati de Iure Adohæ Regni Neap. de quo Laus, & gloria tribuatur S. A. & indiuidua Trinitati Patri, Filio, & Spiritui Sancto, ac Beatiss. Deiparæ Mariæ semper Virgini, ac Beato Andreæ Apost. & B. Nicolao Barense meis Aduocatis, sub quorū clypeo hęc omnia perfeci, verum, oīa subiūcio castigationi S. R. E. ac Regalis iurisdictionis, quibus seper intēdo subiectus esse, & omnia, quæ dixi, & quæ dicam protestor, quòd fuerūt dicta, & dicta erunt prō earū defēsione, Tuq; benigne Lector amabilis legit, quando otio licuerit, & expecta alia, adiuuante Deo, cui gratias age.

# INDEX NOTABILIVM

Quæ in hoc operæ continentur.

## A

**A**bbatis, & Innocentij loca per Io. Antonium Lanarium adadūta ex- plicantur q. 41. n. 34. & 35. fol. 237. Actio competens fisco prò adoba est realis quest. 9. n. 1. fol. 101. Actio prò adoba datur contra tertium possefforem quest. 9. n. 2. fol. 101. Actio creditoris differtur fauore fisci, quo alias nō differreretur q. 49. n. 16. f. 278. Actio prò uita militia datur contra tertium possefforem, non autē prò paragio q. 25. in alleg. Bammac. sub n. 13. fol. 178. Actio realis datur directe prò paragio su- per feudo, sed illo alienato datur in sub- fidiū q. 25. in alleg. Bāma. n. 134. f. 178. Actus Principis regulari debent à iustitia ferri, & iustitia poli q. 42. n. 12. f. 140. Adoba, adobum, & adobamentum licet equiuoce accipiantur, tamen differunt quest. 3. n. 1. fol. 9. Adoba siue adiutorium debetur Regi prò pluribus filijs, & filiabus, & deci- siones referuntur q. 19. n. 8. fol. 147. Adoba siue adiutorium an debeatur prò militia plurium filiorum, vel plurium casuum quest. 19. n. 6. & 8. fol. 147. Adoba siue adiutorium debetur Regi prò filia vel simili coniunctione coniuncta quando ipse Princeps dotat illā quest. 20. n. 2. fol. 148. Adoba antiquior est quam vita militia, & paragium quest. 28. n. 4. fol. 194. Adoba antiqua exigitur, pendente infor- matione capienda, vel solet exigi ali- qua quantitas ad arbitrium Regia Camerae quest. 5. n. 5. fol. 16. Adoba assignata semel posset ex causa augeri quest. 32. n. 8. fol. 205. Adoba Baronialis nō debet solū à subfeu- datariis seruientibus Regi personali- ter quest. 10. sub n. 2. fol. 108. vide in verbo in subfeudarius. Adoba cedi, & alienari posset per Regem quest. 33. n. 1. fol. 206. Adoba commutata fuit Baronibus loco personalis seruity tempore Regis Al-

